

ΛΥΜΕΙΣ Π. ΝΕΧΟΑΓΙΤΟΥ



ΒΛΑΒΕΙΟΣ

ΑΝΘΩΤΗΡΑ ΒΑΛΙΟΥΘΗΚΗ

ΤΡΟΠΟΣ ΑΠΟΚΤΗΣΗΣ:

ΔΩΡΕΑ

ΠΑΛΑΜΑΤΙΚΗΣ ΣΧΟΛΗΣ
ΝΕΛΠ. ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ:

21-12-12

ΑΡΙΘΜΟΣ ΠΡΩΤΟΓΩΓΗΣ:

22.758

ΑΡΙΘ. ΤΑΞΙΝΟΜΗΣΗΣ:

80711 ΑΙΑ

1=1=27 64: 848 ¹⁸ ~~μ~~ ^β ~~ε~~ ^ι ~~ρ~~ ^υ ~~β~~ ^ε ~~ι~~ ^ι ~~2~~

αὐτὸ ἰσχυρὸν ἔργον ἔ

~~ἔργον~~ ~~ἔργον~~ ~~ἔργον~~ ~~ἔργον~~ ~~ἔργον~~

ἔργον ἔργον ἔργον ἔργον

ἔργον ἔργον ἔργον

α Α

νῦν δὲ γέγονε κτήνη ἀνδρῶν ἡ ἀγορά
ἀπὸ βουκόλων ἐκ' αὐτῶν 7 1802 Jan. 17





Argentinae apud I. R. Dulseckerum.

A. E. 22. 758 494

ΚΛ. ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

Βιβλία ΙΔ.

CL. ÆLIANI

SOPHISTÆ

VARIÆ HISTORIÆ

LIBRI XIV.

Cum notis

JOHANNIS SCHEFFERI,

interpretatione

JVSTI VVLTEII,

Variis item Lectionibus trium MSCto-
rum Codicum è Regiã Parisiensi Bibliotheca, no-
tis posthumis Joh. Schefferi, Fragmentis Æliani,
copiosiori Indice Græco & Latino,
annotationibusque.

IOACHIMI KÜHNII,

Editio Postrema

curante

JOH. HENRICO LEDERLINO.

os (***) so

ARGENTORATI,

Sumptibus JOH. REINHOLDI DULSSECKERI

ANNO M DCC XIII.

Handwritten note at the bottom of the page, likely a library or collection mark.



PRVDENTISSIMO. CONSVLTISSIMO
AMPLISSIMOQVE

D O M I N O

JOHANNI. PAVLO
SCHÜBLERO. JCTO

INCLYTÆ. REIPUBLICÆ

ARGENTORATENSIS

TREDECIMVIRO. GRAVISSIMO

SOCERO. SVO. OPTIMO

VIRTVTVM. SPLENDORE

RERVM. GERENDARVM. PRVDENTIA

JVRIS. OMNIS. PERITIA

ELEGANTIORVM. LITERARVM

HISTORIÆ. CVM PRIMIS. SCIENTIA

ORNATISSIMO. VIRO

HANC

CL. ÆLIANI. SOPHISTÆ

VARIÆ. HISTORIÆ

EDITIONEM. NOVAM

IN

GRATI. ANIMI. TESSERAM

OBSERVANTIÆ. ERGO

L. M. Q.

D. D. D.

JOHANNES. HENRICVS. LEDERLINVS

ARGENTORATI. PRIDIE. NONAS. APRILIS

clo lo cc XIII.



Benevolo Lectori

S. P. D.

Johannes Henricus Dederlinus.

Dum Cl. Æliani Sophistæ Variam recento Historiam, novas e scriptis Codicibus, aut ex ingenio emendationes, vel etiam observationes expectare noli. Post Clarissimorum enim, cum Kühnij mei exoptatissimi, tum vero Perizonij labores egregios spicilegium instituere, nec animus ferebat,


PRÆFATIO.

ferebat, nec, si vel maxime tulisset, inter varios, quibuscum per aliquod tempus conflictabar fortunæ casus, præstare id mihi fuisset integrū. Postquam igitur ad preces Bibliopolæ, a quo prioris editionis exemplaria divendita sunt, perlegere Ælianum cœpi, nihil aliud mihi laboris sumpsi, quam ut Kühniana editio, quantum fieri poterat, in Græco præsertim contextu prodiret emendata, & ab erroribus sive Correctorum sive typothetarum expurgata. Desideratas enim in prioribus editionibus antea non voces tantum singulas, sed phrasas & lineas integras in hac nostra loco suo jam restitutas deprehendet diligens harum rerum indagator. Defunctus labore meo sic mihi equidem videbar : ast ubi In-

PRÆFATIO.

dicem, græcum præsertim, a Joh. Scheffero primum confectum, a Joach. Kühnio dein immane quantum emendatum, accessi; tum demum Azanæa, quod ajunt, mala offendi. Sed injucundæ industriæ meæ lubens obliviscar, modo juventuti, cui præcipue, ut alia mea studia, ita & hosce labores consecratos cupio, ea frugifera sit. Et quamvis, omne me in emendando hoc Auctore, indice cumprimis, punctum tulisse existimes, nolo, spero tamen ob innumera, quæ in hac editione profligata sunt menda, Te leviora, si forte repereris, pro æquitate Tua excusaturum. Vale.

JOA-



JOACHIMI KÜHNII
Praefatio ad Lectorem.



A quæso mihi tantisper
operam, B. L. donec pauca ex
multis, quæ Ælianum ejusque
Tertiam editionem attinent,
simpliciter prælibavero, Pri-
mum equidem, ut hinc statim exordiar dice-
re, non semel animum subiit admiratio, cur
in Veterum monumentis vel rara vel omnino
nulla Æliani fuerit illata mentio. Quis enim
præter Philostratum & Anonymum illum,
cujus scrinia Suidas compilavit, vel obiter
Nostrum laudare sustinuit? Martialis quidem

PRÆFATIO AD LECTOREM.

libr. XI. Epigr. XLI. Ælianum nescio quid cum Luperco loquentem suo sale defricat, & iterum libr. XII. Epigr. XXIV. quendam hujus nominis *facundum* nuncupat : Sed an *Nostrum* iis in locis digito designet Poëta, in medio relinquendum est, cum Æliani nomen pluribus id temporis commune fuerit. Interim causam tam pertinacis silentii, non aliam in præsens excogito, quam quod Græca *Nostrum* facundia tum Romanos, quibus se exemerat, tum Græcos quibus se æquaverat,

Obliquâ invidia stimulisque agitarit amaris,

nisi ad meliora credenda proni libros eorum, qui virtutes Æliani candido elogio celebrarunt, vetustate interceptos velimus. Verum ut ut omnes fileant, Nostro tamen ad posteritatis memoriam summamque nominis gloriam nihil hætenus defuit. Nec adeo eget aliorum præconio, ut qui hoc silentium quasi animo præfagiens, luculentam sui imaginem *Historia animalium* velut Minervæ peplo intexuit. His enim verbis, utcunque à me Latinè redditis, inter alia colophonem laudato libro imponit : *Ego, inquit, nullus dubitaverim, futurum, ut ij, quibus in vita nihil ambitione divitiisq; antiquius est, vitio mihi dent,*
quod

PRÆFATIO AD LECTOREM.

quod bonas horas in rebus, ut putant, vilissimis, male collocaverim, cum interim in aulis imperatorum elato supercilio versari, & maximas opes corradere mihi licuisset. At ego, occasione tantæ fortunæ dimissa, res vulpium, laceratorum, scarabeorum curiose indago, rursusq; libentius, quid Pardalis, quid pia in parentes Ciconia agant, quam suaviter arguteque vocem crispet Luscinia, quantum ingenio valeat Elephas, in quot species greges piscium describantur, (χούων in textu mendosè : Gesnerus legit χινῶν, ego malim ιχθύων) qua sint Gruum demigrationes, & si quæ hujus generis alia hoc volumine complexus sum. Verum enim vero tantum abest, ut in Cræsurum Crassorumve familia censerem velim, ut potius unus è numero illorum esse exoptem, qui vel Poëtæ sapientes, vel acuti Naturæ interpretes, vel periti historiæ conditores audiunt. Hoc pacto mihi multò melius consuluerò, quam si ad criminantium voluntatem arbitriumque me componerem. Nam præ ditissimorum omnis ævi hominum latifundiis thesaurisque unicam rectæ eruditionis unciam mihi elegerim. En animum! en virum! quo Romanorum nemo unus aut alia omnia minus, aut doctrinas liberales magis anhelavit. Nec fortius locutus est, quam fecit. Cum enim

PRÆFATIO AD LECTOREM.

procul ab aulæ strepitu reique uxoriæ molestiis in publici sacerdotii dignitate & pingui otio tranquille vitam degeret, nihil prius antiquiusque habuit, quam ut earum literarum, quæ tum temporis principibus in sinu, in oculis, in manibus erant, id est Græcarum scientissimus evaderet. Id quod improbo labore abunde consecutus est, vel Græcorum iudicio, quibus ob stili sui dotes non Præneste, sed Athenis natus videtur. Nec puto quenquam, qui semel hanc lotum gustaverit, teneri posse, quin cum Plinio admirabundus exclamet : *Hominemne Romanum tam Græcè loqui?* lib. 4. ep. 3. Namque illa rotundi oris gratia, illa tersæ dictionis puritas, ille denique sanus & nativus orationis ornatus mira quadam dulcedine legentium animis obrepit. Utinam vero scripta Æliani omnia ad nos illibata & integra pervenissent! certe quicquid stilius Sophisticus habet verbis nitidum, sententiis acutum, figuris jucundum, translationibus floridum, inventione præclarum, compositione elaboratum, id omne Noster velut quidam *eloquentiæ institor* nobis intuendum & pæne contrectandum daret. Sed hîc Æliani opera vi temporum & concursu calamitatum partim labefactata & convulsa, partim

PRÆFATIO AD LECTOREM.

partim plane deleta exstinctaque merito dolemus. Nam si quisquam Autorum ab ævi genuino male exesus videtur, is sanè Ælianus est. Ita nobis perijt liber *περὶ προνοίας*, in quo Noster, quantum ex fragmentis, quæ Variæ Historiæ subjecimus, colligere est, contra Epicurum ex perpetua florentissimarum gentium historia disputavit, humana negotia non temere casuque sursum deorsum ferri agive, sed Divinam illis providentiam accuratè intervenire. Eodem fato intercudit alius ejusdem ingenii foetus *περὶ θεῶν ἐναργειῶν*, de manifesta Divini numinis presentia. Nempe voluit inibi Ælianus ex mirificis morborum curationibus, ex sacrilegorum horrendis pœnis, ex piorum præmiis divinitus datis ostendere, quam manifesta & præsens merentibus vel ira Deorum vel gratia extiterit. Neque ab hac labe mansit intacta, quæ nobis sub manu est, Varia Nostri Historia, qua de re non ante dicam, quàm nonnulla de diversa ejusdem inscriptione obiter inseruero. Communior itaque, & ni fallor, ab ipso Æliano profectus est titulus, *περὶ ποικίλης ἱστορίας*, id est, de Historia per Saturno, si Pescennium Festum sequamur, cujus libros hoc ipso nomine insignitos laudat Lactantius lib. 1. *Divin. Instit.*
Suidas

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Suidas autem in vocibus ἀσέλγεια & κάκη Ælianum περὶ ποιικίλης ἀφηγήσεως allegat, & mea quidem sententia nequaquam novum quendam & diversum à Varia Historia innuit librum. Nam inscriptio ista tam bene quadrat in Variam Historiam, quam quæ maximè. Veteres enim alijs atque alijs nominibus, quæ non longè à se invicem abeunt, Variam Æliani historiam laudasse in confesso est, ut in notis ad Titulum observatum. Adde quod *Stephanus de Urbibus* voce χερρόνησος verba quædam afferat ex Æliani πρώτῳ ἱστορικῆς διαλέξεως, quæ cum etiamnum extent libr. 2. V. H. cap. 33. omnis nobis exempta dubitatio est. Cæterum ex hac Stephani inscriptione aliquis adduci posset, ut crederet, Ælianum diverso tempore suam Variam Historiam amicis adhibitis vel frequenti auditorio recitasse, pro more Rhetorum, qui non fictas tantum controversias, verum etiam ipsas historias, quamvis non ostentationi, sed veritati fideique compositas, in cathedrâs declamantium protrudebant. Nec officit, quod publicæ διαλέξει vel *recitationi* minus conveniat jejuna illa macies plurimorum capitum in Varia Historia. Temporum enim vitio *Noster* adeò mutatus à se ipso est, ut si rursus
ab

PRÆFATIO AD LECTOREM.

ab inferis existeret, vix se in suo libro agnosceret. Gemina enim pestis in Variam Historiam grassata est, Neglectus scilicet & Compilatores, quarum illa libri partem bene magnam tineis & blattis comedendam dedit, nisi quod Ampliss. *Mügius*, Tredecimvir Argentoratensis Reipublicæ, suo Codici ascripserat, librum XVII. V. H. in Bibliotheca Vindobonensi-Cæsarea adhuc superesse. Hinc cum oculorum dolore videmus, loca quam plurima in Veterum monumentis ex *Æliani Variis* citari, quorum tamen nec vola nec vestigium ullibi hodie apparet. Altera pestis compilatorum pessima exempla in V. H. edidit, effecitque sedulo, ut pro justo opere quædam ruta cæsa, pro integro corpore ossa & pellem, pro apparatussimis epulis, analecta & miculas haberemus. His etiam debemus capita V. H. partim accisa, partim malè distincta, & quæ re ipsa cohærent, ingratiis à se divulsa, ut notæ docebunt. Nec ab alio fonte defluxit, quod lemmata capitum non ubique sani sint coloris, id quod unico tantum exemplo, ne justo sit longior oratio, ad liquidum deducam. Nam libr. 2. V. H. cap. 8. inscriptio dicit, Euripidem & Xenoclem inter se commissos esse Olympiæ : at vero ipsum

PRÆFATIO AD LECTOREM.

psum caput haud obscure clamat, non Olympiæ, sed Athenis pessimum Poëtam optimo antelatum à quinque Atheniensium iudicibus, aut largitione pecuniæ corruptis, aut ex inscitia de Euripide, cujus singulos versus singula testimonia Cicero putat, malè pronunciantibus. Est quidem amicus è *Norico*, harum literarum, si quisquam alius, peritissimus, qui emendatione huic malo mederi voluit. Nam pro *Ολυμπία* reponit *Ολυμπίαις*, ac Olympia Athenis celebrata intelligi satis erudite iudicat, modò Atticus populus fundus esset, in illis Olympiis æque ac Liberalibus, Panathenæis & Chytris Tragicos decertare solitos. Sed hæc obiter, redeo ad compilatores; qui ex Varia Nostri historia mera fecerunt mapalia, & hujus grassaturæ clara vestigia passim impressa reliquerunt. Nam infelix *ὄτι*, quod sæpius se oculis ingerit, haud dubia eorum hominum nota est, qui bonum *Ælianum* excerpendo ita discerpserunt, ut nec caput nec pedes haberet. Et hæc hæctenus de Varia Historiâ : reliquum est, ut de ejusdem Editione pauca subjiciam. Ubi ante omnia fateor simpliciter, non consilio dataque opera, sed precibus aliorum, quibus hîc seritur metiturque, me adductum, ut hanc
Æliani

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Æliani edendi provinciam susciperem. Cum enim nostratis typi exemplaria divendita essent, & hoc amplius notæ posthumæ auctariumq; Græci Indicis à manu B. Dn. *Schefferi* in Bibliopolæ arculis laterent, omninò sub prælum revocandus erat Ælianus, ejusq; corrigendi labor, quoniam nemini obtrudi poterat, ad me nihil tale cogitantem devolvebatur. Nec dum tamen animum induxeram vel verbum in Autorem parare post tot viros literarum non professione magis quam scientia celeberrimos. Nam id saltem negotii mihi datum initio credidi, ut, quoad ejus fieri posset, Æliani librum à densis operarum exerrantium vitiis repurgarem. quod dum quanto poteram studio exsequi conor, repente inter legendum longe alia mihi mens oborta est. Videbar enim mihi nimium quantum prævaricari, si plane dissimularem, esse, ubi non possem pedibus in sententiam commentantium discedere. Spero tamen id ea fieri cum modestia, ut nec in cujusquam offensâ sim meo quidem merito, nec jam olim vitâ defunctis sua pax & autoritas delibetur. Et quis quæso unquam tam bene subducta ratione hæc studia coluit, quin res, ætas, usus semper novi aliquid apportent? Hæc omnia eo tendunt unicè,

):():(

ut

PRÆFATIO AD LECTOREM.

ut ne Lector Benevolus ignoret, hanc virium experiundarum occasionem materiamque non ἀπὸ δένδρου ἢ πέτρας, è quercu vel petra, vel unde unde mihi exsculptam, sed ab aliis ultro oblatam aut saltem non recusanti ingestam esse. Non enim cum iis facio, qui domi fame sibi laborare videntur, nisi foris famæ Poëticæ plus satis habuerint. Cæterum quid secum novi ferat hæc tertia editio, pluribus exponere supervacuum erit. Liber enim ipse prima fronte præfert, quænam sibi fuerit facta accessio. Si tamen B. Dn. Schefferum hac de re audire placet, en ejus verba! *Habes, inquit, tertiam, Lector Benevole, si secundam appellare meam debeo, Æliani editionem, in qua quod meum fuerit propositum, habe verbis tribus, quia pluribus nunc non licet. Contuli primum cum iis, quæ à Tanaq. Fabro annotata sunt, priores meas curas, & ubi ab ipso dissentienti causa apparebant bonæ, sententiam meam proposui. Deinde Lectiones Varias ex MS Ctis tribus Parisiensis Bibliothecæ produxi, & subinde eis textum studui reddere correctiorem. Quæ etiam alij viri docti ad Ælianum post ultimam editionem meam prodidere, omnia, quantum potui, apposui. ut haut paucis locis emendatior clariorq; facta sit hæc editio, quam ulla alia à quocunq; publicata. Indicem postre-*

PRÆFATIO AD LECTOREM.

postremo dare plane novum constitui, quia prior multis mendis inquinatus est, daboq; eum, si per temporum calamitatem licuerit. Sin minus, hisce fruerere & Vale. Hæc ille in præfatiuncula ab hinc annos prope septem Argentoratum transmissa. Quæ vero prædictis de meo vicariâ operâ appoluerim, breviter sic habeto. Primum in notis loca *Nostri* mendosa corrigere, sanæ confirmare, & à supervacaneis emendationibus asserere, obscura denique luce aliqua juvare volui. Deinde Græcum Indicem à voce *διαβάλλομαι*, ubi B. Dn. *Schefferus* substiterat, ad calcem usque locupletiolem dedi, etiam alibi passim animadversionibus pro re natâ aspersis. Accessit & Latino indici plusculum, quam ante habuit. Indiculus Autorum, quos *Noster* laudat, mutuatus est à MSCto Codice Ampliss. & Amicissimi Dn. *Königj*. *μεγάλη χάρις αὐτῷ*, quod notas, quas olim in *Ælianum* adornaverat elegantissimas, pro suo literas juvandi studio haud gravatim communicarit. Harum bona ope subinde me usum, libenter agnosco, & res ipsa fatis me tacente loquitur. Quod si Regiæ illæ copiæ paulo maturius advenissent, tum aliâs alio labore, tum imprimis colligendis hinc & illinc *Æliani* fragmentis plane supersedere potuissem. Tulit nihilo secius lauda-

PRÆFATIO AD LECTOREM.


tus Codex suppetias peropportunè, quatenus in supplementum scribenda aliquoties suppetitavit. Sin verò adhuc alia fragmenta, quasi morte ducis exauctorata, à signis abfuerint, ea per otium intentiore cura conquirant, qui hujusmodi delectus agere volunt possuntque. Me inter ea propositi ratio ad Latinum Æliani Interpretem, *Justum Vultejum*, quasi manu ducit. Ille, ut ne multis Te demorer B. L. meam versionem suam, Anno superioris seculi quadragesimo octavo, *Joh. Oporino* Basileæ excudendam, juvenis dedit, eamque lucubrationum suarum primitias vocat *epistola ad Pincierum*. Ut jam frustra sint, qui hujus Versionis alium nescio quem sibi Autorem fingunt & pingunt. Hæc porrò satis Latina Interpretatio, ubi minus feliciter sensum Æliani assequeretur, manus criticas abunde jamdum experta, & successu temporis adeo correctæ, deformata, & interpolata est, ut pristini coloris parum habeat residuum. Hinc sæpius follem percutit, qui Fabrum destinat, id est, correctorem tangit, qui sibi cum ipso Interprete rem esse existimat. Quod annon mihi quoq; acciderit alicubi, viderint, quibus vacat. Ego certè eas hallucinationes Interpretis, à quibus nihil periculi doctis videbatur esse, levi,

PRÆFATIO AD LECTOREM.

levi, quod ajunt, brachio attigi, vel plane B. Lectori integrum servavi judicium. Et hæc fere erant, quæ Te ignorare nolui, L. B. Jam itaque modum finemque præfatio habeat verbis *Terentiani*, c. 2. de Syllabis:

*Corrigenda si qua sane visa vobis hîc erunt,
Non ero stultè repugnans, aut amans præve
mea,
Quin statim culpanda delens, præbeam rectis
locum.*

Vale B. L. &, quod absque molestia Tua fiat, dispice, an habeas ullum in manibus Autorem, quem hoc scriptionis genere *Nostro* vel anteferre, vel parem habere possis. Argent. xiv. Cal. Jan. Anno M DC LXXXIV.



ΤΟΥ ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΒΙΟΣ
 ἐκ τῆς διδυτέρης τῶν βίων τῆς
 σοφιστῶν τῆς φιλοσοφίας.

ÆLIANI VITA
ex Libro II. Philostrati
de Vitis Sophistarum.

Αιλίανος ὁ Ῥωμαῖος μὲν
 ἦν, ἠτλίκιζε δὲ ὡς περ οἱ ἐν
 τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι. ἐπαίνε
 μοι Διοκῆς ἄξιός ἐστιν ὁ ἀνὴρ ἔστι.
 πρῶτον μὲν ἐπέδῃ καθαρὰν
 φωνὴν ἐξεπόνθησε, πόλιν αἰκῶν
 ἑτέρῃ φωνῇ χρωμένῳ. ἐπέθῃ
 ὅτι προσρηθείς σοφιστῆς ὑπὸ τῶν
 χαιριζομένων τὰ τοιαῦτα, ἐκ
 ἐπίστασεν, ἐδὲ ἐκόλασε τῶν
 ἑαυτῆς γνώμῳ, ἐδὲ ἐπήρθη
 ὑπὸ τῆς ὀνόματι ἔτω μεγάλας
 ἄλλῃ, ἀλλ' ἑαυτῆς δὲ δὲσκε-
 ψάμενος, ὡς μελέτη ἐκ ὀπι-
 τήθειον τῶν συγγραφεῶν ἐπέθετο,
 καὶ ἐθαυμάσθη ἐκ τῆς ἡμῶν
 ἐπίπαν ἰδέα τοῦ ἀνδρός
 ἀφέλεια προσβάλλασά τι τῆς
 Νικοστράτου ὄρασις ἢ ἡ ἐνίοτε,
 πρὸς Δίωνα ὄρασις, καὶ τῆς ἐκείνου
 τόνου. ἐντυχῶν δὲ ποτε αὐτῶν
 Φιλόστρατος ὁ Λήμιος βί-
 βλίον ἔτι πρόχειρον ἔχοντι,
 καὶ ἀναγινώσκοντι αὐτὸ σὺν
 ὀργῇ, καὶ ὀπιτάσθη τῆς φθέρμα-
 τῶν ἰνδῶν ἰνδῶν ἰνδῶν ἰνδῶν

ÆLianus quamvis ge-
 nere Romanus, non mi-
 nus eleganter tamen
 Græcè, quàm vel mediterranei
 Athenienses, loquutus est. Et
 sanè laude dignus vir ille mihi
 videtur: primum, quòd quum
 habitaret in urbe, quæ sermo-
 ne profus diverso utebatur,
 Græcæ linguæ puritatem sit
 consequutus: deinde, quòd ob-
 lato sibi (ab iis, qui huiusmodi
 titulos conferre solent) Sophi-
 stæ nomine, nullam de se fidu-
 ciam, aut adulationem sui, aut
 superbiam, ex tanti nominis
 honore conceperit. Quin po-
 tiùs, quum suas ipse vires tru-
 tinasset, easque declamatoriz
 palæstræ impares judicasset,
 ad condenda & relinquenda sui
 ingenii monumenta se contu-
 lit, & admirationem inde con-
 sequutus est. Dicitio ejus pu-
 ra, simplex pariter & inaffecta-
 ta est, & Nicostrati elegantiam
 quodammodo redolet. Est,
 quando Dionem, ejusque di-
 cendi genus & tonum imita-
 tur. Hunc olim Lemnius Phi-
 lostratus librum quendam in

ÆLIANI VITA.

τῷ, ἤρετο αὐτὸν ὅ, τι σφεδρά-
 ζοῖς καὶ ὅς, ἐκπεπόνωται μοι,
 ἔφη, κατηγορία τῆ Γυνιδῶ.
 καλῶ γὰρ ἔτω τῆ ἀρλικαδήμωρον
 τύραννον, ἐπεὶ δὴ ἀσελγεία
 πάση τὰ Ρωμαίων ἤχρωε. καὶ
 ὁ Φιλόστρατος, ἐγὼ σε, εἶπεν,
 ἐθαύμαζον ἀν, εἰ ζῶντος κα-
 τηγόρησας. εἶναι γὰρ διὰ τὸ μὲν
 ζῶντος τῆ τύραννον ὀπίκοωτην,
 ἀνδρός· τὸ ἃ ἐπεμβαίνειν κει-
 μένω, παντός. ἔφασκε ἃ ἀνήρ
 ἔτῳ μὴδ' ἀποδεδημηκέναι
 πῆ τῆ γῆς ὑπὲρ τῶν Ἰταλῶν
 χώραν, μηδὲ ἐμβλῦαι ναυῶ,
 μηδὲ γνώωναι θάλατταν. ὅθεν
 καὶ λόγος πλείονος κατὰ τῶν
 Ρώμῳ ἠξίστο, ὡς τιμῶν τὰ
 ἦθη. Πausanias μὲν ἐν ἀκροα-
 τῆς ἐγγύετο. ἐθαύμαζε ἃ τὸν
 Ηρώδω, ὡς ποικιλώτατον Ρη-
 τῶρων. ἐβίω δὲ ὑπὲρ τὰ ἐξή-
 κοντα ἔτη. καὶ ἐτελεύτα ἐκ
 ὀπί πασι· παρδοποιῶν γὰρ παρ-
 ητίσατο, τῶ μὴ γῆμαί ποτε.
 τῆτο διὲ εἶτε εὐδαίμων, εἶτε
 ἀδλιον, ἐ τῆ παρόντος καμρῆ
 φιλοσοφῆσαι.

Εκ τῶν τῆ Σειδα.

Αἰλιανός, ἀπὸ Πρανεστῆς τῆ
 Ἰταλίας ἀρχιερεὺς, καὶ σοφί-

tabat: & quum instituti ejus
 rationem quæretet: Gynnidis
 (hoc est effœminati hominis)
 accusationem à se elaboratam
 dixit. sic autem vocare se tyran-
 num, qui paulò antè Romano
 imperio infamix labem, morum
 turpitudine inuffisset. Cui Phi-
 lostratus, Admirarer (inquit)
 si viventem aceusaffes. Siqui-
 dem viventem tyrannum stylè
 naso perstringere, viri opus cen-
 seo: functum verò fato laceffe-
 re, cujusvis. Prædicabat de se
 Ælianus; nunquam se fines
 Italiæ egressum: navem nun-
 quam incendisse, neque no-
 vissè mare. Quare Romæ in
 magna erat auctoritate, veluti
 patrii moris studiose observans.
 Docentein audivit Pausaniam,
 Herodem verò, tanquam sci-
 tissimum, & vario sermonis
 artificio præstantissimum, in-
 ter Rhetores admiratus est. Vi-
 vendo annum sexagesimum ex-
 cessit, & sine liberis defunctus
 est; quia uxorem ducere libe-
 rosque procreare renuerat.
 Quod quidem felicius, an mise-
 rius sit, disceptare nunc tem-
 pestivum non est.

EX SUIDA.

Ælianus Præneste in Italia
 natuS, Pontifex (male Portus

ÆLIANI VITA.


της, ὁ χρηματίσας Κλαύδιος.
ὃς ἐπεκλήθη μελίγλωσσος
ἢ μελίφθογγος. καὶ ἐσοφί-
σασεν ἐν Ρώμῃ αὐτῇ, ὅπῃ ἰῶν
μὲν Ἀδριανὸν χρόνον.

addit *summus*, qui tunc ipse erat
Hadrianus) & Sophista, præ-
nomine Claudius, cognomina-
tus verò Meliglossus vel Me-
liphthongus, i. e. *mellis instar*
suavem linguam vocemque habens,
post Adriani tempora Romæ
Rhetoricam professus est.

DE SOPHISTIS.

Sophistæ nomen primùm philosophis datum est: deinde ad
pseudophilosophos, cavillatores, & dialecticarum argutiarum
peritos pervenit: inde ad rhetores & declamatores. Et Æliani
quidem tempore non ignobile nec inhonestum fuit. nam & Fl.
Philostratus, ut jam recensui, in Æliani vita magnum fuisse Sophi-
stæ nomen scribit. & ad Antoninum ita præfatur: τὰς ἐν δόξῃ
ἔ φιλοσοφῆσαι σοφιστεύσαντας, καὶ τὰς ἔτιω κυρίως πεσορηθίνους σο-
φιστὰς, ἐς οὗτο βιβλίας ἀνεγράψά σοι. Plura leges in ejusdem ope-
ris præfatione, de Sophistice & Sophistis.

ΑΙΛΙΑ-



ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

βιβλίον πρώτον.

ÆLIANI VARIÆ HISTORIÆ

LIBER I.

ΚΕΦ. α.

Περὶ πολύποδος.

Δεινοὶ καὶ κοιλίαν οἱ πολυπόδες, καὶ πᾶν ὅτι ἐν φαγεῖν ἄμαχοι. πολλάκις ἐν ἐσθῆ ἀλλήλων ἀπέχονται. ἀλλὰ τῶ μείζονι ὁ βραχύτερος ἄλγος, καὶ ἐμπεσὼν τοῖς ἀνδρειότεροις θηράτροις, τοῖς καλεμένοις τῆ ἰχθύος πολοκάμοις, εἴτα αὐτῶ γίνεται δλείπνον. ἔλλοχῶσι ὅ οἱ πολύποδες ἐπὶ ἰχθύος τρώπον ἔχον. ὑπὸ τῆ πέτραις θηλαίαι, καὶ ἑαυτὰς εἰς τὴν ἐκείνων

CAP. I.

De Polypode.

Firmo admodum & robusto ventre sunt Polypodes: proinde, quicquid edant, insuperabiles. Sæpe igitur, ne à sese quidē invicem abstinent: sed minor à majore captus, quando videlicet incidit in validiora venabula, (Polypodis crines vocant) fit ei esca. Insidias faciunt etiam piscibus hoc pacto. Sub

Α

σκο

scopulis latitantes sedent,
& eorū colorem induunt,
sic, ut idem cum scopulis
esse videantur. Quum igitur
pisces tanquam ad
scopulos, ita ad Polypo-
des adnatant, illi suis reti-
bus, nempe cirris, impru-
dentes implicant.

μεταμορφῶσι χροιάν, ἢ τὸ
εἶναι δοκῶσιν, ὅπερ ἐν τῷ πεφύ-
κασιν αἱ πέτραι. οἱ τοίνυν
ἰχθύες προσνέουσιν οἶονεὶ τῇ
πέτρᾳ, τοῖς πολύποσιν, οἵ τ' ἰ-
ἀφυλάκτες ὄντες αὐτὰς περι-
βάλλουσι τὰς ἐξ' αὐτῶν ἀρκυσι,
τῶν πλεκτάναις.

ANNOTATA AD TITVLVM.

Ἄλιανῶ) Ita omnes Græci Latinique. Unus Politianus
perpetuo Helianum vocat, cum aspiratione, credo, quod putaret
nomen esse Græcæ Originis ab ἥλιος; aut sic dici ab Helia oppi-
do Italiæ, cujus sæpe mentionem facit Plinius. Sed repugnat
veterum consensus, ipsiusque ratio vocabuli, cum sit ab Ælio
notissimo inter Romana nomine, sicut ab Æmilius, est Æmilianus;
à Claudius, Claudianus; à Valerius, Valerianus. Fue-
runt alias Æliani plures; ut Casperius Ælianus præfectus Præ-
torio sub Nerva, cujus Dio meminit; item alius dux militaris
sub Valente, de quo legitur apud Suidam. Et rursus alius, ru-
sticorum tumultuantium cum Amando caput, sub Diocletia-
no, uti Eutropius testatur. Facit & Basilus Æliani alicujus
mentionem epist. sexagesima. & Porphyrius in Lib. I Harmon.
laudat Æliani commentaria in Timæum Platonis. Observo
& à Casaubono in Commentariis ad Athenæum nominari
Ælianum de doctrina Epicuri, qui qualis sit, aut quando vixe-
rit, scire hætenus non potui. Sed hi omnes nihil ad Nostrum.
In Bibliothecæ Regiæ Parisiensis MS. Codice secundo (Tribus
in his notis sumus usi: primus est in Codicum ordine 462, se-
cundus 1530, Tertius 1781, è quibus varias lectiones enotatas
communicavit nobis Vir Ampl. Andr. Nicol. Norcopensis, Eloquen-
tiæ Prof. apud Nos meritisissimus) sic conceptus legitur hic Titu-
lus; Ἄλιανῶ πρενέσης τῆς Ἰταλίας ποικίλης ἰστορίας βιβλίον πρῶτον.
Quod indicat Ælianum fuisse Prænestinum. Atque hoc con-
firmat Suidas quoque, quamvis ipse & plerique alii περιπέσης scri-
bant, quod notandum. Porro nihil opus esse censeo, ut post
eru-

eruditissimum Gesnerum, multis disputemus contra eos, à quibus quondam dubitatum, unus ne hic auctor sit, & qui Animalium Historiam conscripsit, an vero plures ac diversi? Cuncta quippe in eundem optime conveniunt; Argumentum operis, ratio tractandi ejus, ipse denique, quem maxime urgebant, stylus, quotiens suo uti voluit. Non frustra est, quod addo: neque enim suo ubique scripsisse, ipse testis locis plurimis, nec aliter succile celeriterque enotantis ratio permittebat. Quod vero argumentum, & tractandi modus non adversentur, ex aliis ipsius operibus constare potest, quæ fere cuncta & historica, & ad eruditionem variam morumque disciplinam accommodata. S.

Ποικίλης ιστορίας) Possemus prolixi esse in explicando hoc operis titulo, sed suffecerit ad institutum indicasse, non eundem eum ubique reperiri. Nostrum retinent *Suidas*, *Eustathius*, *Peruscius*, & ex recentiori seculo viri docti omnes. *Stobæus* alibi simpliciter & generalius *Ιστορίαν* nominat hos libros, ut Serm. 19. & 20. alibi cum addito *Ιστορίαν σύμμικλον*, quod latine Gellius *miscellam* & quasi *confusaneam historiam* interpretatur. ut Serm. 77. & 93. *ποικίλην ιστορίαν*, *Variam Historiam* reddidere plerique, etiam qui primi ediderunt Romæ. *Had. Junio* est *Omnigena Historia* in Adag. Cent. VIII. pr. 25. Vult autem uterque titulus nil aliud indicare, quam *librum*, in quem, ut auctorem quemquam in manus capimus, vel quid memoratu dignum audimus, ita quæ libitum est, cujus generis cunq; sint, indistincte atq; promiscue annotamus, eaq; nobis ad subsidium memoriae quasi quoddam litterarum penus recondimus, ut quando usus venit rei, cujus nos forte repens oblivio tenet, & libri, ex quibus ea desumeramus, non adsunt, facile inde nobis inventu atq; depromptu sit. Placuit hæc Gellii verbis explicare, quia elegantissima brevitate cuncta, quæ de hac re dici possunt, comprehendunt. S. *Historia Varia* opponitur τῷ συνεχεῖ ἱστορίας ὕφεσιν continuo historiae filo & contextui, qui rerum temporumq; seriem non interruptam exhibet. *Ælianus* enim ex variis lectionibus & annotationibus, sine ulla lege fortuitoque ordine, ut fieri amat, in unum corpus conflatis, quasi per saturam historiam scripsit, in id unice intentus, ut ex lectissimis quibusque Autoribus flosculos rerum verborumque colligeret. Hoc variegatis tesserialis atque emblemate vermiculato compositum opus inscripsit *ποικίλην ιστορίαν*. titulo ut minimè ambizioso, ita elegantī & operī

& operi probe accommodato, quem etiam aliis historiæ miscellanæ conditoribus usurpatum, Gellius in N. A. c. ult. docet. K.

Βιβλίον πρῶτον) An in capita & libros ab auctore opus hoc divisum sit, dubitari potest. Neque enim veteres, qui ejus meminere, caput ullum librumve nominant. Et videntur capita à recentiori aliquo adjecta, cum non raro ea dividunt, quæ conjuncta fuisse ab auctore, manifesto potest demonstrari. Argumenta profecto eorum ab Æliano non sunt, ut quæ ea etiam, quæ librariorum ignorantia in textu depravavit, sequi solent, quod ex notis amplius discetur. S.

AD CAPUT PRIMUM.

Περὶ πολυπόδῳ) Adde *Aristotelem* lib. IX. Hist. An. aliisque locis. Item *Plinium* lib IX. cap. 29. & seq. S.

ἐδ' ἀπλήλων) Hæc est ἀπληλοφαγία, hæc vita piscium. ἰχθύων βίῳ Græco proverbio in eos jacitur, qui jura negant sibi nata, & vi agunt in imbecilliolem, interdicto, Unde vi, plorare jussu Themidos inter cathedras. Polyb. l. 15. προσοφείλει τ' λεγόμενον ἰχθύων βίον, ἐν οἷς, φασιν, ὁμοφύλοις ἔστι, τὴν ἑμείον ἀπώλειαν τῶν μείζονι τροφῶν γίνεσθαι καὶ βίον. tam impotenter & efferate se gesserunt, ut vitam, quam ajunt piscium vixerint, inter quos major minorem sui generis devorant. Varro apud Nonium in voce comest,

*Qui pote plus, urget: pisces ut sæpe minutos
Magni comest, ut aves enecat accipiter.*

Hesiodus τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων
in Oper. & ἰχθύσι μὴ καὶ θηροῖσι καὶ οἰωνοῖσι πέλεινοῖσι
Dieb. ἔσθην ἀπλήλους, ἐπεὶ καὶ δικη εἰσὶν ἐπ' αὐτοῖσι.
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην.

Legem hominum natis tulit hanc Saturnius ipse:

*Piscibus atque feris equidem volucrumque catervæ,
mutua sint sibi præda; agitant quia jure sine ullo.*

Ast homini dedit esse boni restique tenacem. K.

ἰαυλῆς) vi quadam propria & sua. Ita enim veteres censuerunt, uti constat ex *Plutarcho*, *Aristotele* & aliis. *Ovid.* in frag. Halieut. sumit mutatque colorem Experientia tamen temporum nostrorum diversum comprobavit. Vide G. I. *Vossium* lib. III. Theol. Gent. cap. 55. S. Mutationem coloris non in ipso polypo, intus & in cute esse, sed in summa superficie ab effluviis proximæ rei effici & repræsentari ob quandam rari-

tatem

tatem pariter & densitatem superficiei vel summæ cuti inhærentem, Plutarch. *περὶ πολυφιλίας* existimat, cujus verba hæc sunt: *ἔ* πολὺ ποδῶν αἱ μέγιστοι βῆδ' ἐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ *περὶ αὐτῶν γίνον* τῶν ἐπιφάνειαν, *συφότη* καὶ *μανότη* τὰς ἀπορροίας τῶν πλησιαζόντων ἀναλαμβάνουσιν. ita enim lego.

περιβάλλουσι) MS. secundus Parisien. (quem notabimus deinceps litera B. sicut primum , A. tertium , C) habet *παραβάλλουσι*. S.

ΚΕΦ. Β.

Περὶ φαλάγγων.

CAP. II.

De Phalangis sive Araneis.

Ἰφαντικῶν, καὶ ὑφαίνειν, καὶ δῶξα Ἐργάνης δαίμονος, ἔτε ἴσασιν αἱ φαλάγγες, ἔτε εἰδέναι βέλονται. ἢ τίποτ' ἀντὶ χρῆσαιτο τῷ τοιῶνδε ἐσθῆματι τὸ τοιοῦτον θηρίον; τὸ ἄρα πάγη, καὶ οἶονεὶ κύριον ἐστὶ τοῖς ἐμπύπτοις. καὶ ἢ μὲν ἀρκυρῆ, πάνυ σφόδρα ἀρεμῆσα, καὶ ἔσκεν ἀκινήτω, καὶ τὸ μὲν ἔπεσεν, ὅ, τι ποτέ ἐστὶ τὸ ἐμπεσόν, ἢ δ' ἔχει δαίμονα. τοσοῦτον δ' ἐμπίπτει, ὅσον καὶ τὸ ὑφασμα κατέχειν δυνατόν ἐστι, καὶ κείνῳ δεῖπνῆν ἀπόχρη.

tem tantum, quantum & tela retinere potest, & illi ad explendam famem satis est.

Textoriam artem atque texere, & Erganae deæ munera, neque norunt phalanges, neque nosse volunt. Quam enim ad rem uteretur ejusmodi vestimentis talis bestia? sed tela hæc rete, & quasi nassa ponitur iis, quæ incidunt: ipsa quidem stans immota penitus, & rei similis immobili, excubias agit. Quod si quid incidit, quicquid illud sit, ex eo cœnam parat. incidit autem

soler.

ἐπιφαντικῶν) Fuerunt ex veteribus, qui plerarumque artium exempla homines à brutis accepisse affirmabant. Navigationem v. g. à piscibus, à suis arationem, ab aliis alia, uti constat ex *Plutarchi* Sympos. lib. IV. q. 5. *Seneca*, *Lucano*, & cum primis *Vossio* lib. III. Idol cap. 76. Atque sic agebant etiam araneas telis suis texendi modum præmonstrasse, *Plutarchus* de

I. I. c. 32. *ὡς ἤδη ἐχώρει, qualicebat, pro re nata.* Arrian. I. I. de Alex. Exped. *ὡς ἐκάσθι προυχώρει, ut quilibet poterat, ut se res daret.* Non aliter hoc loco, *ὡ γὰρ οἱ χωρεῖ, significat, non ille potest tantum diducto ore completi spatium, in quantum se hinc inde arundo distendit.* K.

ΚΕΦ. Δ.

Περὶ κυνὸς Αἰγυπλίας.

Καὶ ἐκεῖνο ὃ κυνὸς Αἰγυπλίας τὸ σοφόν. ἐκ ἀθρόως, ἐδὲ ἀνέδην, ἐδὲ ἐλευθέρως ἐκ τῆ ποταμῆ πίνεσιν, ἀμὰ ἐπικύπτοντες, καὶ ὅσον διψῶσι λάπτοντες. ὑφωρῶνται γὰρ τὰ ἐν αὐτῇ θηρία. παραθέσει ὃ τὴν ὄχθην, & παρακλέπτοντες, πίνεσιν, ὅσον ἀρπάσαι, πάλιν καὶ πάλιν. εἴτα ἔτιως ἐκ διαλειμμάτων ἐκορέθησαν, ἐμὴν ἀνώλοντο, καὶ οὖν καὶ ἠέσαντο τὸ διψῶν.

pram, & furtim raptimque bibunt, quantum est rapere, iterum atque iterum. Ita deinde saturati ex interstitiis non perierunt, & sitim nihilominus resinxerunt.

κυνὸς Αἰγυπλίας) Plinius lib. VIII. c. 40. Noster lib. VI. Hist. An. cap. 53. Phædrus 1. 25. S.

τὸ σοφόν) hic ponendum punctum, alias non quadrat sequens πίνεσι. S.

ὃ ποταμῆ) signanter ὃ, velut de certo, debetque suppleri animo τῆ Αἰγύπτου, ac intelligi Nilus, v. prover. *tanquam canis ἐ Νίλο* apud Erasum. & alios. S. Nilus κατ' ἐξοχὴν dicitur ὁ ποταμὸς in sacris æque ac profanis literis. Hebræorum τὸ *נִיְלוֹ* οἱ δὲ constanter reddunt ὁ ποταμὸς. Hoc modo Ephorus Ægyptum ποταμοχῶσον, *Nilus alluvionibus aggestam* dicit apud Scholiast. Apollon. I. IV. Argon. confer Aristot. I. I. Meteorol. c. ult. Joseph. I. 2. Antiq. Jud. c. 3. & 4. elegans dictum huic capiti addere potest Macrob. I. II. Saturn. c. 2. K.

CAP. IV.

De Cane Aegypcio.

Etiam hoc ad singulare quoddam prudentiæ donum in Ægyptio cane referendum est, quod neque continuè, neq; ad satieta-tem, neq; libere bibunt ex fluvio, ita ut inclinare se, & sitim suam lambendo satiari ausint. Metuunt enim sibi, & suspectas habent latitantes in eo bestias. Prætercurrunt igitur ri-

καὶ ὅσον διψῶσι λάπριντες) Generos. Dn. Emericus Bigotius, Vir juvandis bonis literis natus, cui jam ante debeo plurimum, submisit mihi codicem, in quo Vir doctus alius non pauca notaverat egregia. Inter ea observatur ad hunc locum, ab Henr. Stephano in Thesaurο Linguæ Græcæ, voce λάπριν, ubi verba hæc citantur, legi, ὡς προῶσον. S. Homer. Iliad. π. de lupis :

λάπριντες γλώσσησιν ἀραγῆσι μέλαν ὕδωρ.

Lambentes linguis rarioribus nigram aquam.

ubi Eustathium vide, qui jam Iliad. α. notaverat: ἔστι ἡ λάπριν κυρίως τὸ ροφεῖν, ὀνοματοποιηθῆν κὴ κυριολεκηθῆν ἐπίτε κυνῶν κὴ λύκων κὴ τοῖκτων ζῴων καρχάρων. K.

ΚΕΦ. ε.

CAP. V.

Πεὶ θαλαττίας ἀλώπεκϚ.

De vulpe marina.

Ἡ ἀλώπηξ, ἔ μόνον τὸ χερσαῖον θηρίον διολερόν ἐστιν, ἀλλὰ ἔ ἡ θαλαττία πανῆργός ἐστι. τὸ μὲν γὰρ δέλεαρ ἔχ ὑφορᾶται, ἔ δὲ μὲν φυλάττεται δὲ τὴν ἀκρᾶσίαν τῆτο. τῆ ἡ ἀγκίστρα κατὰ φρονεῖ καὶ πᾶν ἡ ἀλώπηξ. πρὶν ἢ γὰρ ἡ ἀσπαλίεα πᾶσαι τὴ κάλαμον, ἢ ἡ ἀνέθορε, καὶ ἀπέκειρε τὴν ὀρμιάν, καὶ νήχεται αὐθις. πολλάκις δὲ ἔν κὴ δύο κὴ τρία κατέπιεν ἀγκίστρα. ὁ δὲ ἀλιεύς ἐκείνην ἐκ ἐδείνπησε, προῖῆσαν τὴ θαλάσσης.

tamen piscator eam comedit è mari extractam.

Vulpes, non solum illa terrestris bestia calliditate pollet, sed etiam marina versutiis plena est. Nam escam quidem non suspectam habet, nec sibi ab ea cavet propter intemperantiam; sed hamum prorsus etiam contemnit vulpes. prius enim quam hamiota arundinem trahat, illa profilit, & funiculum abradit, ac rursus natat. Sæpe igitur duos aut tres hamos devorat: nec

ἡ θαλαττία) Aristotelem vid. lib. IX. Hist. An. cap. 37. & Orpianum lib. III. ἀλιευτ. S.

τὸ μὲν γὰρ) Cuperus, Vir doctissimus mihi que amicissimus

mus Observ. III. c. 10. putat, periodos trajectas, & hîc scribendum, *πριν ἢ γδ* cum sequentibus, quoniam in his agatur de ista vulpis dolo: post *αὐθις* vero demum subjicienda, τὸ μὲν γδ &c. S. mihi quidem, quod bona cum pace aliorum dixerim, trajectio- ne opus non esse persuasum est, cum in vulpecula Noster notet calliditatem intemperantem & intemperantiam callidam. K.

ΚΕΦ. 5.

Περὶ χελωνῶν θαλάττιων.

Αἱ χελῶναι, αἱ θαλάσσιαι ἐν τῇ γῆ τίλισσι. τεκῶσαι ᾗ, παραχρῆμα κατέχουσαν ἐν τῇ γῆ τὰ ὠά. εἶτα ἐπιστρέψασαι ὀπίσω εἰς ἥδη τὰ ἐαυτῶν, νήχονται. εἰσὶ δὲ εἰς τοσῶτον λογισμῶν, ὥστε ἐφ' ἐαυτῶν λογίζεσθαι τὰς ἡμέρας τὰς τεσσαράκοντα, ἐν αἷς τὰ ἔγγονα αὐταῖς τῶν ὠῶν συμπαγέντων, ζῶα γίνονται. ὑποστρέψασαι οὖν αὐθις εἰς τὸ χῶρον, ἐν ᾧ κατέθεντο κρύψασαι τὰ ἐαυτῶν βρέφη, ἀνῶρυξαν τὴν γῆν, καὶ ἐπέβαλον, καὶ κινεμένους ἥδη τὸς νεοττιὰς, ἐπέδωκε διλυαμένους αὐταῖς, ἀπάγουσιν.

CAP. VI.

De testudinibus marinis.

Testudines marinæ partum in terra edunt. Enixæ verò, continuò defossis intra terram ovis, revertuntur ad loca consueta, nantantque. Tantum autem habent rationis, ut quadraginta dies numerare possint, intra quas fœtus, concretis ovis, in animalia jam evadit. Tunc redeuntes ad eundem locum, ubi reposuerant & absconderant suam sobolem, effodiunt terram, quam inje- cerant, & istam jam sequi valentē secum abducunt.

Χελῶναι) Eadem de ipsis Cicero lib. II. de Nat. Deorum. & Plutarch. lib. de solert. Anim. S.

εἰς τοσῶτον λογισμῶν) Scio ex veteribus fuisse, qui revera brutis λόγον attribuerent, & inter eos maxime Pythagoram, qui- que eum secutus est, Porphyrium, ut ipse docet lib. III. de sacri- ficiis, ubi & Pythagoram auctorem sententiæ hujus constituit. Cleanthem quoque teste Nostro lib. VI. Hist. An. cap. I. & quod miror, etiam ex Christianis, Lactantium lib. Divin. Inst. III. c. 10. ubi

ubi ait. *Arbitror universis animalibus esse datam rationem. & paulo ante: Iam illa, quæ sibi prospiciunt in futurum & cibos reponunt, habent utique providentiam, rationis quoque signa in multis deprehenduntur.* Adde & *Basilium* Hōmil. VIII. & seq in Hexaem. & ex Profanis *Galenum* in Protreptico, *Pappum Alexandrinum* Collect. Math. lib. V. præf. *Plutarchum* libro integro de hac materia. Sed ad alia nos ter respicit, ea scilicet, quæ antecedenti secundo capite indigitavimus. S.

κινεμένους,) Cuperus legit γινόμενους, ut νεοτοὶ sint dicti per pleonasmum, ut apud Phædrum *vir natus*. S. Suspicor κ' post νεοτῆς excidisse. K.

Κ Ε Φ. ζ.

Περὶ ἀγρίων συῶν.

Ἦσαν ἄρα οἱ συῶς οἱ ἀγριοὶ ἰατρικῆς ἐν ἀπαίδευτοι, καὶ θεραπείας ἄμα. ἔτι γέν, ὅταν αὐτῆς λαθόντες, ὑσχυάμω φάγωσι, τὰ ἐξ ὀπίθεν ἐφέλικσι, παρεμμένως ἔχοντες ἔως ἐαυτῶν. εἶτα σπώμενοι, ὅμως ἐπὶ τὰ ὕδατα παραγίνονται, καὶ ἐνταῦθα τῷ καρκίνων ἀναλέγῃσι, καὶ ἐδίεσι ποροθυμότητα. γίνονται ὃ ἔτοι τε παθῆς φάρμακον, καὶ ἐργάζονται ὑγιῆς αὐτῆς αὐθις. pristinam valetudinem restituant.

CAP. VII.

De Suis agrestibus.

Sues agrestes non omnino sunt medicina & curationis imperiti. Itaque, quum per imprudentiam hyoscyamum comederunt, statim attrahunt posteriora, resolutione & paralyti affecta. Deinde, licet contracti, tamen ad aquas perveniunt, & ibi collectos caneros epulantur promptissimè, qui morbi remedium præstant, & eis

οἱ ἀγριοὶ) MS. B. οἱ ἀγριοὶ θεραπείας ἄμα καὶ ἰατρικῆς. S. τῷ καρκίνων) Eadem *Plutarchus* in Gryllo. *Suidas* in Διάρροια, sed de alio morbi genere, quod βεγῶχλω nominat. S.

ΚΕΦ. η.

Πεὶ φαλαγγίε.

Φαλάγγιον ἐλάφοις τοσούτον ἔστι κακόν, ὅσον ἔ ἀνθρώποις, καὶ κινδυνεύουσιν ἀπολέθαι διατρεχέων. ἐὰν μέντοι κίτῳ γεύσονται, ἐλύπησεν αὐτὸς τὸ δῆγμα ἔδεν. δεῖ ὅ εἶναι τὸ κίττον ἀγρίον. ram verò Sylvestrem esse oportet.

CAP. VIII.

De Phalangio.

Phalangium cervis tam est noxium, quàm hominibus, ac si comederint cervi periculum est, ne brevi moriantur. At si gustent hederam, morsus nihil adfert detrimenti. Hederam verò Sylvestrem esse oportet.

Φαλάγγιον) Interpretatio sic habet: *Phalangium cervis tam est noxium, quàm hominibus, ac si comederint cervi, periculum est, ne brevi moriantur.* Videtur auctor ejus, quisquis sit, non enim Vultejus est, sed antiquæ rectiorisque versionis emendator, ad caput antecedens respexisse, locumque accepisse, de noxia quadam herba, cujus mentio sit apud *Plinium & Dioscoridem*. Cur enim adderet, *si comederint*? Sed aliter intelligendus *Ælianus*. Non enim de herba, verum de celebri aranearum genere ei sermo est, quod *Galeno* teste lib. de Affect. loc. cap. 7. etiam istu solo mortem afferre solet. Nec est, ut de commestione ejus quis hic cogitet, cum quod ait in consequentibus, facile diversum monstret. Quid enim δῆγμα φαλαγγίε nisi ictus? S. de Phalangis *Plinius* l. 29. c. 4. K.

τοσούτον) Recte. Nimirum alias remedia adversus venenata ex cervis peti solent, quippe quorum & cornua & dentes & sanguis & anhelitus, pellis denique venenis resistunt. Admiratur ergo vim phalangiorum. S.

Κίτῳ) Non cervis tantum, sed quibusvis hoc prodest. Consule *Plinium* lib. XXIV. cap. 10. Auctorem de virtutibus herbarum, quem olim *Apulejum* putavere. Quanquam privatim de cervis unicum prodidisse *Nostrum* existimet *Biscola* Tom. II. lib. 3. cap. 11. Hor. subsec. S.

CAP. IX.

ΚΕΦ. Θ.

Περὶ λέοντος νοσήσι.

Λέοντα καὶ νοσήσι μὲν ἄλλων ἐδὲν ὀνίησι φάρμακον δὲ ἔστιν αὐτῷ τὸ νόσον, βρωθεὶς πίθηκε.

νοσήσι) Quartana; inquit G. I. Vossius lib. III. Theol. Gentil. cap. 53. Plinius lib. VIII. cap. 16. tantum fastidij agritudinem sentire, scribit, inque remedio esse gustatum simiarum sanguinem. Idem noster testatur lib. V. Hist. An. cap. 39. πίθηκα ὡς τυχάν, inquit, καὶ τέτρα φαγών, κενῆται, τὴν γαστέρα ταῖς ἐκείνης λαπάξας σαρκίν. vide Philostratum lib. III. cap. 1. de vita Apoll. S.

ΚΕΦ. Ι.

Πῶς αἱ βελημέναι ἐν Κρήτῃ αἴγες θεραπεύονται.

Οἱ Κρηῖτες εἰσι τοξεύειν ἀγαθοί. καὶ ἐν καὶ τὰς αἴγας βάλλουσιν ἐπ' ἀκροὺς νεμομένας τοῖς ὄρεσιν· αἱ ἃ βληθεῖσαι ὡς ἀχρῆμα τὸ δικτάμυ βοτάνης διέτραγον, καὶ ἅμα τῷ γεύσασι, ὅλα ἐκείνα τὰ βέλη ἐκπίπτει.

ἐπ' ἀκροὺς νεμομένας τοῖς ὄρεσιν) MS. A. hæc verba non agnoscit. & abesse possunt. S. His verbis Autor probat, Cretenses tam certo ictu destinata ferire, ut etiam in altissimis montibus pascentes capras telis configant, ideoque verba loco non movenda esse crediderim. K.

δικτάμυ) Gesnerus legit δικτάμυς, sed nihil mutatione opus, cum & altera vox frequens sit bonis auctoribus. quanquam

CUIA

CAP. IX.

De Leone agrotante.

Ægrotanti Leoni nulla potest alia medicina adhiberi, quàm si comedat Simiam; id ei morbi remedium existit.

CAP. X.

Quomodo Cretica Capra sagittarum jactum in se ipsis curent.

Cretenses sagittandi periti sunt. Quare jaculis percutunt capras, quæ in montium cacuminibus pascuntur. Illæ vero percussæ, repente comedunt herbam dictamum, & simulac gustarunt, jacula tota excidunt.

cum Gesnero faciat etiam MS. B. De re ipsa consule *Plinium* lib. XXV. cap. 8. & lib. VIII. cap. 27. *Servius* ad IV. Æn. *Cervæ vulneratæ dictatum quærunt, qua gustata, feræ vulneribus tela depellant.* Adde eundem ad lib. XII. & ibi *Virgilium* ipsum. Item *Aristot.* IX. *Animal.* cap. 6. & in *Admirand.* *Ausc. Cic.* II. de *N. D. Dioscor.* III. c. 47. *Plutarch.* de *toler. Anim.* & alios. S.

διέτρωγον ἢ mallem διέτρωγον. nam thema est διατρώγω. Nominat quidem *Stephanus* participium διέτρωγων, sed sine auctore. unde ipsum etiã suspectum est. S. Dabo Autores idoneos, qui τὰ διέτρωγον emendatissimum esse, uno ore testentur. *Aristoph.* in *Vespis.*

διέτρωγεῖν τοίνυν κράτιστόν ἐστί μοι τὸ δίκτυον.
ergo rete corrodere mihi visum est optimum.

Ipsè Auctor in H. A. l. v. c. 3. ἵνα μὴ διέτρωγῆ ὁ σκώληξ & l. vi. c. 12. χελώνη διέτρωγε τὰ δελφάνεα & iterum c. 46. 42. mitto alia ex *Suidâ*, *Helýchio.* &c. K.

Κ Ε Φ. ια.

CAP. XI.

Ὅτι μαντικοὶ οἱ μῦες.

Quòd futurorum præscii
mures.

Ἦσαν δ' ἄρα μαντικῶτάτων ζώων καὶ μῦες. γηρώσεως γ' οἰκίας ἤδη καὶ μελλέσεως καλοιοθάμεν, ἀφ' ἄνεον ἢ πρῶτοι. Ἐ ἀπολιπόντες τὰς μωπίας τὰς αὐτῶν καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς διατριβὰς, ἢ ποδῶν ἔχουσι, ἀποδιδράσκουσι, καὶ μετοικίζονται.

pedibus valent, fugiunt, aliudq; domicilium quærunt.

Sunt verò etiam mures inter animalia vaticinandi maximè perita censendi. Nam quum domus aliqua consenuit, & ruinam jam minatur, primi sentiunt, & relictis suis foraminibus & pristinis habitationibus, quantum contendere

μῦες) Consule *Plinium* lib. VIII. cap. 28. *Ciceronem* lib. XIV. *Epist.* ad *Atticum* ep. 4. *Eustathius* *Odyss.* K. fabula rem explicat, ipsum vide. Cæterum quam noster in virtute quadam μαντικῆ reponit causam, eam *Vossius* sensui ipsorum tribuit in addendis ad lib. III. pag. 1050. *Theol. Gent.* id quod verius. S.

CAP. XII.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

Πεὶ μυρμίκων.

De Formicis.

Ἐχουσι ᾗ καὶ οἱ μύρμικες, ὡς ἀκῶα, μανθικῆς τινα ἀθήσιν. ὅταν γὰρ μέλλῃ λιμὸς ἕσασθαι, δεινῶς εἰσι φιλόπονοι πρὸς τὸ θησαυεῖσαι, ἔαυτοῖς ἀποταμειώσασθαι τὰς πυρρὰς, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν σπερμάτων, ὅσα μυρμίκων δεῖπον ἐστὶ.

Formicæ etiam, sicut accipio, quendam futurorum sensum habent. Nam, imminente fame, mirum in modum sunt laboriosæ ad comportandum victum, & reponendum sibi frumentum, ac reliquos fructus, quibus vescuntur formicæ.

ΚΕΦ. ΙΓ.

CAP. XIII.

Πεὶ Γέλων.

De Gelone & ejus cane.

Ὁ Συρακῆσι Γέλων καὶ ἄναρ ἐξέλεητο κεραυνῶ, καὶ διὰ τῆτο ἐβόα, ἐκ ἀμυδρὸν, ἐδὲ ἀδενές, ὡς ἐν ὀνείρω, ἀλλ' ἀνδρικῶς, ὥτε δεινῶς ἐκπλαγεῖς ὑπὸ τῆ δέξας. ὁ ᾗ κύων, ἔσπερ ἐν αὐτῷ παρεκάθεισεν, ἐκ τῆ βοῆς διετράχθη, καὶ παρεβῆσ αὐτὸν, ὑλάκτῃ πάνυ σφοδρῶς ἀπληθικόν, ἔ συντονον. καὶ ἐκ τέτων ὁ Γέλων ἅμα τε ἀφυπνίθη, καὶ τῆ δέξας ἀφέθη.

Gelon Syracusius, per quietem fulmine tangi sibi visus exclamavit, non tacita neque infirma voce, ut solet in somnis fieri, sed strenua, tanquam gravissimè metu perculsus. At canis, qui prope eum dormiebat, vociferatione excitatus, & circumiens ipsum, vehementer & terribiliter latrabat. Hoc modo Gelon, somno simul solutus, & metu liberatus est.

Συρακῆσι Γέλων) Addit nomen patriæ, quia plures fuere. vide *Pausan* lib. VI. ubi docet, hunc fuisse Tyrannum Syracusanum, & vixisse circa Olympiadem LXXII. Cæterum huic similem historiam de cane Pyrrhi habes apud *Pollucem* lib. V. cap. 5. ubi & alia. S.

κεραυνῶ)

κεραυνῶ) Eandem historiam aliis verbis exornatam habet Noster in Hist. An. l. 6. c. 62. ubi διόβλητος extat inter alias ludentis styli elegantias. K.

ἀπφλητικόν) in MS. C. una voce auctius legitur ἀπφλητικὸν ἀτέδην, cum notâ breviationis in fine, quam intelligere non possum. S. Quantum ex dictis conijcere licet, videtur Codicis illius descriptor in librum incidisse, cujus margini ascriptum fuerat ἀπφλητικὸν ἀπιθεῖν, minaci vultu intueri, idque postea textui inseruisse. K.

ΚΕΦ. ΙΔ.

Περὶ κύκνου.

Λέγει Αεριστότελης ὅτι κύκνον καλλίπαιδα εἶναι, καὶ πολύπαιδα, ἔχεν γε μὴν καὶ θυμόν. πολλάκις γὰρ εἰς ὄρνυ, καὶ μάχην προελθόντες, καὶ ἀλλήλους ἀπέκτενον οἱ κύκνοι. λέγει ὅτι ὁ αὐτός, καὶ μάχεσθαι τὰς κύκνους τοῖς αἰετοῖς, ἀμύνασθαι γε μὴν αὐτὰς ἀλλ' ἐκ ἀρχῆν ἀδικῶν. ὅτι δ' εἰσι φιλωδοῖ, τὸ μὲν ἦδη ἔτεθρύλλεται. ἐγὼ ὅτι ἀδονίος κύκνου ἐκ ἠέσας, ἴσως ὅτι ἐδὲ ἄλλος. πεπίστυται ἔν, ὅτι ἀδαι, καὶ λέγουσί γε, αὐτὸν μάλισα ἐκείνον εἶναι ὅτι χρόνον εὐφρονότατον, καὶ ὠδικώτατον, ὅταν ἢ πρὸς τὴν κατὰ στροφὴν τὴν βίαν. διαβαίνουσι ὅτι καὶ πέλαγος, ἔπετονται καὶ κατὰ θαλάσσης, καὶ αὐτοῖς ἐκ ἀμύνει τὸ πλερόν.

num esse, quando ad vitæ finem devenit. Trajiciunt autem

CAP. XIV.

De Cygno.

Aristoteles inquit, Cygnumpulchram multamque sobolem progignere. Sed & iracundiæ esse obnoxium. Sæpe igitur fieri, ut ira comoti Cygni, pugnaque commissa, se mutuò perimant. Idem ille affirmat, Cygnos cū Aquilis bellum gerere, verum ita, ut injuriam à se propulsent, non inferant priores. Cantandi studiosos esse, jam comūni sermone pervulgatum est. Ego verò Cygnum nunquam adivi canere, fortasse neq; alius. Creditur tamen canere: & tunc potissimum ajunt eorum cantum suavissimum & jucundissimum esse, quando ad vitæ finem devenit. Trajiciunt autem

autem pelagus, & per mare volant, indefesso alarum remigio.

ἀλλήλας ἀπέκλειον) Ita *Athenæus* lib. IX. Dipnos. ex *Aristotele*. lib. IX. Hist. Anim. cap. 12. hoc est, eo loco, ubi reliqua hujus capituli exequuntur. Nil autem de hac ipsorum pugna inter se, ut nec *Plinius*, qui eum sequitur. Consulte lib. ejus X. cap. 23. S.

ἀρχὴν ἀδίκων) iterum *Noster* l. V. H. An. c. 34. de cygno. ἀδίκων μὲν ἐν σὸν ἀρχῆ. non prior laceffit. *Zonaras* Tom. III. Annual. ἀδίκων ἢ ζε, ἢ τὴν οἰκειαν ἀρχῆς μοιῶν ἀσβαλῶν ἢ αὐτῶν προσζημιωθείς τῷ ζῶνι. quia laceffit (fratrem Constantem) armis, & provinciis suis & viâ exiuit est. *Volfius* in h. l. deesse putat χειρῶν. malè. Est enim ἐκείνη vulgata & elegans. K.

ἐγὼ ἦ) *Paria* *Noster* lib. II. Anim. cap. 32. *Plinius* lib. X. c. 23. *Myndius* apud Athenæum loco antea laudato, omniumque retro temporum experientia. Sunt, qui alis in auras sublatis suave quid testantur modulari. Quod ut verum sit, non tamen proprie dicerentur ἀδειν, quod veteres de ἄδεισι μεσοκοῖς usurpare solent. Constat autem ex *Pollucis* lib. V. cap. 13. proprie hoc verbum etiam de oloribus usurpari. S.

κύκνα ἀδον) *Nazianzenus* Epist. I. in pereleganti apologo cygnos ita loqui fingit. ἡμῶν, (non vero, ut in editis est ἡμεῖς) μὲν ἔνεκεν, κἂν εἰς τῷ ἔρημον ἀφικαίῳ τις, ὥστε ἀκῶσαι τῷ μεσοκοῖς, ὅταν ἀνώμῳ τῷ ζεφύρῳ τὰς πτέρυγας ἐμπνεῖν ἠδὲ τικῆ ἐναρμόνιον. *Nostri* causâ etiam in eremum quisquam se conferre velit, auditurus *Muscâ*, cum *Zephyro* alas permiserimus, ut illis suavissima insibilis harmonia. In fine ejusdem Epistolæ *Theologus* ille subjicit lectissimum hoc proverbium. τότε ἄσονται κύκνοι, ὅταν κελοῖσι σιωπήσῃσι, cum canent cygni, cum tacebunt graculi. Quod quidem in dicaculos cadit, silentium prudentioribus exprobrantes. de Cygneo cantu vide notata *Rittershusio* ad l. 2. *Cynget.* Opp. p. 78. 79. K.

σὸν ἡκῶσα) contrario sensu verba hæc adducit *Taubmannus* ad *Eclog.* IX. *Virgilii*, negationemque omittit. *Ælianum* denique inter eos numerat, qui cantum olorinum audivere. Sed opinor lapsum esse memoria, locum certe tum non inspexisse, cum ista scriberet. Sequentia enim palam diversum ostendunt, S.

Πεὶ πεισιερῶν.

De Columbis.

23-24
 25-26
 27-28
 29-30
 31-32
 33-34
 35-36
 37-38
 39-40
 41-42
 43-44
 45-46
 47-48
 49-50
 51-52
 53-54
 55-56
 57-58
 59-60
 61-62
 63-64
 65-66
 67-68
 69-70
 71-72
 73-74
 75-76
 77-78
 79-80
 81-82
 83-84
 85-86
 87-88
 89-90
 91-92
 93-94
 95-96
 97-98
 99-100
 101-102
 103-104
 105-106
 107-108
 109-110
 111-112
 113-114
 115-116
 117-118
 119-120
 121-122
 123-124
 125-126
 127-128
 129-130
 131-132
 133-134
 135-136
 137-138
 139-140
 141-142
 143-144
 145-146
 147-148
 149-150
 151-152
 153-154
 155-156
 157-158
 159-160
 161-162
 163-164
 165-166
 167-168
 169-170
 171-172
 173-174
 175-176
 177-178
 179-180
 181-182
 183-184
 185-186
 187-188
 189-190
 191-192
 193-194
 195-196
 197-198
 199-200
 201-202
 203-204
 205-206
 207-208
 209-210
 211-212
 213-214
 215-216
 217-218
 219-220
 221-222
 223-224
 225-226
 227-228
 229-230
 231-232
 233-234
 235-236
 237-238
 239-240
 241-242
 243-244
 245-246
 247-248
 249-250
 251-252
 253-254
 255-256
 257-258
 259-260
 261-262
 263-264
 265-266
 267-268
 269-270
 271-272
 273-274
 275-276
 277-278
 279-280
 281-282
 283-284
 285-286
 287-288
 289-290
Φωκίων δὲ τῶν Φώκων καὶ τοῦτο ἐγὼ γε ἔγνων καλόν. παρελθὼν γὰρ εἰς τὰς Ἀθηναίας, ἐκκλησίας ἔσθης, ἐπεὶ τι αὐτοῖς ἐμέμφετο ἀγνωμονεῖσι, πάνυ σφόδρα πεπαιδευμένως, καὶ πολιτικῶς εἶπε βέλομαι μᾶλλον τι ὑφ' ὑμῶν παθεῖν κακὸν αὐτὸς, ἢ αὐτὸς τι ὑμᾶς κακῶς δεῖσθαι.

CAP. XVI.

De Phocione.

Phocionis filii Phoci, etiam hoc factum laudabile duco; quum enim ad Athenienses verba faceret pro concione, reprehendens quandam in ipsis ingratitude, sapientissimè simul & gravissimè dixit. Malo damnnum à vobis accipere, quam ipse vobis damnnum dare.

Αγνωμονεῖσθαι

Αγνωμονῶσι) De ea loquitur ingratitude, quam Nicanori retulerunt, qui ludos tamen & spectacula populo exhibuerat. Consule *Plutarchum*, qui hæc omnia accuratius, in vita Phocionis. S. *Noster* ait, *Phocionem* maluisse injuriam ab *Atheniensibus*, *Plutarchus* à *Nicanore* accipere, quam facere. conciliatio hujus ἐναντιοφανῆς facilis est. K.

ΚΕΦ. ΙΖ.

Περὶ Μάγων τῶν ἐν Πέρσαις
σοφίας, καὶ Ὀχου.

Ἡ τῶν ἐν Πέρσαις Μάγων σοφία, τάτε ἄλλα εἶδεν, ὅποσα αὐτοῖς εἶδέναι θέμις, καὶ ἐν καὶ μαλιεύεσθαι. οἷον ἐν καὶ προεῖπον τῷ ᾧ Ὀχου περὶ τὸς ὑποκόβου ἀγριότητά, καὶ τὸ Φονικὸν αὐτῷ, διὰ τινῶν ἀπορρήτων συμβόλων κατὰ γνόντες τῆτο. ὅτε γὰρ Ἀρταξέρξης ᾧ πατὴρ αὐτῷ τελευτήσαντι, εἰς τῷ βασιλείαν τῶν Περσῶν ὁ Ὀχου παρήλθεν, οἱ Μάγοι προσέβησαν τῶν εὐνέχων τινι, ᾧ ὀλισιόν παρῆσαν, φυλάξαι τὸν Ὀχου, τῆς τραπέζης παρατεθείσης, τινι πρῶτον ᾧ παρακειμένων ὀπχειρεῖ, καὶ ὁ μὲν εἰσήκει τῆτων τῆτο, ὁ ᾧ Ὀχου τὰς χεῖρας ἐκλείνας, τῆ μὲν δεξιᾷ ᾧ μαχαιρίων τῶν παρακειμένων ἐν ἔλαβε, τῆ δὲ ἐτέρᾳ τὸν μέγιστον τῶν ἄρτων προσφλύσατο, καὶ ὀπιθεῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν κρεῶν, εἶτα τέμασιν,

CAP. XVII.

De sapientia Magorum
Persicorum & Ocho.

Persicorum Magorum sapientia, tum alia tenuit, quæ ipsis scire fas esset, tum etiam vaticinandi scientiâ calluit. Hi ergo prædixerunt etiam Ochi sævitiâ adversus subditos & ingenium cædis avidum, quum id ex signis de eo cognovissent. Nam quum Artaxerxe patre vita defuncto regnum Persarum Ochus capesseret, Magi cuidam ex Eunuchis (propè altanti) præceperunt, ut posita mensa animum adverteret, quibus rebus ex objectis rex primum manum injiceret. Qui quum oculos ad hoc intetos haberet, Ochus utraq; manu protensa, dextra unum ex adjacentibus cultris abripuit, altera maximum panem accepit, quem carnibus impositum scidit, & alacriter comedit.

ἤθιεν ἀφειδῶς. ἅπερ ἀκό-
 ραντες οἱ μάγοι, δύο ταῦτα
 ἐμαντεύσαντο, εὐετηρίαν πλὴν
 ἐξ ὠρῶν, καὶ εὐφορίαν πλὴν
 παρὰ τῶν ἀρχαῖς αὐτῆ χρέ-
 νον, καὶ πολλὰς φόνους. καὶ εἰ
 διεψεύσαντο.

Quibus auditis, Magi hæc
 duo vaticinati sunt, anni
 tempestivam fertilitatem,
 atque annonæ copiam illo
 regnante, & cædium fre-
 quentiam portendentes :
 neque falsi fuerunt.

τῶντε ἄλλα) Cultum Deorum, dissertationes de natura ipso-
 rum, item quibus quodque numen sacrificiis colendum esset.
 Vide *Diog. Laert. Prooëmio. Xenophontem παιδεία* lib. VII. & 2-
 lios. S.

καὶ τὸ φονικὸν) De quo consulendus *Valer. Maximus* IX. cap.
 2. & *Plutarchus* vita Artaxer. S.

ὅτε γὰρ Ἀρταξέρξης) *Ælianus* infra l. VI. c. 8. eundem facit
 Artaxerxes & Ochum. Sed uterque & Pater & filius sunt Ar-
 taxerxes. At Darius nomine Ochus dicebatur, de quorum cru-
 delitate lege *Valer. Max.* lib. IX. cap. 2. Hæc Bigotianus
 codex. S. Unde nomen Artaxerxes Græci deflexerint *Schickar-*
du docebit in *Tartrech. Regum Persarum* p. 22. De Magis, eo-
 rumque divinationibus vide *Briffon.* lib. 2. de *Regno Persar.* pag.
 178. K.

Ἀρταξέρξης) Ochus, *Artaxerxis Memoriosi* filius fuit, patri-
 que in imperio Persarum successit Olymp. 104. de morte ejus
 infra *Noster* l. 6. c. 8. ex notis *Königianis*.

τῆ μὲν δεξιᾷ) Adeo etiam in minimis ingenia hominum
 se produnt. Adde Sullæ iudicium de Julio ex fluxiore cinctura
 apud *Sueton.* cap. 39. vulgi de Caligula, ex eo, quod pœnis ad
 supplicium datorum libentissime interesset. Apud eundem cap.
 11. vide & cap. 25. ejusdem libri. S.

ἐπ' αὐτῶν ἢ κρεῶν) *Cyperus* l. 3. Obs. emendat ἐπ' αὐτῶν,
 quia de uno tantum pane sermo, & vertit, *carnes illi imponens.* S.
 Malim ἐπ' αὐτῶν, error natus inde est, quod jota subscribendum in
 MSSis codicibus fere à latere voci apponatur, & deinde à descripto-
 ribus sæpe in, deformatur. K.

Πεὶ δειπνῶν πολυτελῶν.

De opiparis cœnis.

Τιμόθεος ὁ Κόνωνος στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων, δόξας ποτε τῶν δειπνῶν τῶν πολυτελῶν, καὶ τῶν ἐσιασθεῶν τῶν στρατηγικῶν ἐκεινῶν, παραληφθεὶς ὑπὸ Πλάτωνος εἰς τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ συμπόσιον, καὶ ἐσιαθεὶς ἀφελῶς ἅμα, καὶ μεσικῶς, ἔφη πρὸς τὰς οἰκείας ἐπανελθὼν· ὅτι ἄρα οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνῶντες, καὶ τῇ ὑσераίᾳ καλῶς διαγῶσιν. ἐν ᾧ τέττε δέεαλε Τιμόθεος τὰ πολυτελῆ δειπνα, καὶ φῶρκα, ὡς πάντως εἰς τὴν ὑσераίαν οὐκ ὑφραίνοντα. λόγος ᾧ καὶ ἐκεῖνος ὁ ἀδελφὸς τῶ προειρημένῳ, καὶ ταυτὸν νοῶν, ἐμὴν τὰ αὐτὰ λέγων, περὶ εἰσιν· ὅτι ἄρα τῇ ὑσераίᾳ ὁ Τιμόθεος περὶ τυχῶν τῶ Πλάτωνι εἶπεν· ὑμεῖς, ὦ Πλάτων, εὖ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς τὴν ὑσераίαν, ἢ εἰς τὴν παρῶσαν.

Timotheus Cononis filius, dux Atheniensium, omissis opiparis cœnis, & epulationibus imperatoriis, assumptus à Platone ad convivium Academicum, & frugali musicaque cœna exceptus, reversus ad suos dixit: Qui cum Platone cœnant, etiam postero die bene habet. Exinde Timotheus vituperavit cœnas splendidas & onerosas, (ut) quæ sequenti die nullâ voluptatem afferrent. Etiam ille sermo prædicto affinis, & sensum eundem præ se ferens, verbis autem diversis circumfertur, quod postridie Timotheus, quum incidisset in Platonem, dixit ei: Vos, ô Plato, melius cœnatis sequenti die quam præsentī.

Τιμόθεος) Ex Athenæi lib. X. prope ad verbum. Adde Plutarchum in Præceptis de tuenda sanitate & lib. VI. Symposi proœm. ubi Jonem auctorem hujus rei tradit. S.

τὸ ἐν Ἀκαδημία συμπόσιον) Solebant Philosophi raro tem-
 pore frugalia inire convivia Athenis. πολλῶν εἰσι φιλοσόφων ἐν ἄσσει
 τῶν ὀδοῦ, ἢ μὴ Διογυιστῶν, ἢ ἢ Ἀριστοτελιστῶν λεγομένων, ἢ ἢ Πανα-
 τιστῶν. κατέλιπε ἢ καὶ ὁ Θεόφραστος εἰς τοιαύτῳ συνέδῳ κρημασθῆναι,
 μὰ Διὸς ἔχ' ἵνα ἀκολασαίνωσι συνόντες, ἀλλ' ἵνα τὰ κτ' ἔσ' συμποσίῃς
 λόγῳ σωφρονῶς καὶ πεπαυδόμενως διεξάγωσι &c. καὶ τοῖς φιλοσοφῶσι
 ἢ ἐπιμελεῖς ᾧ &c. Multi sunt conventus Philosophorum Athenis,
 quorum alii Diogenistæ, quidam Anipatristsæ, sunt & qui Pana-
 tistsæ dicuntur. Legavit in hunc usum Theophrastus pecuniam non
 sane, ut convenientes lascivius se gererent, sed ut convivia sermone so-
 brio & erudito transigerent. Erat etiam Philosophis curæ, colle-
 ctâ juvenitute suâ, ad præscriptas leges convivari. Itaque in Aca-
 demia erant convivales leges à Xenocrate & rursus ab Aristotele
 factæ. Athenæus l. V. ab initio. confer etiam l. XII. pag. 584.
 Hujusmodi Philosophico convivio adhibitus Timotheus, etsi non
 epulis, doctis tamen sermonibus, in crastinum quoque exhila-
 ratūris animum prolixè acceptus est. de re ipsa vide Perram Villo-
 rium l. 18. Var. Lect. c. 3. ubi plura ex Cicerone, Plutarcho, Athe-
 næo, & aliis adducit. K.

λόγῳ ἢ καὶ ἐκείνῳ) Hegesandri ἐν ὑπομνήμασιν. Athenæus
 libro ante dicto; cum quo consentit Cicero lib. V. Quæst. Tusc.
 ubi vim & usum hujus exempli discas. S.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

Περὶ Ἀλεξάνδρου Θεοῦ ἑαυτὸν καλεῖσθαι βελομένῳ. De Alexandro, qui se Deum appellari volebat.

Ἀλέξανδρος ὅτε ἐνίκησε Δαρείον, καὶ τὴν Περσῶν ἀρχὴν κατέκτησεν, μέγα ἐφ' ἑαυτῷ φρονῶν, καὶ ὑπὸ τῆς εὐτυχίας, τῆς περιλαβῆσθαι αὐτὸν τότε, ἐκδεκόμενος, ἐπέστρεψε τοῖς Ἕλλησι, Θεὸν αὐτὸν ἡφι-στασθαι. γελοῖως γὰρ ἔγ' ἀπειρεῖν ἐκ τῆς φύσεως οὐκ εἶχε, ταῦτα ἐκ τῶν ἀνδρῶπων αἰτῶν

Alexander superato Dario, & Persarum regno in suam potestatem redacto, sapiens altū, & ob prosperam fortunam, qua tum usus fuerat, divinos spiritus gerens, Græcis scripsit, ut se deum facerent: satis equidem stulte. Neque enim quæ natura ei largita non

G 2

ἐκείνῳ



ἐκεῖνⓄ ἐκέρδαιεν. ἄλλοι μὲν ἐν ἄλλα ἐψιφίσαντο, Λακεδαιμόνιοι ὃ ἐκεῖναι ἐψιφίσαντο ἢ ἈλέξανδρⓄ βέβηται θεὸς εἶναι, ἔσω θεός. Λακωνικῶς τε ἅμα καὶ κατὰ τὸ ὀπιχώειον σφίσι τρόπον, ἐλέξαντες πλὴν ἑμπελιξῆν οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Ἀλεξάνδρῳ. • darguentibus Lacedæmoniis stuporem & vācordiam Alexandri.

ὅτε ἐνίκησε) *Curtius* lib. VI. cap. 2. *Ut primum instantibus curis laxatus est animus, militarium rerum, quam quietis otiique patientior, exceperet eum voluptates, & quem arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt.* Adde ejusdem libri cap. 6. *Iustin.* lib. XII. cap. 7. Sic de Antigono prædictus auctor lib. XV. cap. 2. *Hæc victoria elatus Antigonus, regem se cum Demetrio filio appellari à populo jubet. S.*

θεὸν ψιφίσασθ) Nimirum τρισκαίδεκατον, decimum tertium, ut *Noster* infra l. V. c. XII. ut adeo inter Duodecim Deos Majorum gentium esset, quos Ethnici τελείως, perfectos vocant, *Chrysozt.* in 2. Corinth. cap. 12. Romæ, inquit, Senatus divinos honores Alexandro decrevit, τρισκαίδεκατον ἐνόμισαν θεὸν ἢ σύγκλητⓄ Ρωμαίων. ἐνιοι (Ἐκλήτων) καὶ τοῖς δώδεκα Θεοῖς προστιθέντες καὶ νεὰς οἰκοδομὰς, καὶ θύοντες οἰς δράκοντⓄ υἱῶ, quidam Græcorum ascripserunt eum duodecim Diis, & templa extruxerunt, sacrificarumque, ut Draconis filio, ait *Lucian.* in Dial. Mort. Noluit igitur Alexander referri inter de Plebe Deos, ut *Ovidius* cecinit. K. vid. *Rhodigin.* l. 21. c. 25. *Dempsterum* p. 477. *Vossium* Th. Gent. p. 803 *Freinshemium* in *Curtium* p. 77. Hæc codex *Königianus.* v. supra. §. 12. K.

Λακεδαιμόνιοι) *Damis.* vide *Plutarch.* Apoph. Lacon. S.

ΚΕΦ. κ.

CAP. XX.

Περὶ Ἀντιγόνος βασιλείας
πραότητος.

De Antigoni regis mansuetudine.

Ἀντιγονὸν φασὶ τὴν βασιλείαν
δημοτικὴν καὶ πρᾶον γινέσθαι.

Antigonum Regem a-
junt popularē & mansue-

καὶ ὅτι

καὶ ὅτω μὲν χολὴ τὰ κατ' αὐ-
τὸν εἰδέναι, καὶ αὐτῶν ἕκαστα
ἐξείλεται ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν,
εἴσεται ἐτέρωθεν. εἰρήσεται δὲ
ἐν αὐτῷ καὶ πάνυ πρᾶον, καὶ
ἄτυφον, ὃ μέλλω λέγειν. ὁ
Ἀντίγονος ἔστ' ὄρων τὸ ἕν
τοῖς ὑποκόμοις χρώμενον βι-
αιότερόν τε, καὶ θρασύτερον,
οὐκ οἶδα, ἔπειτα, ὡς πάντῃ
βασιλείαν ἡμῶν ἐνδοξὸν εἶναι
δυσκείαν; καὶ τὰ μὲν τῶν Ἀντι-
γόνος πρὸς τὴν παῖδα πάνυ
ἡμέρως ἔχει καὶ φιλανθρωπῶς.
ὅτω ἢ ἐδοκεῖ ταύτη, ἀλλ'
ἐκείνός γε ἐδοκεῖ μοι βασι-
λικὸν ἀνδρά τε εἰδέναι, ἐδὲ
πολιτικόν, τυραννικῶν ἢ συμ-
βῶσαι μᾶλλον.

Qui id non approbat, is vero mihi videtur ne-
que regium neque civilem nosse virum quenquam, sed
cum tyrannico potius aliquo convixisse.

tum fuisse. Cui igitur va-
cat pernoscere eum, & sin-
gula facta hominis perqui-
rere, sciet aliunde. Dicitur
tamen ejus hoc facinus
clementissimum, & ab o-
mni fastu alienum, quod
jam dicam. Hic Antigō-
nus, quum cerneret filium
suum se violentiorem &
immodestiorē gerere er-
ga subditos: An non, in-
quit, novisti, fili, nostrum
regnum nobilem esse ser-
vitutem? Atque hæc An-
tigonis verba, quibus fili-
um alloquutus est, maxi-
mam mansuetudinem &
humanitatem præ se fe-
-

καὶ αὐτῶν ἕκαστα) Optime *Tan. Faber.* καὶ αὐτῶν τὰ ἕκαστα. S. Le-
gerem minori mutatione, καὶ αὐτῶν ἕκαστα, & singula eorum vel ea
singulatim excutere, sin malueris, αὐτῶν ἕκαστα, habebis suffragan-
tem *Nostrum* infra 13, 1. ubi extat, αὐτῶν ἕκαστα τῶν δρυμῶν. K.

ἐτέρωθεν) *Justino* lib. XXIX. cap. 3. S. *Gruter.* discurs. in
Tac. p. 60. *Magir.* p. 1923. *Königius.*

ἕν) *Demetrium Poliorcetem* intelligit, hunc enim & *Phi-
lippum Antigonus* filios habuit, ex quibus *Philippus* adhuc juve-
nis mortuus est. teste *Plutarcho.* ex codice *Königiano.*

ἐνδοξόν) Propter speciem externam, omniumque rerum
copiam & affluentiam, ex qua vulgo, quia sola in oculos incur-
rit, felices beatique judicantur. vide *judicium Damoclis* de

Dionysia, apud *Ciceronem* lib. V. *Quæst. Tusc.* Simonidis de regno in genere, apud *Xenophontem* in Hierone. S. v. *Fronium* p. 77. *Eustath.* *Odyss.* p. 138. *Rhodigin.* l. 21. c. 35. *Grotium* in *Marth.* 20. quos allegat *codex Konigianus*, adde *Gattaker.* in *M. Antonin.* p. 295.

ἡσλείαν) Recte. Nec enim suo Principes, sed reipublicæ & civitatis bono nascuntur, cui propterea noctes atque dies inservire debent. Modo in tribunali esse, modo in senatu, nunc cum civibus, nunc cum exteris & peregrinis agere, confirmare pacem, paulo post deliberare de bello, ne somnum quidem sua voluntate capere, sed omnia tempora inter curam salutis singulorum privatæ, publicæque omnium consumere. Pulchre, & in hanc sententiam *Tiberius*, quanquam alio proposito. *Dixit* ἔτι νῦν ἔτι σέπῃ, alias, bonum ἔτι salutarem principem senatui servire aebere ἔτι universis civibus sæpe, ἔτι plerumque etiam singulis. *Suet.* cap. 29. Adde *Senecam* in *Consol.* ad *Polyb.* cap. 26. Et quia tot tantique summo imperio labores, sicut *Cotta* *Consul* inquit, apud *Sallust.* in fragmentis, insunt, eidem *Tiberio* miseræ ἔτι onerosa servitius vocatur. cap. 24. Cui convenit, quod de hoc ipso *Antigono* memorat *Stobæus* *serm.* 47. dixisse πρὸς τινὰ μακαρίζουσαν αὐτὸν γράβν. εἰ ἦδεις, ἂ μῆτρε, ὅσων κακῶν μέτρων ἐστὶ τέτι τὸ ράικον, δείξας τὸ δαδῆμα, σὺν ἂν ἐπὶ κοπρίας κείμων αὐτὸ ἐβάσασας. Similis sententia *Regis* nescio cuius apud *Valer. Maxim.* lib. VII. cap. 2. S.

πρὸς τὴν παῖδα) Similis fere admonitio *Augusti* ad *Tiberium*, apud *Sueton.* in *Aug.* c. 51. 6. S.

ΚΕΦ. κα.

CAP. XXI.

Περὶ Πausανίης, Ἀγάθωνος) *De Pausania Agathonem*
ἢ ποιητῆ ἑρωμῆς.) *poëtam amante.*

Ἀγάθωνος ἦρα ἢ ποιητῆ Πausανίας ὁ ἐκ Κεραμείων. καὶ τῆτο μὲν διατεθρῦλλεται. ὃ ἢ μὴ εἰς πάντας πεφοίτηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρῶ. εἰς Ἀρχελαῦ ποτὲ ἀφίκοντο, ὅτε ἑρασῆς καὶ ὁ ἐρώμενος ἔτοι. ἡ δὲ ἄρα ὁ Ἀρχελαῦ ἐρωτικός, ἔχ

Agathonem poëtam amabat Pausanias Cerameis natus. Et hoc quidem manifestum est. Quod vero non omnibus notum est, id ego exponam. Aliquando venerunt ad Archelaum ambo, tum amator, tum

ἦτις,

ἥτιον, ἢ καὶ φιλόμωστος. ἔπει-
 τοῖνυν ἑώρα διαφερομένους
 πρὸς Ἀλλήλους τὸν τε Πausa-
 νίαν καὶ τὸ Ἀγάθωνα πολλάκις,
 οἰόμενος τὴν ἔρασιν ὑπὸ τῶν
 παιδικῶν παρορᾶσθαι, ἤρξαστο
 ἔρα τὸ Ἀγάθωνα ὁ Ἀρχέλαος,
 τί βεβλόμενος ἔτω πυκνὰ
 ἀπεχθάνεται τῷ πάντων μά-
 λιστα φιλέῃσι αὐτόν; ὁ δὲ
 ἐγὼ σε, ἔφη, φράσω, βασι-
 λεύ. ἔτε γὰρ εἰμι πρὸς αὐτόν
 δύσεις, ἔτε ἀγροικία πράτ-
 τω ἔτο. εἰ δέ τι καὶ ἐγὼ ἠθῶν
 ἐπάω τῆ τε ἄλλῃ, καὶ ἐκ ποι-
 ητικῆς, ἠδιστον εὐείσκω εἶναι
 τοῖς ἐρῶσι πρὸς τὰ παιδικὰ
 ἐκ διαφοράς κατὰλλασσε-
 ᾶσθαι. καὶ πεπίστευκα, ἐδὲν αὐ-
 τοῖς ἔτος ἀπαντᾶν τερπνόν.
 τέττε γὰρ τὸ ἠδέσθαι πολλάκις
 αὐτῷ μετὰ δίδωμι, εἰρίζων
 πρὸς αὐτόν ὀλεονάκις. εὐ-
 φραίνεται γὰρ καταλυομένε-
 μιν πλὴν πρὸς αὐτόν ἔριον συγ-
 νεχῶς. ὁμαλῶς ὅ καὶ συνή-
 θως προσιόντι, οὐκ εἴσεται
 πλὴν διαφορότητα. ἐπαήνεσε
 ταῦτα ὁ Ἀρχέλαος, ὡς λόγος.
 ἤρα δέ, φασί, τὸ αὐτὸ Ἀγά-
 θωνοιοῦσθαι. Gaudium enim capit, si contentionem
 cum eo subinde dissolvam & reconciliem. Si vero æ-

amatus. Archelaus vero
 non minus amoris quam
 literarum erat studiosus.
 Quum igitur videret cre-
 bro esse contentiones inter
 Pausaniam & Agathonem,
 arbitratus amatorem ab a-
 masio sperni, interrogavit
 Agathonem Archelaus.
 Quid sibi vellet, quod fre-
 quenter inimicaretur ei, a
 quo summo opere amaretur?
 At ille: Hujus rei, inquit,
 o rex, ego ratione tibi red-
 dam. Neque enim conten-
 tiosior sum aut morosior
 adversus ipsum, neque ru-
 sticitate quadam id facio.
 Quod si quid ego quoque
 de moribus intelligo, tum
 ex aliis, tum ex arte poeti-
 ca, jucundissimum amanti-
 bus esse reperio, si ex con-
 tentione & litibus cum a-
 masiis in gratiam redeant.
 Et sane mihi videtur nihil
 illis delectabilius accidere
 posse. Hujus ergo volupta-
 tis persæpe eum partici-
 pem facio, frequenter cum

θωνⓄ τέττε καὶ Εὐριπίδης ὁ
 ποιητής· καὶ τὸ Χρῦσιππων
 τὸ δράμα αὐτῷ χαριζόμενος
 λέγεται διαφρονίῳσαι· καὶ εἰ
 μὲν σαφές τῆτο, ἀποφῆναδὺς
 οὐκ οἶδα, λεγόμενον δ' ἐν
 αὐτῷ οἶδα ἐν τοῖς μάλισα.

æqualiter & consueto mo-
 re cum eo semper agerem,
 non experiretur diversita-
 tem. Laudavithæc Arche-
 laus, ut inquit. Amavit
 etiam eundem hunc Aga-
 thonem Euripides poeta,
 & drama Chrysiippum in ejus gratiam elaborasse dicitur.
 Id certum esse, non possum affirmare, hoc autem
 scio, constanter à multis dici.

Αγάθωνος) Meminit horum Maxim. Tyrius dissert. X. S. A-
 gathonis honesta mentio fit apud Aristoph. in Ranis.

Her. Αγάθων δὲ πᾶ ἔστιν; Δι. ἀπελιπὼν μὲν ἀποίχεται,
 ἀγαθὸς ποιητής, καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις.

Her. Agathon vero ubi est? Bac. hinc abiit me deserens,
 bonus Pœia, desiderandus ἔσθ' suis.

ubi Scholiastes: ἕϊος ὁ Αγάθων κωμωδοποιὸς ἔσθ' Σωκράτης διδασκάλου,
 ἀγαθὸς τὸ πρόπον καὶ τὴν τράπεζαν λαμπρῶς· καὶ φασιν, ὅτι Πλάτω-
 νος Συμπόσιον ἐν ἐστίασει αὐτῷ γέγραπται, πολλῶν ἄμα φιλοσόφων
 σὺν αὐτῷ καθ'αρχόντων &c. καὶ Αρχελάου τῷ βασιλεῖ μέλει τελευτῆς
 μὲν ἄλλων πολλῶν συνῆν ἐν Μακεδονίᾳ, Hic Agathon Comicus So-
 crate docente, moribus comis, ἔσθ' mensá lautus. ajunt etiam Pla-
 tonis Symposium in ejus convivio scriptum esse multis cum illo philoso-
 phis cenantibus. Fuit autem apud Archelaum Macedoniae Re-
 gem una cum aliis multis ad mortem usque. Plato in Symposio
 ait Agathonem πρώτη τραγωδία, primá Tragœdia vicisse, ut
 etiam Tragicus fuerit Agatho. Nam ἔσθ' αὐτῷ ἀνδρὸς ἐστὶ κωμωδῶν
 καὶ τραγωδῶν ἐπίσταδὺς ποιεῖν, ut Socrates fortè in gratiam Agatho-
 nis disputat in fine Sympos. de stilo Agathonis infrà quædam.
 Lucian. in Rhetor. præceptiore. Sardanapalo & Cinyræ adjungit
 Αγάθωνα, τὸ τὴν τραγωδίας ἐπέγραστον ποιητὴν, amabilem illum Tra-
 gicum. Philostratus l. i. de Vit. Sophist. καὶ Αγάθων ἔσθ' ὁ τὴν τρα-
 γωδίας ποιητής, ὃν καὶ κωμωδία σοφόντε καὶ κακισπῆ οἶδε, πικραχῆ τῶν
 ἰαμβωϊῶν γοργιάζει. Enimverò etiam Agatho, Tragicus, quem Co-
 mœdia ut sapientem laudat ἔσθ' elegantem, in Jambis suis sæpe Gor-
 giæ stylum imitatur. Interpres Philostrati reddidit, Jambicis
 (puto legendum Jambis) plerumque Gorgiacis utitur. Verum-

enimvero *Gorgiam* Jambos scripsisse affirmet alius, non ego. *Γοργιάζειν* potius est, *Gorgiae* dictionem poeticam, tumentem, & antithetis plenam exprimere, vel studio, vel ad deridendum *Gorgiam*, id quod *Plato* egregiè præstitit in suo *Gorgia*, adeo, ut *Philostrati* iudicio τὸ *Γοργιάζειν* ipsum pæne superarit *Gorgiam*. *Petavius* equidem notis in *Synesium* pag. 81. *Γοργιάζειν* idem esse *Philostrato* existimat quod ῥητορεύειν, ornate & *Rhetorice* dicere. Sed alio, quo id probet, exemplo opus est. Hæc obiter. jam ad *Agathonem* redeo. ad eum pertinere Epitaphium Bononiense *Gevartius* iudicat l. 3. Elect. c. 1. quod ita se habet :

D. M.

ÆL. ÆELIA CRISPIS, NEC VIR, NEC
MVLIER, NEC ANDROGYNA;
NEC PVELLA, NEC IVVENIS, NEC ANVS;
NEC CASTA, NEC MERETRIX, NEC PV-
DICA, SED OMNIA;

SVBLATA NEQVE FAME, NEQVE FER-
RO, NEQVE VENENO,
SED OMNIBVS :

NEC COELO, NEC AQVIS, NEC TERRIS,
SED VBIQVE IACET.

LVC. AGATHO PRISCIVS, NEC MARITVS,
NEC AMATOR, NEC NECESSARIVS;
NEQVE MOERENS, NEQVE GAVDENS, NE-
QVE FLENS,

HANC NEC MOLEM, NEC PYRAMIDEN,
NEC SEPVLCHRVM,
SED OMNIA,

SCIT ET NESCIT CVI POSVERIT

hoc inquam Epitaphium laudatus Criticus de *Agathone* Atheniensi & *AMORE* explicat, quam bene, iudicent alii. K.

ὁ ἐν Κεραμείων) Corrige Κεραμείων, Auctore *Meursio* in de *Ceramico* c. 2. ubi ostendit ita nominatos, qui in *Ceramico* habitabant. S. Imo auctore potius *Platone*, qui in *Protagora* : παρεκάθητο αὐτῷ ἐπὶ ταῖς πλησίον κλίμας Πausανίας τε ὁ ἐν Κεραμείων, καὶ μὲν Πausανίας νέον ἔτι μειράκιον, ὡς μὲν ἐγῶμαι, καλόντε κατὰ γὰθὸν τὴν φύσιν, τὴν δὲ ἐν ἰδέαν πάνυ καλός. ἔδοξα ἀπῆσαι ὄνομα αὐτῷ εἶναι *Αγάθωνα* καὶ εἶναι ἂν θαυμάζοιμι, εἰ παιδικὰ Πausανίας τυγχάνει ὄν. assidebant ei in proximis lectis & *Pausanias* *Ceramentis* ille, & juxta adolescentulus admodum juvenis, ingenioque

ut ego existimo, probo & eleganti. facie certè pulcherrimus, visus sum mihi audire, Agathonem vocari. nec mirarer in deliciis eum Pausaniæ esse. vid. Hesych. & Suidam in Κεραμῖς. K.

ἠδίστον ἐνείσκαω) Terent. Andr. Amantium iræ amoris redintegratio est. Publ. Syrus: Discordia fit carior concordia. lege Plauti Amphitr. Sc. 2. Act. 3. & quod de Mecenate tradit Seneca de Prov. illum quotidiana repudia deflevisse, & alibi, millies unam uxorem duxisse, quod pertinet ad l. vir. 64. ff. de Donat. inter Vir. & Ux. vide Fab. decl. 321. Erasm. Chil. Amantium iræ, & Symm. l. I. Ep. 31. Ovid. l. Amor. Eleg. 6. Rationem vide apud Nic. Leonis Thomæum in quæst. amatoris cap. 13. Hæc Codex Bizotianus. Hujusmodi fribusculum amoris eleganter Heliodorus vocat πρῶτον κερσμα ἐρωτικὸν ἢ ἀκκισμὸν. Terent. in Eunuch. in amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ, suspiciones, inimicitia, induciæ, bellum, pax rursus. Sunt etiam, qui πρῶσιωπήσεις appellant. Symmachus l. I. epist. 73. expostulationem vocat sine labe concordia ubi vide notata Jureto. & adde Petrum Victorium l. IV. Var. Lect. cap. 14. Stobæus Serm. 184. ex Democrito ait: ἐρωτικὸν μέμψιν ἢ ἀγαπωμένῳ λυεῖ, amatorium jurgium ipsa, quæ amatur, diluit. Plutarch. in Amatorio: ut sol post nubila dulcior emicat: ita amor ex ira & zelotypia in gratiam redeunte adamata, jucundior & acrior efflorescit. Apulejus hoc amoris ingenium in animo habuit, cum bites Venereas l. V. Metam. i. e. leves & facile exarmandas dixit, & Matthæus Vindocinensis, in Thobia canens, non adeo malè pro suo tempore:

Consonat antithesis in amore, scientia nescit,
Ira jocatur, honor sordet, abundat egens.
Probra probant, reprobat laus, desperatio sperat,
Spes metuit, profunt noxia, lucra nocent,
Anxietas in Amore sapit, dulcescit amarum,
Vernat hyemis, sudant frigora, morbus alit.

vid. & Aristænetum ep. IV. & XV. l. I. Euripidem ipsum Troadibus v. 660: & Propert. l. 3. Eleg. VII. quibus Codex Königianus addit Löensem p. 271. Magirum p. 126 & 164. Velxium in Terent. pag. 77. Germani dicunt: Der Buhler Zorn / der Buhlschafft Sporn. itidem ex notis Königianis in h. l. K.

ἢ ἡ χερύσιππων) Ex hoc dramate Cl. Alexandr. lib. 6. Stomat. & Stobæus Serm. 64. & 93. quædam adducunt. argumentum hujus dramatis amatorium fuisse ex l. 13. c. 5. colligere licet: Königianus. vid. supra l. 13. c. 5. K.

ΚΕΦ. κς.

CAP. XXII.

Ὅτι ἐνομώτατοι Μαν-
τινῆς.*Quod justissimi Mantinenses.*

Ἐνομωτάτους γενέσθαι καὶ
Μαντινέας ἀπὸ τῶν ἠπείρων
Λοκρῶν, ἔδ' ἐ Κρητῶν, ἔδ' ἐ Λα-
κεδαιμονίων αὐτῶν, ἔδ' Ἀθη-
ναίων. σερμὸν γὰρ τι χρῆμα
καὶ τὸ Σόλων ἐγένετο, εἰ καὶ
μὲν ταῦτα Ἀθιναῖοι κατὰ μι-
κρὸν τῶν νόμων τινὰ τῶν ἐξ αὐ-
τῶν γραφόντων αὐτοῖς, διέφ-
θραν.

Justissimis legibus u-
sos etiam Mantinenses fu-
isse audio, non minus
quam Locros, & Creten-
ses, & Lacedæmonios ipsos,
atque Athenienses. Nam
Solon gravissimus & ju-
stissimus civis fuit, quan-
quam post Athenienses
sensim leges, quæ ab illo

Scriptæ fuerant, sustulerunt.

ἐνομωτάτους) Mallem ἐνομωτάτους, videturque sic in suo
reperisse Vultejus, quia vertit *justissimis legibus*. aliud enim si-
gnificat lectio vulgata. S. vid. *Eustath.* in *Odyss.* pag. 689.
Barth. *Advers.* p. 1524. *Königius.*

Λοκρῶν) Qui Epizephyrii dicuntur, coloni Locrorum, qui in
finu Crissæo habitant, & Ozolæ vocantur. πρῶτοι ἢ νόμοις ἐγ-
γεγραμμένοις χρῆσασθαι πεπισδυρμένοι εἰσι, primos autem legibus scriptis
usos esse, creditum est, quas ex Cretarum, Laconum, & Areopagi-
tarum legibus *Zaleucus* compilavit, ut *Strabo* l. 6. *Geograph.* tra-
dit ex *Ephoro Historico* p. 179. K.

μικρὸν) MSS. B. & C. καὶ μικρὰ. S.

τῶν νόμων τινὰ) MS. A. τῶν νόμων τινὰς, quod voluit *Gesne-
rus*, qui & in sequentibus scribit, τῶν ὑπὸ αὐτῷ γραφέντων, quale
quid in suo codice reperisse etiam *Vultejus* videtur. S. Simplici-
us legeris, τινὰς τῶν ἐξ αὐτῶν γραφέντων, quasdam ab eo scriptas. K.

διέφθειραν) Hoc imprimis factum per quemdam *Nicomachum*,
ut *Meursius* *Tract.* de *Solone* c. 24. ex *Lysia* oratione
ostendit. *Königius.* Scilicet Atheniensium civitas ἐψηφίζετο μὲν
ἅπαντα τὰ δέοντα, καὶ νόμος εἶχε ἀπαράσας, ἐχρήτητο ἢ ἔδεν, ὡς περ
Αναξανδρείδης ἔσκωψεν. ἡ πόλις ἐβέλεθ', ἢ νόμων ἔδεν μέλει. quæ
verba *Aristot.* l. 7. de *Mor.* aut Athenienses perstringunt, aut in
eos bene quadrant. Cæterum, an leges sæpius abrogandæ sint, dis-
putat idem philosophus l. 2. c. 8. *Polit.* K.

ΚΕΦ. κγ.

ΚΕΦ. κγ.

CAP. XXIII.

ὅτι Νικόδωρος πύκτης ὢν, καὶ νομοθέτης ἐγένετο.

Quod Nicodorus pugil factus est legis lator.

Νικόδωρος ὁ πύκτης ἐν τοῖς εὐδοκιμωτάτοις Μαντινέων γενόμενος, ἀλλὰ ὄψις τῆς ἡλικίας, καὶ μὴ τὴν ἀθλοσφαιρικήν καὶ νομοθέτης αὐτοῖς ἐγένετο, μακρῶν τέττε ἀμεινον πολιτευτάμενος τῇ πατρίδι τῆς κηρυγμαίων ἐν τοῖς σταδίοις. Φασὶ ὁ αὐτῶν Διαγόραν τῆς Μίλιον συνθεῖναι τὰς νόμους ἐρασιῶν γενόμενον. εἶχόν τι καὶ περαιτέρω ὑπὲρ Νικόδωρος εἰπεῖν ὡς δὲ ἀνμυθολογίῳ καὶ τῆς ἔπαρνον τῆς Διαγόρου προσπαρλαμβάνειν, εἰς τοσούτον διωλύσθω τὰ τῆς λόγου. Θεοῖς γὰρ ἐχθρὸς Διαγόρας, καὶ ἔμοι ἥδιον ὅπι πλείστον μεμνήσθαι αὐτῆς.

mihī cordi est ulterius de illo mentionem facere.

Nicodorus autem pugil excellentissimus & celeberrimus apud Mantinenfes, extremo ætatis suæ tempore, & exacta pugilatione legislator eis extitit, longe utiliozem se patriæ in ea re præstans, quam quum publice victor in stadiis proclamaretur. Adjunt tamen Diagoram Melium, à quo amabatur, ei composuisse leges. Habere aliquid amplius de Nicodoro recensere, sed ne videar simul laudare Diagoram, hic oratio mea conquiescat. Nam diiserat infestus Diagoras, nec

Νικόδωρον) Nondubito conjuncta primo hæc fuisse antecedentibus, divisa postea ab eo, qui argumenta capitibus præposuit. Eadem deinde Fabri sententia fuit. S.

τέττε ἀμεινον) Faber legit τέτο. S.

κηρυγμαίων) Pugilum robur, palmae, præconia Sapientioribus videntur parum bono publico prodesse. *Isocr.* in Panegyri. τῆς ἀθλητῶν δις τοσαύτην βάρμη λαβόντων, εἰδὲν ἂν πλέον γένοιτο τοῖς ἄλλοις, *athletis duplo majus robur natis nullus inde ad alios fructus recidit.* *Euripides* in *Autolyco.*

τί γὰρ

τί γδ παλαίσας εἶν, τί δ' ἀκύντας ἀνήρ,
ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον πείσας κακῶς,
πόλει πατρώα σέφανον ἤρκεσε λαβῶν;

quid bene luētatus, quid pedibus valens,
aut jaciens discum, aut os qui obtulit bene,
coronam patris urbi contulit patriæ?

Xenophanes apud Athenæum l. 10. εἰ πιαίνει, inquit, ταῦτα μυχῆς πόλει, non inde urbis interiora pinguescunt. Laërtius in Solone. ἀθλητῶν κῆ ἀσκήματα πολυδάπανοι, κῆ νικῶντες ἐπιζήμιοι, κῆ σεφανέντα κῆ τῷ πατρίδῳ μάλλον, ἢ κῆ τῷ ἀνταγωνιστῶν &c. Athletæ εἶ, dum exercentur, sumptibus faciunt ingentes, εἶ dum vincunt, nocent, magisque in fraudem patriæ, quam adversariorum coronantur. vide quoque in Galeni operibus Protrepticon ad artes. Eodem modo Auctor fatetur, Nicodorum suis præconiis patriam nec meliorem nec ampliorem reddidisse. Cæteroqui notandum, Athletas olim post certamina & palmas, ætate in senium devexâ, ad capeffendam rempublicam sæpe accessisse. de Gorgo Messenio Suidas tradit, eum ab athletico pulvere se traduxisse ad bonum publicum patriæ, πρακτικώτατῳ κῆ γενεζέστατῳ εἶναι νομιζόμενος περὶ τῷ πολιτείαν. vide eum in Γοργός, ex Polybio in excerpt. de Virtut. εἶ Vir. vid in κηρύτῳ. K.

Διοῖς γδ ἐκθρῆς) Vide infr. c. 31. hujus libri. S.

ΚΕΦ. κδ.

Ἔτι ὁ Μίλων τὸ σῶμα ἰσχυρὸς ἦν, τὴν δὲ ψυχὴν οὐκ ἀνδρείῳ.

Ἦδη τινὲς τῷ Μίλωνῳ
τῷ Κροτωνιάτῳ πειραζομένῳ
ῥώμῳ ἐξέβαλον, τοιαῦτα
ὑπὲρ αὐτῆ λέγοντες· Μίλων
τῷ τῷ ῥοιά, λῦ ἐν
τῇ χειρὶ καλεῖχεν, εἰδὲς τῷ
ἀντιπάλλον ἐλεῖν ἐδύνατο· ἢ
ἢ ἐρωμένη αὐτῆ, ῥᾶσα αὐτῷ
ἐξήρει, φιλονεικῆσα πρὸς

CAP. XXIV.

Quod Milo corpore quidem
erat robustus, animo vero
non fortis.

Aliqui robur Milonis
Crotoniatæ multorū ser-
monibus usurpatum, con-
temptius reddiderūt, ejus-
modi de eo prædicantes;
Miloni nemo adversario-
rum malū, quod in manu
tenebat, eripere potuit. At-
qui amasia ejus nullo ne-

αὐτῷ

αὐτὸν πολλάκις. ἐκ δὴ τῆς
 νοεῖν ἔσαι, ὅτι ὁ Μίλων ἰαυ-
 ρὸς μὲν τὸ σῶμα ἔω, ἀνδρείου
 ὅτι τὴν ψυχὴν οὐκ ἔω.
 virum, animo tamen effœminato extitisse.

gotio eximebat, sæpe cum
 eo contendens. Ex quo
 sane perspicuum est, Milo-
 nem, corpore validissimo

ροϊαν) Adde *Nostrum* lib. VI. *Histor. Anim.* c. 55. *Plinium*
 lib. VII. c. 20. *Pausan.* Eliacis poster. S. *Philostr.* l. IV. cap.
 IX. V. A. quibus adde ex codice Königiano *Ammianum* l. 30. c. 24.
Ælian. H. A. p. 383. *Pausan.* p. 136. K.

ἰσχυρὴν αὐτῆς) Simile exemplum infra lib. XII. c. 38. S.

Κ Ε Φ. κε.

CAP. XXV.

Ὅτι ἡ ἑκτη τῆς Φαργυλιῶν
 διὰ τοῖς Ἑλλησιν

*Quod sexta Februarii Græ-
 cis fuerit auspicata.*

Τὴν ἑκτὴν τῆς μῆνης
 Φαργυλιῶν πολλῶν καὶ
 ἀγαθῶν αἰτίαν γινέσθαι λέ-
 γουσιν, ἔ μόνον τοῖς Ἀθηναίοις,
 ἀλλὰ καὶ ἄλλοις πολλοῖς αὐ-
 τήκα γὰρ Σωκράτης ἐν ταύτῃ
 ἐγένετο. καὶ Πέρσαι ὅτι ἠτλή-
 θησαν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ καὶ
 Ἀθηναῖοι ὅτι τῇ Ἀγροτέρᾳ δπο-
 φύσει τὰς χιμαίρας τὰς τρια-
 κοσίας, κατὰ τὴν εὐχὴν τῆς
 Μιλτιάδου θρώντες τῆτο. ὅτι
 δ' αὐτῆ μῆνος ἔκη ἰσαμένη,
 καὶ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μά-
 χῃ φασι γενέσθαι, καὶ νι-
 κῆσαι τὴν Ἑλλήνας. τὴν γὰρ
 προτέραν ἦταν αὐτῶν, ἥς
 ἐμνήσθη, τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ

Sextam diem mensis Fe-
 bruarii multa (&) bona,
 non solum Atheniensibus,
 verum etiam multis aliis
 attulisse ferunt. Ne longe
 abeam, ea die Socrates in
 lucem provenit: & Persæ
 hoc die fusi atque fugati
 sunt: & Athenienses Agro-
 teræ trecentas capellas in
 sacrificiis immolant, faci-
 entes id ex voto Miltiadis.
 Et octavo idus ejusdem
 mensis ajunt ad Plataeas
 prælium commissum esse,
 Græcosque superiores dis-
 ccessisse. Nam priorem cla-
 dem, cujus memini, in Ar-

γεγονένη.

γεγονότα καὶ τὴν ἐν Μυκά-
 λῃ ἢ τῇ Ἐλλυών νίκῃ ἐκ
 ἄλλης ὁμολογήται δὴ ὡρον ἡ-
 μέρας ἡμέρας, ἢ ταύτης, εἶγε
 κατὰ τὴν αὐτὴν ἐνίκων καὶ ἐν
 Πλατααῖς καὶ ἐν Μυκάλῃ.
 καὶ Ἀλέξανδρον ἢ τῇ Μακε-
 δόνα, τῇ Φιλίππῳ παῖδα, τὰς
 πολλὰς μυριάδας τὰς τῇ βαρ-
 βάρων φθεῖραι καὶ αὐτὸν λέ-
 γουσι ἐπὶ ἰσαμένε, ὅτε καὶ
 Δαρεῖον κἀβείλεν Ἀλέξανδρος.
 καὶ ὁμολογῶσι τῇ αὐτῇ μίως
 πάντα. καὶ αὐτὸν ἢ τῇ Ἀλέξαν-
 δρον, καὶ γενέσθαι, καὶ ἀπελθεῖν
 τῇ βίῃ, τῇ αὐτῇ ἡμέρα, πεπί-
 ψευται.

temisio factam esse per-
 hibent. Neque vero par-
 tam ad Mycalam Græcis
 victoriã alii quam huic diei
 acceptam referri, si quidem
 eodem die victoriam & ad
 Platæas, & ad Mycalam
 adepti sunt. Item Alexan-
 drum Macedonē Philippi
 filium, multas Barbarorum
 myriades fudisse dicunt ο-
 ctavo idus Februarii, quom-
 Dariū caperet Alexander.
 Et constat omnia hæc hu-
 jus esse mensis. Tradunt
 eodem etiam die Alexan-
 drum & in vitam introiisse,
 & è vita egressum esse.

τῇ Φαργηλιῶν () Idem *Plutarchus* in *Camillo* non tan-
 tum de unica die, verum mense integro affirmat, exemplisque
 probare conatur. Porro rationes, quare hoc vel illud tempus
 rebus gerendis sit accommodatius, mathematici citius quam ego
 dixerim, quibus omnia ad ortus syderum & occasus referre mos
 est. *Ovidius Fast.* I. solum eventum tradit.

Nonarum (inquit) *tutela deo caret, omnibus istis*

(*ne fallere cave*) *proximus ater erit.*

Omen ab eventu est, illis nam Roma diebus

Marte sub adverso tristia damna tulit.

Adde *Gellium* lib. V. c. 17. S. Et *Ed. Nibhus* l. 2. *Fatidic.* c. 32.
Königius.

Σωκράτης ἐν ταύτῃ ἐργείῳ) Rectè. Ita enim etiam *Dio-
 genes Laërt.* l. 2. Nascitur, (inquit) *Socrates*, ut *Apollodorus*
 ait in *Chronicis*, sub *Apsephone* (l. *Aphephone*) 77. *Olym-
 piad.* anno quarto, *Thargelionis* mensis sexto, quo die lustrant
Athenienses civitatem, *Dianamque* natam *Delii* dicunt. *Plu-
 sarchus*

archus quoque l. 8. *Sympos.* sexta die mensis Thargelionis Socratis natalem à se celebratum esse, memorat. Hæc σύμμικτα *Königiana*. Cæterum videtur hoc loco Apollodori vacillasse memoria, dum Aphepsionem archonta facit Olympiad. 77. anno quarto, cum tamen ille intervallo duodecim annorum ab illo anno absit. Aphepsion enim, sub quo nonnulli natum volunt Socratem, Archon fuit Olymp. septuagesimæ quartæ, anno ultimo. Unde apparet, Apollodorum duas opiniones de Socratis nativitate, quarum altera sub Aphepsione, altera vero sub Phædone, qui summum Athenis magistratum gessit Olymp. 77. anno quarto, natum perhibet philosophum, in unum confudisse *κυκλώνα*. *Meursius* quidem mutilum vult esse hunc *Laërtii* locum, cum Auctor utriusque de Socratis nativitate opinionis mentionem vellet facere. Ea propter ita restaurat deperdita: ἐπι Αφεψίωντων ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς τελευτῆς Ολυμπιάδος. ἢ, ὡς ἔλκει ἐπι Φαίδωντων ἐν τῷ τ. ε. τ. ε. ι. ο. hæc ille in *Archontibus*. Verumenimvero, ne nimis strenuum hoc sit remedium, quo *Meursius* utitur, valde vereor. Ego malim hunc *Laërtii* locum ad χρονικὰ ἀγνοήματα *Castoris* pertinere, quam tot verbis sine ullo fundamento textum ruentem fulcire. K.

Πέζου) Pugna navali ad Artemisium Eubœæ promontorium commissa, ubi Eurybiades, consilio Themistoclis, cum dis persa adhuc & incomposita Persarum classe conflixit, plurimasque ipsorum naves demersit. Ita patet ex sequentibus cum ait: τὴν περσέων ἤτιαν αὐτῶν, ἥς ἐμνήσθη, τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ γεγόνεσθαι. Cæterum de pugna ipsa vide *Diodor. Sicul. lib. XI. S.*

Αγροτέρα) Hoc est Dianæ. Vocabatur hoc cognomen to propter ἀγραν regionem, in qua primum venationes instituisse dicitur. *Pausanias. Hesychius. Αγροτέραν, ὄρειαν τὴν Ἀρτεμιν. S.*

τὴν εὐχὴν) Ante pugnam Marathoniam. *Scholiasies Aristophanis in ἴπποις. Εξ ἰσορίας Κακίμαχων ὁ πολέμαρχων λέγεται εὐχασθῆναι τῇ Ἀρτέμιδι τοσαύτας βῆς θῦσαι, ὅσας ἀν φανεύσῃ Βαρδάρης ἐν Μαραθῶνι. ἐπεὶ δὲ ἡ πολλοὶ ἐφρονέυθησαν, μὴ δυνάμεσθαι τοσαύτας βῆς θῦσαι, ἔθυσε χιμαίρας. S.* Vide, si tanti est, quæ olim notata in specimine *Pollucis* p. 8. de voto *Agrotera*, l. *Venatrici* Dianæ, facto, quibus addatur hic insignis locus è *Xenoph. l. 3. de Cyr. Exped. εὐχάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι, ὅπως ἀν κατακλύνοιεν τὴν πολέμιαν, τοσαύτας χιμαίρας καθύσασθαι τῇ Θεῷ ἐπεὶ σὸν εἶχον ἰκανὰς εὐρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ ἐπιαιτῶν πυνθασίας θῦειν, καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀπο*

θίεσι, votum facientes Athenienses Dianæ, quos hostes interfecissent totidem capras se immolaturus esse. cum autem totidem invenire non possent capellas, visum est, quotannis quingentas cadere, quod etiamnum observatur. adde *Eustath.* in *Odys.* pag. 108. & *Iliad.* 1338. ex cod. *Königiano.* *Meurs.* in *Athen.* *Atticis* p. 93. K.

ἐν Πλαταιαῖς) De hac prolixè *Diodorus* lib. XI. S.

ἢ ἐμνήσθη) Non puto vitio carere hunc locum. Quomodo enim sic loquatur, qui cladis hujus mentionem fecit nullam? Puto igitur legendum, ἢ ἐμνήσθη, & reddendum, *cujus facta mentio*, videlicet ab aliis. S. In vado est lectio vulgata. Nam τὸ ἢ ἐμνήσθη respicit cladem Persarum ad Plataeas, cujus paulo ante mentio injecta erat, & quæ utique prior illâ ad Artemisium. Neque facilè concesserim τὸ ἐμνήσθη *passive* apud Græcos ἀπικωτέρως accipi. K.

ἐν Μυκάλη) Monte Joniæ. Vide prædictum loco antea laudato. Item *Justinum* lib. II. cap. 14. S. Cæterum *Herodotus*, quoque in *Calliope* allerit, eodem die Plataense & Mycalense prælium commissum, τὸ μὲν ἐν Πλαταιῶνι πρὸς ἑπιτιῆς ἡμέρας ἐγένετο, τὸ δὲ ἐν Μυκάλη πρὸς ἡλίου, pugnatum ad Plataeas est summo mane, in Mycale vero vesperi. Et in *Vrakia*: ad Thermopylas & Artemisium eodem die σύραξις Martia fuit. K.

ἢ Ἀλέξανδρον) MS. B. hic novum facit caput cum inscriptione tali. πρὸς Ἀλεξάνδρον βασιλέως. S. *Plut.* vide in vit. *Alexandri* & *Nihus.* *Fatid.* c. 32. codex *Königianus.*

καθέλεν) Videtur de pugna ad Arbelam loqui. Atqui ex ea Darius salvum se eripuit? teste *Curtio* lib. IV. cap. 14. Puto eos sequi, qui scribunt statim altera post prælium die Alexandrum Dario supervenisse, multis quidem vulneribus confosso, adhuc tamen spiranti. Quos inter est *Justinus* lib. XI. cap. 15. *Diodorus Sicutus* lib. XVII. *Arrianus*, I. cap. 5. S. *Auctor* I. VI. c. 25. de *Hist. An.* suam sententiam hunc in modum prodidit. Δαρείω τῷ τελευτάῳ Περσῶν βασιλεῖ ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον μάχῃ βληθέντι ὑπὸ Βήσσα ἢ Κεμένω, πάντων τὸν νεκρὸν ἀπλιπῶντων ὁ κύων ὅπ' αὐτῆ τραφεῖς παρέμενε μόνῳ πιστός. &c. Dario, ultimo Persarum regi, in prælio cum Alexandro à Besso vulnerato jacenti que, canis ab eo nutritus solus aderat fidus custos, reliquis omnibus mortuum deserentibus. K.

Ἀλέξανδρον) Vide *Plutarchum* *Symp.* lib. I. prob. I. *Anon.* desc. *Olymp.* CXIV. Anno I. *Diog. Laërtium* lib. VI. S.

αὐτῆ μὲνὸς πάντα) Scribendum μὲνὸς ταῦτα. Faber. videtur tamen scripsisse utrumque, ἔ αὐτῆ μὲνὸς πάντα ταῦτα καὶ αὐτὸν, alterumque ob similitudinem literarum esse omissum tanquam superfluum. S. Vulgata lectio εὖ κείται. K.

ΚΕΦ. κς.

CAP. XXVI.

Περί ὑπερβόρειος Ἀπόλλωνος,
καὶ περὶ τινῶν παρὰ Πυθαγόρου
θαυμασίων.

De Hyperboreo Apolline, &
quibusdam mirabilibus circa
Pythagoram.

Ἀριστοτέλης λέγει ὑπὸ τῷ
Κροτωνιαίων τὸν Πυθαγόραν
Ἀπόλλωνα ὑπερβόρειον προσ-
αγορεύεσθαι. κακείνα δὲ
προσεπιλέγει ὁ τοῦ Νικομά-
χου ὅτι τῆς αὐτῆς ἡμέρας πο-
τὲ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν, καὶ
ἐν Μεταποντίῳ ὤφθη ὑπὸ πολ-
λῶν, καὶ ἐν Κρότωνι τῷ ἀγῶνι
ἐξανιστάμενον. ἔνθα καὶ τῷ
μηρῶν ὁ Πυθαγόρας παρέφινε
τὸν ἕτερον χρυσοῦν. λέγει ὅτι καὶ
ὁ αὐτὸς, ὅτι ὑπὸ τὸν Κῶσαν
ποταμὸν διαβαίνων προσεῖρή-
θη. καὶ πολλὰς φησὶν ἀκηκόεσθαι
τὴν πρόσρησιν ταύτην.

Aristoteles dicit, à Cro-
toniatis Pythagoram A-
pollinem Hyperboreum
cognominari. Et hæc addit
ille Nicomachides: Quod
aliquando eodem die &
eadem hora visus sit à
multis & in Metapontio, &
in ludis Crotone surgere:
ubi Pythagoras etiam alte-
rum femur aureum osten-
dit. Dicit idem ille, quod
Nessum fluvium transiens
appellatus sit, & multos
ait hanc appellationem
audivisse.

Ἀριστοτέλης) Ubi? Non enim reperitur, quantum scio, in iis operibus, quæ hodie extant. Forte legendum est Ἀριστοτέλης. Is enim libros scripsit de vita Pythagoræ, multum laudatos à Laërtio, Porphyrio, Gellio, & aliis. Nisi forte fuit in libris Aristotelis de Philosophia Pythagorica, quos Jamblichus laudat cap. 6. Sed apud Laërtium in Catalogo librorum Aristotelis non videas τὰς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, verum περὶ τῷ Πυθαγορείῳ, ut prope dubitem, num & in Jamblichio sese recte habeat scriptura. Sed de hac re rectius videbo in libris de vita & Philosophia

Philosophia Pythagorica, si vitam viresque Deus dederit. S. Lectio vulgata extra aleam est. Multa enim scripsit Philosophus *Laertio* non memorata. v. *Meurf.* in *Apollon. Hist. Commentit.* pag. 129. K.

ὕπὸ τῶν Κροτανιατῶν) τῶν μαθητῶν αὐτῆς ait *Laertius* in ejus vita. Nempe & *Crotaniatæ* erant, apud quos vivebat, cum eī primum nomen hoc imponeretur, & discipuli ejus id faciebant. Autor autem eis fuit *Abaris Hyperboreus*, dum similem *Pythagoram Apollini* suo dixit. vide *Jamblich.* vita *Pyth.* cap. 19. S. Et *Porphyrium* in vita ejusdem. ubi ait *Pythagoram* aureo ostenso femore *Abaridi* fidem fecisse, se esse illum ipsum *Apollinem Hyperboreum*, cujus erat sacerdos *Abaris*. Ita mutuum muli! K.

ἐν Κρότωνι) *Jamblichus* habet, ἐν Ταυρομοδίῳ τῆς Σικελίας. S. *Lucian.* in *Dial. Mort. ad Pythagoram*, χαίρει, inquit, ἃ Εὐφορβῆ, ἢ Ἀπόλλων, ἢ ὅτι ἂν ἐθέλης, σώτρε ὁ Εὐφορβῆ, vel *Apollo*, αὐτὴν quicumque tandem esse velis. Romana editio legit πύθιον Ἀπόλλωνα pro Πυθαγόρῳ. A. male. Dicitur autem *Apollo* est, quod illum *Apolline* satum crediderint, ut etiam *Noster* innuit lib. IV. cap. 17. Hoc nomine & *Augustus* in *Inscriptionibus lapidum* salutatur *APOLLO DIVUS*, v. *Smeion.* in vita ejus cap. 91. Cæterum *Pythagoras* etiam hominibus, malè credulis persuaserat, sibi *Apollinem* apparere, seque ipsum confiteri, εἰαυτῶν τῶν Ἀπόλλωνος ἕκειν, ὁμολογεῖν, ὅτι αὐτὸς εἶναι. *Philostatus* lib. I. de *Vit. Apollon.* cap. 1. K.

τῶν μετῶν) *Plutarchus* in *Numa*. Καὶ Πυθαγόρας δοκεῖ τῶν μετῶν διπλοῦναι χερσὶν ὀλυμπιάσι, διὰ πορβορύθησθαι τὰ πανίγυριν. Adde *Lucian.* in *Somnio* sive *Gallo*, & *Jamblich.* in vita ejus. S. nec res ipsa sani aliquid habet. *Abaris* enim *Olympiad.* 3. in *Græciam* venit ἐ *Scythia*: *Pythagoras* autem natus anno 2. *Olympiad.* 53. quī igitur potuit femur ostendere *Abaridi* nondum natus *Pythagoras*? K.

χερσὶν) *Origenes* consentiens in cæteris femur ait fuisse eburneum vide l. VI. contra *Celsum*. S. Scilicet in diversa eunt sæpe *Auctores*, in historia de *Pythagorâ*, suos quisque secuti duces. Ita *Noster* à *Cosa* fluvio, alii à *Nesso* compellatum *Pythagoram* ajunt. *Porphyrius* in vita *Pythagoræ* inquit, καὶ κάσσαν ποταμὸν hoc fecisse. Ubi forte ex nostro legendum κάσαν. Valde igitur lubricum est, certi aliquid in tanto opinionum divortio definire, aut criticam manum textui injicere. K.

ἢ Κῶσαν) *Apollonius de Pythagora, κῆ ὑπὸ Ἐ κατα Σά-
μον ποταμῷ Διφθαίνων σὺν ἄλλοις, ἤκεσε φωνῶν μεγάλῳ ὑπὲρ ἀν-
θρώπων, Πυθαγόρα χαῖρε. Et hoc narrat Apollonius auctorem lau-
dans Aristotelem. Itaque emenda ex hoc loco Ælianum, & lego: ὑπὸ
Ἐ κατα Σάμον ποταμῷ Διφθαίνων. Hæc Casaubonus ad Laërtii
Pythag. Retinerem ego tamen, quod Interpres habet & Laërti-
us: ἢ Νέσον. Ita enim & *Jamblichus Vita Pyth. Μετὰ τῆ-
το ταῖνον ἐκεῖν* Νέσον ποτε ἢ ποταμὸν σὺν πολλοῖς ἢ ἐταῖρων Διφ-
θαίνων προσεῖπε τῇ φωνῇ. &c. Adde quæ notavit *Blancardus ad
Arrian. l. 1. pag. 3. 4. Eruditiss. Menagius in Laert. pag. 209.*
placebat ὑπὸ Ἐ Κῶσα ποταμῷ qui & post πρόσεχσιν ταύτῳ, addit
χαῖρε Πυθαγόρα. ex *Porphyrio, Jamblichō & aliis. S. Non pu-
to hac mantissa opus esse. ταύτῳ enim refertur ad præcedentia,
illam scilicet compellationem, de qua dictum. Cæterum verba,
ὑπὸ Ἐ. corrigi malim ex Nostri cap. 17. l. 4. legique ὑπὸ Ἐ Κῶ-
σα ποταμῷ &c. à σιωνίῳ Ἐσά transiens compellatus est. K.**

ΚΕΦ. κζ.

CAP. XXVII.

Ὅτι Ἀννίκερις ἵππευός δεξιός.
κῆ ὅτι ὑπὲρ μικρῶν λίαν σπε-
δάξων, τὰ μεγάλα
ὀλιγωρεῖ.

*Quod Anniceris eques bo-
nus. & quod qui minimis rebus
nimiam operam tribuit, ne-
gligit majora.*

Ἀννίκερις ὁ Κυρηναιῖς
ὅπῃ τῇ ἵππείᾳ μέγα ἐφρόνει,
καὶ ἀρμάτων ἐλάσφ. καὶ ἐν
ποτε καὶ ἐξελήθη Πλάτωνι
ὀπιδείξασθαι τῷ τέχνῳ.
Ζεύξας ἐν τὸ ἄρμα, περιήλα-
σεν ἐν Ἀκαδημία δρόμους
πομπόλλους, ἕτως ἀκρωῶς
φυλάττων τοῦ δρόμου ἢ ἑοῖχον,
ὡς μὴ πῶραβαίνειν τὰς ἀρ-
ματοτροχίας, ἀλλ' αἰεὶ καὶ
αὐτὸν ἰεναί. οἱ μὲν ἐν ἄλλοις
πάντες, ὡσπερ εἰκός, ἐξεπλά-

Anniceris Cyrenensis ob
artem equitandi & curru-
um regendorum peritiam,
superbum animū gerebat.
Voluit igitur quodā tem-
pore specimen artis suæ
Platoni exhibere, & junctō
curru in Academia multos
cursus circumequitavit,
adeo exactè directum cur-
rus meatum servans, ut
non discederet ab orbitis,
sed semper in iisdem ince-

ἦσαν. ὁ δὲ Πλάτων, τὴν
 ὑπερβάλλουσαν αὐτῆς σφαι-
 ρῶν δόξαν, εἰπὼν ἄδυνα-
 τὸν εἶναι, τὸν εἰς μικρὰ ἔτακται
 ἔθενος ἄξια τοσαύτῃ φρο-
 νίᾳ κατέλιθε μένον, ὑπὲρ με-
 γάλων τινῶν ἀπεδάσαι. πᾶ-
 σαν γὰρ αὐτῆς τὴν διάνοιαν εἰς
 ἐκείνα ἀποτεθείσαν ἀνάγκη
 ὀλιγωρεῖν ἢ ὄντως θαυμάζεσθαι
 δικάσιων.

conferatur, necessum esse, ut ea negligat, quæ revera
 sunt admiratione digna.

deret. Cæteri igitur omnes
 mirantes obstupuerunt :
 At Plato nimiam ejus in-
 dustriam reprehendit, in-
 quiens, fieri non posse, ut,
 qui rebus tam nullius pre-
 tii operam navaret adeò
 diligentem, possit ma-
 gnis & præclaris negotiis
 ullis vacare. Quum enim
 omnis cogitatio in ista

Αννίκεως) Eadem Lucianus in Encomio Demosth. me-
 minit hujus Anniceridis Aristid. quoque Orat. II. Platon. S.
 Merito iste Anniceris à Platone arguitur μαλαιοτεχνίας. ὁπόσοις
 γὰρ ἔπιτηδωμάτων ὄντων ἐστὶ τὸ τέλος βιωφελές, ταῦτ' ὄντων εἰσι τέχ-
 ναι. οἷον τότε περὶ δουρατῶν, καὶ βαδίζειν ἐπὶ χροινίων λεπτῶν, ἐν κύκλῳ
 τε ἀειδιδνεῖσθαι μὴ σκολιῶμενον, οἷα τα Μυρμηκιάδης τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλ-
 λικράτης τοῦ Λακεδαιμονίου, cujuscunque enim studii finis non facit
 ad vitam bene agendam, illud non venit in artium censu. ut sunt,
 tesseras bene jacere, per funes tenues ambulare, in circulum verti
 sine vertigine capitis. (adde currum ita in gyrum circumagere, ut
 eadem maneat orbita) huc pertinent opera Myrmeciadis Athenien-
 sis & Callicratis Lacedæmonii. Hæc Auctor protrepti. ad artes.
 Eruditiss. Rainsius ep. 43. ad Daumium arguit erroris Marsil.
 Cagnatum, quod συνέμπτωσι Anniceridum non animadvertit.
 Vixere enim, inquit, duo, quas erui, uno seculo, sed alter post
 alterum annis fere octoginta & in Appendice addit; Anniceris
 Philosophus Paræbatæ discipulus, à quo Αννίκεροι, alius fuit,
 & junior, quam Anniceris Cyrenæus. ὁ λυτρωσάμενος τὸ Πλάτω-
 να, hunc in Platone memorat, Laërtius, illum in Aristippo. Am-
 bos confundit lib. 3. cap. 17. Observ. Cagnatus. Hæc ille l. c.
 Verum, si Laërtium sequimur, unus tantum fuit Anniceris, qui
 & Platonem redemit & Paræbatæ discipulus fuit. Nam in vi-
 τῇ Aristippi, Αννίκερις, à quo Αννίκεροι, Diogeni est ὁ Πλάτων

λυτρωσάμενος & que ut in Platone. quæ nota, duobus locis repetita unum eundemque Annicerim designat. Fuit scilicet equis & aurigationibus more patrio deditus Anniceris adhuc junior, sed postea, fortè Platonis admonitione melior redditus, missis phaleris, ad philosophandum appulit animum. Ita in Vit. Philosophor. ex pugile, sculptore, mercatore aliisque legimus philosophos natos esse. *Plato*, inquit *Servius* in 6. Æneid. *ab humerorum dictus est latitudine, quam Græci Πλάτος vocant* (v. *Nostrium* lib. 2. cap. 10.) *Athleta enim fuit, qui post omnium victoriam se Philosophia dedit.* Hujusmodi mutationem vitæ in *Anniceride* crediderim accidisse, nec opus esse duos ex uno procedere *Annicerides*. K.

ἐπὶ τῇ ἰκπία) ἰππεία *Gesn. S.* Benè, & secundum analogiam Grammaticam. *Moschorides* περὶ χροῶν. τὰ ἀλὰ ἔεῖα παροξύλινα θηλυκὰ ἔχοντα ἀντιπαρακείμενα ἀλὰ ἔεῖα ἀλὰ ἔεῖα διφθόγγις γράφονται εἰον ἰππῶ, ἰππεύω, ἰππεία pag. 40. 41. K. *Gesneri* lectioni etiam probant MSS. omnes. S.

Κ Ε Φ. κη.

Ἀλεκτρυόνων ἀγῶν πόθεν
ἀρχὴν ἔλαβεν.

Μετὰ τὴν κατὰ τὴν Περσῶν νίκην, Ἀθλιῶσι νόμον ἔθεντο, ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας ἑτέρας. πόθεν ἡ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ὁ δὲ νόμος, ἔρω. ὅτε *Θεμιστοκλῆς* ὄπῃ τὸς βαρβάρους ἐξῆγε τὴν πολιτικὴν δυνάμειν, ἀλεκτρυόνας ἐθέσασατο μαχομένους. ἔδὲ ἀργῶς αὐτὸς εἶδεν. ἐπέσπυσε ἡ τὴν στρατιάν, καὶ ἔφη πρὸς αὐτὸς· ἀλλ' ἔσται μὴν, ἔτε ὑπὲρ πατρίδος,

CAP. XXIIIX.

Unde certamen gallorum
gallinaceorum initium tra-
xerit.

Post devictos Persas, Athenienses legem posuerunt, ut galli gallinacei quotannis uno die certamen in theatro inirent. Unde vero sumpserit occasionem hæc lex, planum faciam. Quum *Themistocles* civicum exercitum adversus barbaros educeret, gallos gallinaceos vidit pugnantes: neq; ille oscitanter eos vidit: Sed totum ex-

ἔτε ὑπὲρ πατρῶων θεῶν, ἔδ' ἔ
 μὲν ὑπὲρ ἰονικῶν ἡρώων κακο-
 παθεῖσιν, ἔτε ὑπὲρ δόξης, ἔδ' ἔ
 ὑπὲρ ἐλευθερίας, ἔδ' ἔ ὑπὲρ
 παίδων, ἀλλ' ὑπὲρ ἢ μὴ ἡτλη-
 θῶμαι ἐκάτερθε, μηδ' ἔτιζα
 πατέρω ἢ ἕτερον. ἀπερὲν εἰ-
 πῶν ἐπέρρωσε τὰς Ἀθηναίους
 τὸ τοίνυν γυμνάζοντο αὐτοῖς
 σύνθημα τότε εἰς ἀρετὴν ἐκ-
 λήθει διαφυλάττειν καὶ εἰς
 τὰ ὅμοια ἔργα ὑπόμνησιν.

ercitum advertens, inquit
 adipfos: At hi neque pro
 patria, neque pro diis fami-
 liaribus, neque vero pro
 avitis monumentis pericu-
 lum subeunt, neque pro
 gloria, neque pro liberta-
 te, neque pro liberis: sed
 tantum ne alter ab altero
 superetur, aut alter alteri
 cedat. Quibus verbis A-
 theniensium animos con-
 firmavit. Quod ergo tunc

eis incitamentum ad virtutem extitit, voluit ad simili-
 um rerum & factorum memoriam sempiternam conse-
 crare.

ἀγωνίζεσθαι) Idem Pergami institutum, teste *Plinio* lib. X.
 cap. 21. At de Atheniensium consuetudine testatur *Lucianus* li-
 bro de Gymnastiis. Ubi *Gilbertus Cognatus* notat, pari fere
 modo, quo hic Themistocles, etiam Socratem Iphicratis ani-
 mum accendisse. *Chrysippum* quoque libro de Justitia agnosce-
 re, quod gallorum æmulatione nobis stimulus ad fortitudinem
 injiciatur. Quæ *Gilbertus* ex *Laërtio*, vita Socr. habere vide-
 tur. De lege Atheniensium videndus est omnino *Peitius* in LL.
 Att. p. 84. & quæ notat *Dempsterus* ad *Rosini* lib. III. cap. 10
 item *Thomas Bartolinus*, vir solide doctus, vetusque Amicus
 meus lib. II. de Luce Animalium, cap. 14. S. Hujus moris At-
 tici & gallorum commissionis anniversariæ meminit *Eusebius*
 in *Iliad.* pag. 740. his verbis: Ἀθηναῖοι Πέρσας νικήσαντες, ὕστερον
 ἐπινοήσαντο ἀσπείον τι καὶ ἀκίνδυνον γυμνάσιον, ἀλεκτρυόνας κομοθεήσαν-
 τες ἀγωνίζεσθαι δημοσίῳ μιᾷς ἡμέρας ἢ ἕτας. ἐπεὶ καὶ Θεμιστοκλῆς ὅτε
 κατὰ Περσῶν ἐξῆγε στρατὸν, ἀλεκτρυόνας ἰδὼν μαχόμενος ὑπὲρ ἢ μὴ ἡτ-
 ληθῆναι, ἀπέθειν φασὶ τὰς Ἀθηναίους ἐπέρρωσεν εἰς μάχην. ὅμοιον ἢ καὶ Γα-
 μαῖοι ἐποίησαν δι' ὀρέγγων μονομαχίας, κήρυκος πρωφανέντος, τὸ ΠΟΥΛ-
 ΛΟΙ ΠΟΥΓΝΑΝΤ ἢ τὰ πῶλια μάχονται, καὶ ἔτω τὰς θεατὰς ἀθροίζον-
 τος. Athenienses, Persis devictis, lepidum quoddam & innoxium exco-

gitarunt exercitamentum, dum gallos quotannis solenni quodam die publice committendos sanxerint, cum Themistocles quoque exercitum in Persas educens gallosque videns pugnantes pro victoria, hoc exemplo suorum animos ad pugnam accendisset. Simile & Romanis fabularum per coturnicum (adde gallosum) commissiones, præcone indicente certamen his verbis, PULLI PVGNANT, & ita spectatores evocante. adde Musonium apud Stobæum pag. 367. ἄετρες καὶ ἀλεκτρῶνες &c. K.

ἐπίσησε) Legendum ἐπίσησε. S. Dudum ita legit Romana editio. K.

γονικῶν ἡρώων) Non satis intelligo, quid hic faciant Heroës, & quomodo Heroës patrum aut majorum dicantur. Puto plane ἡρώων scribendum, exponendumque de sepulchris, Ἡρώων, ἡρώων, μνημεῖον. Sane tali occasione mentionem sepulchrorum facere, frequens priscis autoribus. Nisi forte mavis ἡρώων. Nam & Noster ipse in Epist. Rust. 3. τὰ τῷ προγονοῦν ἡρώων tali sensu usurpat. Faber legit προγονικῶν ἡρώων, ut ἡρώων Atticum sit pro ἡρώων, habent faventem sibi lectionem vulgatam, Cuperus l. III. Observ. cap. 16. putabat τοπικῶν ἡρώων, & exponebat de præsidibus locorum, quod videtur longius recedere à recepta scriptura S. Tot correctionibus carere possumus, si accipiamus τὸ ὑπὲρ προγονικῶν ἡρώων, de heroibus, quos Athenienses φαῖνται majores suos, quorum numerus non est exiguus, pro illis certarunt Athenienses, dum à delubris & templis ipsorum hostium vim depulerunt, & relictam ab ipsis gloriam illibatam conservare conati sunt. τὸ τῷ προγονοῦν τάξιν μὴ λιπεῖν, quoties in Atticis, scriptoribus obvium est? imo, ut Hegesias ait, ἡ Ἀττικὴ Θεῶν ἐστὶ κλισμα καὶ προγονοῦν ἡρώων. Regio Atheniensium est Deorum opus & Heroum priscorum. Malim Majorum per appositionem. Strabo lib. 9. pag. 273. K.

Κ Ε Φ. κθ.

CAP. XXIX.

Τὴν τύχην πῶς ἐσήμανεν
ὁ Πιττακός.

Quemadmodum fortunam
significaret Pittacus.

Πιττακός ἐν Μιτυλήνῃ
κατεσκεύασε τοῖς ἱεροῖς κλί-
μακα, εἰς εὐδαιμονίαν μὲν χρῆσιν
ἐπιτήδειον, αὐτὸ δὲ τὸ ἀνά-

Pittacus Mitylene tem-
plis scalam fecit, ad nullum
aliu[m] usum, quam ut esset
dedicatum donum, adum-

σημα

Ἰήμα εἶναι· αἰνιτόμεν· ὁ βρὰν fortunæ repentinos
 τὴν ἐκ τῆς τύχης ἀνω καὶ κάτω ascensus atque descensus ;
 μετάπτωσιν, πρῶτον τινὰ ἢ ascendentibus quodam-
 μὲν εὐτυχῶν ἀνιόντων, κα- modo his, quibus fortuna
 τῶν δὲ ἢ δυστυχῶν. aspirat, descendentibus ve-
 ro, qui miseriis premuntur.

In MSS. B, & C. titulus hujus capituli est. ὡραῖον ἀεὶ τὸ
 κλίμακος. S. Hoc caput ferè integrum exscripsit *Eustathius* in O-
 dyss. ὁ σοφὸς Πυττακὸς ἐν Μιτυλήνῃ ἀνέλιθει ἐν τοῖς ἱεροῖς κλίμακος,
 αἰνιτολόμος φασὶ τὴν ἐκ τύχης ἀνω καὶ κάτω μετάπτωσιν, ἢ μὲν εὐ-
 τυχεύων ἀνιόντων, καὶ δυστυχῶν δὲ ἢ ἄλλως πασχόντων. K. Jac.
Capellus in historia sacra & exoticâ suspicatur Pittacum aliquid
 de Jacobi scalâ inaudivisse, adeoque scalam templis, non ad usum,
 sed quasi ad mysticum documentum anathematis instar donasse, τε-
 στε *Æliano*, qui scalâ hac vult fortunæ volubilitatem & rerum
 humanarum vicissitudinem à Pittaco adumbratam esse. *Philo-*
quoc libr. de somn. pag. 456. in scala Jacobæ fortunæ agnos-
 cit volubilitatem. v. *Boët. Sizman.* pag. 167. *Königius.* Hoc
 Philonis interpretamentum olet Rabbiorum medraschim, quos
 vide sis,

Πυττακὸς) Vir dives, sapiens ac justus, inquit *Plutarchus*,
 l. de Tranquill. Animi. Rem ipsam vide apud *Eustath.* Odyss. K. S.
 μετάπτωσιν) MSS. B. & C. μετάπτωσιν ἢ τὴν τύχην
 εἰκός. S.

ΚΕΦ. λ.

Περὶ Πλάτωνος·

Πλάτων ὁ Αἰείωνος τὰ
 πρῶτα ἐπὶ ποιητικὴν ὥρμησεν,
 καὶ ἥρωικὰ ἔγραφε μέτρα,
 εἶτα αὐτὰ κατέπορσεν ὑπερι-
 δῶν αὐτῶν, ἐπεὶ τοῖς Ομήρῳ
 αὐτὰ ἀνικρίνων ἔώρα κατὰ
 πολλὸν ἡττώμενα. ἐπέθετο ἔν
 τραγωδίᾳ, καὶ δὴ καὶ τε-

CAP. XXX.

De Platone.

Plato, filius Aristonis,
 primum omnium ad artē
 poëticam animum adjecit,
 & Heroica carmina cœpit
 condere. Postea combussit
 nihili faciens, quum ad Ho-
 meri versus examinans,
 longe deteriora videret es-
 Η 5 τρα-

τραλογίαν εἰργάσατο. καὶ ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι, διὲς ἦδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα. πρὸ τῶ Διονυσίων ἡ παρελθὼν ἤκασε Σωκράτης. καὶ ἅπαξ αἰρεθεὶς ἐπὶ τῷ ἐκείνῃ σειρῆν, τῷ ἀγωνισματικῷ ἔμνον ἀπέστη τότε, ἀλλὰ καὶ τελῶς τὸ γράφειν τραγωδίαν ἀπέριψε, καὶ ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφία.

etiam scribendarum tragœdiarum studium abiecit, & ad Philosophiam se accinxit.

ἢ ἡρωικῶ) *Laertius* : καὶ ποιήματα ἔγραψε. πρῶτον μὲν διδραμοὺς, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγωδίας. *Apulejus* de dogmat. *Plat. tragœdiis & dithyrambis se utilem finxit.* S.

τετραλογίαν εἰργάσατο) *Lux* huic loco ex *Laërtio* est adfundenda, cujus verba de dialogis *Platonis* hæc sunt : Θεραύλος φησὶ καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδένει αὐτὸν τὰς ἀφλογεσίων ἐκείνοι τέτρασι δράμασιν ἡγωνίζοντο, Διονυσίοις, Διωναίοις, Παναθηναίοις, Χυτρείοις. ὧν τὸ τέταρτον ἡ Σατυρικόν. τὰ δὲ τέταρτα δράματα ἐκαλεῖτο τετραλογία. Adde *Meursium* in fine *Sophoclis Casaubonum* in lib. de *Tragœd.* Item in commentar. ad *Athen.* lib. X. cap. 7. item *Menagium* ad dictum *Laërtii* locum. S. Imprimis vide sis *Casaubon.* lib. I. de *Poët. Satyr.* cap. V. *Sarisberiensem* lib. 7. cap. 5. *Jonsium* pag. 81. *Eustath.* in *Iliad.* p. 129. *Rittersh.* *Oppian.* p. 103. *Königius.*

ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι) *Apulejus* supra allato loco. *Jamque carminum confidentia elatus certatorem se profiteri cupiebat.* S.

πρὸ τῶ Διονυσίων) Quo festo ista poetarum certamina fiebant, sicut supra ex *Laërtio* didicimus. Et *Schol. Aristoph.* in *Equit.* Ἐν τῇ Διονύσει ἐορτῇ, τῆς ἑστὶ τοῖς Διονυσίοις ἡγωνίζοντο οἱ ἀρχαῖαι κωμωδίας. Vide & *Plutarchum* in *Exilio.* Porro de re ipsa adscribam verba *Laërtii*, quoniam interpres ea perobscure reddidit. ἔπειτα, inquit, μῆτοι μέλλεν ἀγωνιεῖσθαι τραγωδία πρὸ τῶ Διονυσιακῆς δεκάτης, Σωκράτης ἄκασας κατέφλεξε τὰ ποιήματα, εἰπὼν

Ἡφαιστ

ἮΨαισε πρόμολ' ἄδε Πλάτων νύλι σείο χαλίζει.

Διονυσιακὸν θέατρον hoc loco, ἑορτὴ, ita dictum, quia una cum hoc etiam alia spectacula populo exhiberi mos erat. *Interpres* Dionysiacum theatrum minus commode exposuit. v. Menag. ad Lact. p. 54. S.

ΚΕΦ. λα.

CAP. XXXI.

Ὅτι μηδεὶς τῶν βαρβάρων
ἀθεῖται.

*Quod nemo Barbarorum
impius est.*

Καὶ τίς οὐκ ἂν ἐπῆνεσε τὴν τῶν βαρβάρων σοφίαν; εἶγε μηδεὶς αὐτῶν εἰς ἀθεότητά ἐξέπεσε, μηδὲ ἀμφιβάλλουσι περὶ θεῶν, ἀράγε εἰσιν, ἢ ἔκ εἰσιν· καὶ ἀράγε ἡμῶν φροντίζουσιν, ἢ ἔ. εἰδεὶς γὰρ ἔννοιαν ἔλαβε τοιαύτην, οἷαν ὁ Εὐήμερος ὁ Μεσσηνίτης, ἢ Διογένης ὁ Φρυγῆς, ἢ Ἰππῶν, ἢ Διαγόρας, ἢ Σωσίας, ἢ Ἐπίκουρος, ἔτε Ἰνδός, ἔτε Κελτός, ἔτε Αἰγύπτιος. λέγουσι δὲ τῶν βαρβάρων οἱ περὶ κρημένοι, καὶ εἶναι θεοὺς, καὶ προνοεῖν ἡμῶν, καὶ προσημάνειν τὰ μέλλοντα, καὶ διὰ ὀρνίθων, καὶ διὰ συμβόλων, καὶ διὰ σπλάγχχνων, καὶ διὰ ἄλλων τινῶν μαθημάτων τε, καὶ διδασμάτων. ἀπερὲν ὅτι τοῖς ἀνθρώποις διδασκαλία ἐκ τῶν θεῶν εἰς αὐτὰς

Et quis non barbarorum sapientiam laudibus extollat? siquidem nemo eorum ad contemptum deorum unquam excidit: neque in dubium vocant, sintne dii an non sint, & curentne res humanas an non? Nemo igitur, neque Indus, neque Celta, neque Ægyptius, eam cogitationem in animum induxit, quam vel Evemerus Messenius, vel Diogenes Phryx, vel Hippon, vel Diagoras, vel Sossias, vel denique Epicurus. Sed Barbari hi, quos dixi, contendunt & esse deos, & nostri curam gerere, & præsignificare futura per aves, signa, vel omina, viscera, & alias quasdam observationes atque doctrinas. Quo-

προνοεῖται

προνοίας· καὶ δι' ὀνείρων διέ-
 λέγουσι, καὶ δι' αὐτῶν τ' ἀστέ-
 ρων πολλά προσηλεύονται. καὶ
 ὑπὲρ τούτων ἰχυρᾶν ἔχον-
 τες τὴν πίσιν, θύσασί τε κα-
 θαρῶς, καὶ ἀγνεύουσι ὁσίως,
 καὶ τελετὰς τελῶσι, καὶ δε-
 γίων φυλάττεισι νόμον, καὶ
 τὰ ἄλλα πράττεισιν. ἐξ ὧν,
 ὅτι τὸς θεὸς ἰχυρῶς, καὶ
 σέβουσι, καὶ τιμῶσιν, ὡμο-
 λόγηται.

rum habere possint, ea
 magna ex parte per inso-
 mnia & stellas etiam ajunt
 significari. Et hæc immo-
 ta fide tenentes, pure rem
 divinam faciunt, sancte vi-
 tam agunt, ceremonias
 obeunt, orgiorum legem
 observant, & alia patrant,
 ex quibus certum est, quod
 deos obstinate colant ac
 venerentur.

Μηδὲς αὐτῶν εἰς ἀθεότητά ἐξέπεσε) *Marcus Tullius lib. I. Quæst. Tusc. Nulla gens tam fera, nemo hominum tam immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio, multi de diis prave sentiunt, id enim vitioso more effici solet. Omnes tamen esse vim & naturam divinam arbitrantur. Et lib. II, de Nat. Deorum. Inter omnes omnium gentium sententia constat, omnibus innatum est & in animo quasi insculptum, esse deos. Quales sint, varium est: esse nemo negat, Vide Grotium lib. I. de Verit. Relig. Christianæ. S. Max. Tyr. differt. 38. Grot. de I. B. & P. p. 343. K.*

αὐτὰ γέ εἰσι) Hæc enim duæ potissimæ de Diis inter Pa-
 ganos quæstiones; *Epictetus* apud *Arrianum*. *Quod ad Deos*
attinet, sunt qui negent ullum Numen esse. Sunt qui esse donent,
sed ignavum, injurium, & nullæ rei providere. Sunt tertii, qui
& esse & providere, sed non nisi magnis & cælestibus: terreno-
rum autem nulli. Quarti & cælestibus & terrestribus, sed uni-
versis duntaxat, non autem singulis & unicuique seorsim. At quin-
ti, in qua parte Ulysses & Socrates asserunt statuuntque, quod Te
ὁ Deus, nec in minimo motu lateam aut fallam. Conjungit porro
hæc duo noster, quia ex Stoicorum sententia, quos non uno
loco sequitur, à se invicem divelli nequeunt. Balbus apud Ci-
ceronem lib. II. de Nat. Deorum. Primum igitur aut negandum
est deos esse, aut qui deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid
agere, idque præclarum, nihil est autem præclarior mundi admini-
stratione. Confer Platonem lib. X. de LL. S.

Ευήμερος ὁ Μεσσηνίου) *Clementi* in *Adm. ad Gentes* est *Ακραγαντίου*. *Plutarcho*, citante *Eusebio* præpar. *Evang. lib. XIV. Τεγεάτης*, utiturque in hanc rem testimonio *Callimachi* *Cyrenæi*. Est autem *Tegea* oppidum *Arcadiæ*. Etiam *Theodoreus* serm. de *Principio*, *Tegeatem* vocat, *Eusebium* secutus, opinor, uti alias consuevit. Idem, ut & *Clemens* cæterorum quoque mentionem facit. Adde quoque *Sext. Empiricum* *lib. IIX.* ubi peculiariter de hoc *Evemero* tradit, statuisse, quod fuerint homines, qui vulgo habeantur pro diis, potentes, idcircoque ab aliis divino more cultos. Quod quam verum sit, *Ger. Vossius* toto opere de *Theol. Gent.* ostendit. Non igitur ἀθεῖς vocabulum ille merebatur. Sunt nimirum *Athei* veteribus, quicumque non cum plebe de deo sentirent. Ita periit *Athenis* *Socrates*. Hoc nomine accusatus est *Anaxagoras*. teste *Diodoro* *lib. XII.* & *Aristoteles*, autore *Laërtio*, de quo longe diversissimum docet *Hymnus*, apud eundem autorem. *S.* Operæ pretium fuerit ipsum *Clementem* audire ἔ Protreptico. θαυμάζειν, inquit, ἔφησί μοι, ὅτι τῶν Εὐήμερον τὸν Ακράγαντινον ἢ Νικάνορα τὸν Κόπριον, ἢ Διαγόραν, ἢ Ἴππωνα τὸν Μήλιον, τότε Κυβηλαῖον ἐπὶ τέτοις ἐκείνοι (ὁ Θεόδωρος ὄνομα αὐτῶν,) καὶ τινὰς ἄλλας συχνοὺς, σωφρόνως βεβιωκότας, ἢ καθεωρακότας ὀξυτέρων περὶ τῶν λοιπῶν εὐθρώπων τῶν ἀμφὶ τῶν Θεῶν τέρας πλάνη, ἀθεῖς ἐπιπεκλήκασι, εἰ ἢ τῶν ἀλήθειαν αὐτὴν μὴ νενοηκότας, ἀλλὰ τὴν πλάνην γε ὑπεπίδοκότας, ὅπερ ἔσμιχρον εἰς ἀληθείας φρονήσεως ζώοντων ἀναφύεται ἀερέμα. *Mirari* subit, quomodo *Evemerum Agrigeninum*, *Nicanorem* *Cyrium*, *Diagoram* & *Hipponem Melios*, *Cyreneum* denique illum, quem vocant *Diodorum*, temperanter & modeste viventes & reliquis hominibus acutiores ad videndam imposturam talium *Deorum*, *Atheos* nominarint, quanquam nec illi satis *Veritatem* ipsam affectui fuerint, suspectamque tantum fraudem babuerint, quod non parva scintilla semenque existit indagandæ *veritatis*. Si extaret *Lysippi* *Epiroæ* libellus, quem inscripserat, ἀσεβῶν κατὰ λόγον, impiorum *Catalogus*, longam seriem eorum haberemus quos ἀθεότητος damnarunt *Ethnici*, fædissimis ipsi circa *Dei* cultum erroribus fascinati. *Socratem* etiam & *Heraclitum*, in hanc impiorum classem relatos *Justinus Martyr.* docet in *Apolog. secunda* pro *Christianis*. *Herostatum* addit *Noster* *H. A. I. 6. cap. 40.* Multi etiam *Philosophorum* suam ἀθεῖς Θεῶν sententiam altè dissimularunt, aut *Athei* cognomen, aut ultimum *Socratis* poculum reformidantes. Quod ad *Evemerum* attinet, *Plutarchus* de *Isid.*

& Oſirid. eum facit Meſſenium, additque composuiſſe ἀντίγραφα ὀπίσθ κὴ ἀνυπάρκεις μυθολογίας, exempla fabularum incredibilium & falſiſſimarum, & ſolum vidiffe inſcriptiones, quas nec Barbarus, nec Græcus ullus vidit, & navigaſſe ad Panchoos & Tryphillos, nuſquam gentium exiſtentes. vide quoque Ciceron. lib. I. de Nat. Deorum. Laſtant. l. I. Inſtit. Strab. l. I. K.

Διογένης ὁ Φρυγῆ) Alius à Philoſopho, cujus neſcio an alibi occurrat mentio, quam apud Eufſtathium loco, quem mox vindicabo. S.

Ἰππων) Vide Eufſtathii verba mox adducenda. S.

Διαγόρας) Præter Eufſtathium, cujus verba mox citabo, meminit hujus etiam Chryſoſtomus, Hom. IV. in Epiſt. Paul. ad Corinth. κὴ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος κὴ Διοδώρος ὁ λεγομένου ἁθροῦ. S. In Chryſoſt. Homil. 4. in I. caput I. Corinth. perperam legitur Μιλήσιος pro Μήλιος, ita enim conſtanter appellatur Græcis Διαγόρας ὁ Μήλιος. Ariſtoph. in Avibus

ὣς ἀποκλείνη τις ὑμῶν Διαγόραν τὸ Μήλιον,
λαμβάνειν τάλαντον.

Si quis veſtrum interfecerit Diagoram Melium,
Capiet talentum.

Scholia in h. l. referunt, Diagora Athenis profugo ob inſtans vitæ periculum, quod myſteria Eleuſinia evulgare per luſum & jocum, Athenienſes præconio indicaffe, talentum fore præmium interfectori ejus, ſi vero eum quiſquam vivum reduceret, duo talenta ei pronuntiatæ. in Ranis idem Comicus oftendit, Diagoram Jacchum myſticum ludendo decantaſſe. Scholiaſtes iterum quæ modo dicta ſunt, inculcat, addito, quod fuerit Diagoras Τηλεκλύτης παῖς, Μήλιος τὸ γένος, τὸ χρόνον κὴ Σιμωνιδίῳ κὴ Πίνδαρον. Athenag. Leg. pro Chriſtianis. Διαγόρας μὲν εἰκότως ἀθεοότητι ἐπεκάλει Ἀθηναῖοι &c. Diagoram quidem Athenienſes merito cognominarunt Atheum, non tantum Orphei dicta & Eleuſinia & Cabeirorum myſteria divulgantem, & ſimulachrum Herculis ad rapas coquendas concidentem, verum etiam plane negantem, nullum eſſe Deum. vide & Clementem in Protept. Ariſtoph. in Nubibus p. 103. Edit. Baſil. Græcæ. Arnobii locum ſubjiciam, ut cum præcedentibus conferri poſſit, ita autem ille lib. IV. adverſus Gentes. Poſſumus quidem hoc in loco omnes iſtos, nobis quos inducitis & appellatis Deos, homines fuiſſe monſtrare vel Agrigenſino Euhemero replicato, cujus libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis

οὐκίς, sermonem in Italiam transfudit : vel Nicagora Cyprio, vel Pellao Leone, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis, vel auctoribus aliis mille, qui scrupulosa diligentia cura in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt. de Diagora vid. Zenob. p. 401. Dempsterum p. 716. Edward. Simsonium Part. 4. Chronici p. 55. 9. Hesych. Joseph. contra Appionem quos laudat eodex Konigianus. K.

Σωσίας) Suspectum hunc locum habuit magnus Casanbonius, & in Commentario ad Athenæum Γοργίαν substituit vel Ἰπώϊαν. Verum nil mutandum, cum & Eustathio Σωσίας inter ἀθέους referatur, verba sunt in Odyss. Γ. Ἐν τοῖς ὕπερον ἄθεοι ἀπέθεσαν Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Εὐήμερος ὁ Μεοσήμιος, καὶ Διογένης ὁ Φερέξ, καὶ Ἰπώϊαν, καὶ Σωσίας, καὶ Επίκωρος. Porro ἀθέοις annumerandi Herosttratus ex Nostro ipso lib. VI. cap. 4. Hist. An. Jacchus & Xenophanes ex Suida, Theodorus Cyrenaicus ex Ciceronis lib. I. de Nat. Deorum. S.

Επίκωρος) Quomodo hic inter ἀθέους? cum de ipso Vellejus apud Ciceronem lib. I. de Nat. Deorum tradat, solum vidisse esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura? Primum arbitror, quia quum providentiam & curam deorum negaret, eos ipsos Stoicis negare videbatur, sicut ante diximus. Deinde quia ex nescio quibus atomis & imaginibus conflatos statuebat. Unde apud prædictum auctorem lib II. Balbus Stoicus : Primum aut negandum est deus esse, quod & Democritus simulacra, & Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat; aut fatendum eos aliquid agere esse. S. Epicurum cum suo grege ἀθέοις annumeratum ab Ethnicis vel ex ἀεὶ ἰσοῦ notum, qua impii ab inspectione mysteriorum arcebantur hunc in modum : εἴ τις ἀθεός, ἢ Χριστιανός, ἢ Ἐπικύρειος, ἢ κεί κατὰ σκοπὸς τῶν ἰσοῦ, φερέτω. οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ Θεῷ, τελειοῦσάν τὴν τύχην τῆ ἀγαθῆ. Si quis impius, sive Christianus, sive Epicureus, mysteriorum explorator intervenerit, fugiat. qui vero Deo credunt, invidiosior, quod felix faustumque sit. Inter declamationes Himeri Sophistæ fuit quædam, Epicurus inscripta, in qua ille ἀσεβείας accusatur, quod providentiam negaret. Rhotius p. 587. vide de hac re Ciceronem sub finem lib. I. de Natura Deor. Eleganter Salvianus lib. IV. de Gubern. Dei: Qui nihil aspici à Deo affirmant, prope est, ut, cui aspectum adimunt, etiam substantiam tollant: ut quem dicunt omnino nil cernere, omnino etiam non esse. pag. 123. ubi Rittershusius, nota, inquit, quod paria sint, Deum negare & provi-

providentiam, quam sententiam hoc senario jambico licet comprehendamus :

Negat Deum, qui providentiam negat.

Ergo Epicurus jure merito auget Atheorum Catalogum, quia mundum vult esse ἀπρόνοητον. K.

Δὲ θεῶν &c.) De his tribus divinationum speciebus consule Peucerum in de divinationibus. Königius.

δὲ ὄνειρων) Vid. Historiam Augustam passim, Synes. & Philon. de insomniis, Artemidor. &c. K.

δὲ αὐτῶν ἀσέων) Vide Dionem in Augusti vita de Nigidio Figulo, qui ex astris imperium Augusto prædixit, de Proculo in vita Domitiani, de Richardo Cerrino & ejus filio Marcello Thuanum lib. 15. ex Königianis notis.

ἰχθυῶν ἔχοντες) MS. A. κατὰρὰν ἔχοντες, puto lectionem esse veram, si emendes ἔχοντες. S. Mihi vulgata placet lectio. K.

Ἰῦσοι κατὰρᾶς κὶ ἀγνεύσου ὁσίως) Pure toti sacrificant, & castimonium sancte servant. ἀγνεύειν ὁσίως, Latinis est, rite in casto esse, i. e. religionis causa à carnis vinique usu & aliis interdictis cibis se abstinere, & secubare. Festum vide in puri menstrio. Varro Rer. Divin. lib. 1. & religiones & castus id possunt, ut ex periculis eripiant nostris, Apulejus lib. XI. Metam. agnoscit castimoniorum abstinentiam satis arduam, cautoque circumspectu vitam, quæ multis castibus subjacet, muniendam. & iterum. præcipit (Sacerdos) decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coërcerem, neque ullum animal essem, & invinius essem. Gl. Philox. castimonium, ἀγνεύω. Suidas : τὰς Μητρώαδας παρὰ Ρωμαίοις ἢ κὶ παρὰ τοῖς παρὰ Φρυγί ἀρχαῖοις καστίας ἐκάσθη μὴδὲ ἄγνευε. Castimonium Matris Deum apud Romanos vel potius apud Phrygas ante solenne, singulis mensibus servavit. vide Hesychium in ἀγνεύω, Eustathium 1. Odyss. Nostrum Hist. Anim. lib. 9. p. 26. Demosthen. Orat. contra Timocratem. Subjiciam locum ex Hieronymo lib. 2. adversus Jovinianum, qui malè videtur acceptus ab Erasmo. De ciborum sibi placet abstinentia, quasi non & superstitio Gentilium Cossum Matris Deum observet & Isidis, ubi Erasmus in Scholiis. Cossi vermiculi dicuntur, qui roboribus innascuntur, quos olim in delitiis habitos, testatur Plinius, adeo, ut eos farina saginarent, quò videlicet & vermes atiles fierent. Ab his sacerdotes Cybelis Marius Deorum & Isidis abstinebant ridicula superstitione, velut illi sacris. At verò mira hæc locutio, observare cossim, i. e. secundum Erasinum, abstinere à cosso.

Legen-

Legendum potius castum pro cossum. Nam observare castum idem est ac, esse in casto, ἀγνείαν, de quo supra dictum. Idem iudicium esto etiam de hoc Hieronymi loco. Quomodo autem virginitati veræ non præjudicat imitatio virginum Diaboli, ita nec veris jejuniis cossorum (i. castorum) Isidis & Cybeles, & quorundam ciborum in æternum abstinentia: maxime cum apud illos jejuniam panis saginâ carniū compenseiur. Imitatus est Hieronymus Tertullianum in de jejuniis cap. 16. sed bene, inquit ille, quod in nostris Xerophagiis blasphemias ingerens, casto Isidis & Cybeles eas adæquas. Nec ipse Hieronymus diffitebitur sedulo sibi lectum Tertullianum. Adi & Arnobium lib. V. adversus Gentes, ubi ait; quid temperatus ab alimonia panis, cui rei dedistis nomen Castus? v. not. Elmenhorstii ibidem. adde Porphyrium lib. IV. περὶ ἀποχ. ἀψυχ. ubi de Ægyptiis sacerdotibus annotat ex Chæremone Stoico, eos in ἀγνείαις quadragesimum etiam diem excedere, ab oleribus, ovis, leguminibus, vino, oleo, pane, concubitu se abstinere, ter quotidie frigidâ ablui, somni causâ palmarum ramos substernere, & lignum probe levigatum formâ cylindri dimidiati capitibus subdere. Sed hæc jejunia hominum & observationes & χαμθνείας, humi dormitiones, quas absque auctoritate & testimoniis scripturarum vel heterodoxi quasi traditione apostolicâ, vel Gentiles sua ἐθελοθρησκεία reperiunt atque consingunt, percutit gladius Dei. Qui tribus quadragesimis per annum jejunant, & ξηροφαιίας humiliant animam suam, & vel maxime de Taitani radice creverunt, super hujusmodi laboribus audiunt; TANTA PASSI ESTIS SINE CAUSA! inquit Hieronymus comment. in cap. 11. Haggæi. Antequam finiam, dabo inscriptionem, quæ Epidauri ad templi fores proposita, quænam sit vera ἀγνεία, edocere voluit:

Ἀγνὸν κρῆν ναοῦο θυώδεσσι ἐν τῷ ἱόνῳ
ἐμφάρμ. ἀγνεία δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσα.

Thuricremum visens templum, sit purus oportet.

At mens sancta agitans res mihi pura pura est.

Porphyr. lib. II. de Abstinent. Animal. confer & Clementem τὸν σρωμαλία lib. IV. cæterum, quod penè exciderat, videtur textus supra sibi non constare; quid enim est, διδασκαλία ἐν τῆς παροῦ. ἢ Θεῶν εἰς αὐτὸς ἀενοίας. Interpres certè abit longè à sensu Auctoris, mihi quidem placeret legere, ἢ ἐν ἢ Θεῶν &c. quod nescio quis explicare voluit per παροῦ margini ascriptum, idque deinde,

deinde, ut fieri amat, è margine in textum irrepfit. Voluit autem *Noster*, prodigia, & signa rerum futurarum, quæ Deus hominibus exhibet, documenta esse divinæ providentiæ, vertendum igitur. *quæ utique documenta sunt divinæ erga ipsos providentiæ atque adeo Deum esse. Themist. in poster. Analyt. lib. II. ὅτι εἰσι Θεοί, ἀπὸ συμβεβηκότων μὲν, ὅτι εἰσι βωμοί, ὡς Χρυσίππος φησὶν ἀπὸ τῶν προσηγοριῶν, ὅτι θεοπέυσαν, ὅτι περὶ λέγαν, quod Dii sint, ab accidenti demonstramus, quod ara sint, ut Chrysippus ait; à rebus vero, quæ fiunt, quia sanant, prædicunt &c. vide eundem in Aristot. lib. I. de anima. K.*

ΚΕΦ. ΛΒ.

CAP. XXXII.

Περὶ Ἡρακλέους μετωνυμίας,
ἢ χρησμῶ Φοίβης ὑπὲρ
αὐτῆς.

*De Herculis nomine muta-
to, & oraculo Apollinis de
ipso.*

Λέγασί τινες λόγοι Πυθι-
κοὶ τῷ Ἡρακλῆϊ τὸν Διὸς καὶ
Ἀλκμῶνῆς παῖδα, ἀπὸ γυναικὸς
Ἡρακλείδῃ κελῆσθαι. χρό-
νῳ ᾧ ὑπερον ἐλθόντων, εἰς Δελ-
φὸς διὰ τινὰ αἰτίαν δρο-
μενον χρησμῶ, μήτε ὅν ἦκε
χάειν ἀμοιβῆσαι· προσκε-
σαι δὲ ἐκείνοις, ἢ ἰδίᾳ ᾧ
τῷ θεῷ ταύτων.

Ἡρακλῆϊ δὲ σε Φοίβη
ἐπωνυμιον ἐξονομάζει.

Ἡρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων
κλέειν ἀφθιτον ἔξεις.

Ajunt quidam sermones
Delphici, Herculem, Jovis
& Alcmenes filium, à nati-
vitate nominatum esse He-
raclidem; interjecto dein-
de tempore, quadam de
causa oraculum consuluisse,
& compotem factum
quorum gratia venerat.
Præterea seorsim etiam
hæc audivisse à deo:

Heraclum te alio Phœ-
bus jam nomine dicit:

Gratificando etenim
decus immortale tenebis.

Ἡρακλῆϊ) Eustath. Iliad. E. Ο Ἡρακλῆς καὶ τὸς παλαιῶν
Ἀλκαῖον πρὶν ἐκαλεῖτο, Ἡρακλῆς ᾧ ὑπὸ τῷ Πυθίᾳ ἐξονομάσθη. καὶ
τὸ, Ἡρακλῆϊ δὲ σε Φοίβη ἐπωνυμιον ἐξονομάζει, Ἡρα γὰρ ἀνθρώποισι
φέρειν κλέειν ἀφθιτον ἔξεις. Scribe ergo apud Nostrum in priorē
versu, Ἡρακλῆϊ, cum & Suidas ita habeat, in Ἡρακλῆς ξενίζεται.

Porro de Alcæi cognomento testatur etiam *Diodorus* lib. IV. ubi simul Herculem vocatum ait, propter interfectos dracones, quos Juno ipsi puero adhuc immiserat, ὅτι δὲ ἕρπον ἔχε κλέει. Firmat idem *Empiricus* contra *Math.* p. m. 621. ut plane dispiciendum sit, an bene se habeant, quæ Noster ait de nomine Ἡρακλείδης. Ego sane *Αλκίης* malle. Faber legit *Αλκείδω*. *S. Edvardus* *Simsonius* legit *Αλκαίδω*, in *Chron.* P. 2. pag. 29. Nihil autem in textu mutandum. Nam *Eustathius* ex *Pausania* docet, Herculem etiam Ἡρακλείδω dictum, τὸν ἢ Ἡρακλῶ, inquit, ἔ πολὺς λόγος τοῖς πηλαίοις, καὶ Ἡρακλείδω Πυρραίας καλεῖσθαι φασί. & iterum illo ipso loco, quem *Cl. Schæfferus* produxit. Ἡρακλῆς καὶ Ἡρακλείδης ἀκαλεῖτο, ὡς *Αερείδης*. Qui igitur, *Doctiss. Faber* tam ἀπολόμως dicere potuit, non ita est, quare &c. notis in h. l. Nec scrupulum facit, quod *Menæstrates* apud *Pindari Scholiastem* ad *Isthm.* 4. notat, Herculis liberos ex *Megara* susceptos *Αλκαίδας* dictos esse, non *Ἡρακλείδας*, cum pater id temporis *Alcæus* audiret, non *Hercules*. Fuit enim *Hercules πολυνύμωτος*, & pro temporis gentiumque diversitate alio atque alio salutatus est nomine. Ut igitur Noster non negat Herculem quodque *Alcidem* vocatum: ita *Nostro* controversia de nomine *Heraclidis* minimè movenda erat. K.

ΚΕΦ. λγ'

CAP. XXXIII.

Περὶ ἀγαλμάτων ποταμῶν.

De imaginibus fluviorum.

Τὴν τ' ποταμῶν φύσιν, καὶ τὰ ρεῖθρα αὐτῶν ὀρῶμεν ὁμῶς. δὲ οἱ τιμῶντες αὐτὲς, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι, οἱ μὲν ἀναμόρφως αὐτὲς ἰδρύσαντο, οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν. βεσὶ μὲν ἐν εἰκάροισιν, οἱ *Στυμφάλιοι* μὲν τὸν *Ερασίνον*, καὶ τὴν *Μετώπω*. *Λακεδαιμόνιοι* δὲ τ' *Εὐρώταν*. *Σικυώνιοι* δὲ καὶ *Φλιάσιοι* τ' *Αἰωπῶν*. *Αργεῖοι*

Fluviorum naturam & alveos ob oculos cernimus. Nihilominus tamen quidā colentes eos, & imagines eorū fabricantes, partim humanam, partim bobum figuram eis affingunt: nam bobus similes faciūt, *Stymphalii* *Erasinum*, & *Metopam*, *Lacedæmonii* *Eurotam*, *Sicyonii* & *Phliasii* *Asopum*, *Argivi* *Cephif-*

δὲ , τὸν Κηφισόν. ἐν εἶδει ᾧ ἀνδρῶν Φωφίδιοι τὸν Ερύμανθον , τὸν δὲ Αλφειὸν Ἡραίει· Χερρόνησιοι δὲ οἱ ἀπὸ Κνίδος , καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸν ποταμὸν ὁμοίως. Αθλιωαῖοι δὲ τὸ Κηφισὸν ἀνδρα μὲν δεικνύουσι ἐν τιμῇ , κέρατα δὲ ὑποφαίνοντα. καὶ ἐν Σικελίᾳ δὲ Συρακῆσιοι μὲν τὸ Αναπτον ἀνδρὶ εἶκασαν· τὴν δὲ Κυανίῳ πηγῷ , γυνακὸς εἰκόνι ἐτίμησαν. Αἰγυπτῶσι δὲ τὸ πόρπακα , καὶ τὸ Κεμισσόν , καὶ τὸν Τελμισσὸν ἀνδρῶν εἶδει τιμῶσιν· Ἀγραγαντῖνοι δὲ τὸ ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὠραίῳ εἰκάσαντες ,θύουσιν. οἱ ᾧ αὐτοὶ καὶ ἐν Δελφοῖς ἀνέθεσαν , ἐλάφαντα διαγλύφαντες ἀγαλμα , καὶ ἐπέγραψαν τὸ τὸ ποταμῷ ὄνομα , καὶ παιδὸς ἐστὶ τὸ ἀγαλμα.

τιμῶντες αὐτὰς) Divino honore, aras & similia ipsis ponentes; testis Seneca epist. 41. cui addas Lipsium ad An. Taciti XIV. Fiebat hoc autem, quia aquam principium rerum naturalium veteres statuebant. Euseb. Iliad. Σ. ἡ ὕψα ἔσια τῆς φυσικῆς γένεως αἰτία, ὅπως γέ φασι καὶ τὸ σπέρμα πνεύμα ἐστὶν ὕψα συγκραθέν. διὸ καὶ τὰς ποταμὰς, ὡς κεραιόφους ἐτίμων οἱ παλαιοὶ, καὶ ὡς συστατικὰς γένεως. S.

ἀναμορφῆς) Placet eruditissimi Gesneri conjectura, ἀνδρομορφῆς hic, vel ἀνδρομορφῆς emendantis. Prius probant MSS. B. & C. S. posterius Lambin. in Horat. p. 25. K.

βοῶν εἶδος) Vide Phornium cap. de Oceano. Cael. Rhodig. lib. 17. cap. 33. Hadr. Jun. Batav. cap. 8. S.

sum. In hominum vero figura Psophidii Erimanthum, Alpheum Heræenses, Cherronesii, ex Cnido similiter ipsi quoque eundem fluvium. Athenienses autem Cephissum colunt, ut virum cornutum. Porro in Sicilia Syracusii Anapum viro assimilant; at Cyanam fontem, ut fœminam honorant. Ægestei Porpacem, Crimissum & Telmissum, virorum specie colunt. Agrigentini cognominem urbi fluvium speciosi pueri forma effingentes, illi sacrificant; qui etiam Delphis consecrarunt eburneam statuam, & fluvii nomen inscripserunt: statuam autem fecerunt puerum.

Ἄσωπον) MSS. B. & C. Αἰσωπὸν, sed nil mutandum. S. Ψωφίδειοι) Gesnerus Ψωφίλιοι. Alii Ψωφοδοιοι. Sed retinenda nostra lectio, quippe quam Geographi confirmant, vide *Casaub.* Comment. Ath. I. X. cap. 9. Gesneri tamen emendationem firmant MSS. omnes. S. Non dubium est, quin Lector eruditus malit Ψωφίδιοι. *Pausan.* in Arcadicis. Ψωφιδίοις δὲ καὶ παρὰ τῷ Ερυμάνθῳ ναὸς ἐστὶν Ερυμάνθου, καὶ ἀγάλμα. ποιεῖται δὲ, πλὴν τῆς Αἰγυπτίας Νείλου, ποταμοῖς τοῖς ἄλλοις λίθος λευκὸς τὰ ἀγάλματα τῷ Νείλῳ δὲ, ἅτε διὰ τὸ Αἰθιοπῶν καλίουλι εἰς θάλασσαν, μέλαν ὄλιθος τὰ ἀγάλματα ἐργάζεσθαι νομίζουσι. *Porphidius ad fluvium Erymanthum* ὁ τὸν ἑστὸν ὁ simulachrum est Erymanthi. sunt autem, Nilum in Ægypto si demas, aliis fluvii simulachra ex candido lapide. Nilo autem, ut qui per Æthiopiā in mare devolvitur, ex nigro lapide effigiem formare solent. de Nili simulacro vide *Lucianum in Rhetor. Præceptore.* Κ.

Αἰγυπταῖοι) MS. B. Αἰγυπταῖοι. Sed vulgatum esse rectum docent nomina fluviorum, quæ in Sicilia, ubi Ægestus. S.

Κεμισσὸν) *Cæl. Rhodig.* supra dicto loco, vocat *Grimnisum*. Verum nomen est *Crinifus*. *Servius ad Virgil. V. vers. 30.* qua delata ad Siciliam, *Crinifus fluvius concubuit cum ea.* *Hyginus Noster cap. 273.* in Sicilia ad *Acestem Crinifis fluminis filium.* Scribe igitur apud *Nostrium* Κεμισσόν. S. Κεμισσὸς etiam legunt *Suidas, Phavorinus, Virgilius Crimnisus, Antigonus* in *Hist. Mir.* Κεμισσίδιοι, *Plutarchus* in *Timolonte Κεμισσίδιοι*, per η. *Halicarnas.* lib. I. Rom. Antiq. ἀκησαν πρὸς ποταμὸν λεγόμενον Κεμισσόν. Audiamus *Servium*, qui in I. *Æneid.* Hæc, inquit, (*Segesta* filia *Hippotæ*) ad Siciliam delata à *Crimnisso* fluvio, quem *Crimnisum* *Virgilius* (lib. V. *Æn.*) pœtica licentia vocat, converso in ursum vel in canem compressa edidit *Acestem*, *Cluverius* in *Sicilia.* lib. 2. cap. 2. Κεμισσὸς legit. Κ.

ΚΕΦ. λδ.

CAP. XXXIV.

Περὶ γήραος.

De senectute.

Επίχαρμον, φασί, πάνυ σφόδρα πρεσβύτων ὄντων, μετὰ τινων ἡλικιωτῶν ἐν λέξει καθήμενον, ἕπει ἕκαστον τῶν

Epicharmū ajunt, quum omnino esset ætate provec̄ta, cum quibusdam æqualibus sedentē in confabu-

παρόντων ἔλεγχον. ὁ μὲν τις, ἔμοι πάντε ἔτι ἀπόχρη βιώναι· ἄλλο δὲ, ἔμοι τεῖα· τεῖτε δὲ εἰπόντων, ἔμοιγε τίσαρα· ὑπολαβὼν ὁ Ἐπιχαρμῶ, ὡ βέλτισοι, εἶπε, τί φασιάζετε ἢ διαφέρεσθε ὑπὲρ ὀλίγων ἡμερῶν; πάντες γὰρ οἱ σικελθόντες κατὰ τὴναι διαίμονα, ὅτι δυσμαῖς ἔσμεν. ὥστε ὦρα πᾶσιν ἡμῖν τὴν ταχίστην ἀνάγεσθαι, πρὸ τῆς τῆς ἢ ἀπολαύσαι κακῆ πρεσβυτιδίας.

lationibus, & singulis ex illis dicentibus, alio, Mihi fatis est quinque annos vivere: alio, mihi tres: tertio dicente, mihi quatuor: respondentem Epicharmū, O optimi viri, dixisse, quid mutuo contenditis & litigatis de paucis diebus? omnes enim, qui convenimus quodam fato, vergimus ad occasum. Itaque tempus est nobis omnibus ocyus discedendi, antequam aliquod fenile damnum experiamur.

μεσοβημὶ βράβη, σταδία.

πάνυ σφάδρα πρεσβύτην) Ut qui ad annum nonagesimum ætatem provexerit, vide Laërtium. vel ad nonagesimum & septimum. vide Luc. in Longæv. S. Comicum, qui & Philosophus, intelligit. K.

ἐν λέσχῃ) More senum, ut apparet exemplo Catonis, C. Salinatoris, aliorumque apud Ciceronem lib. de Senectute. Sic Homerus carmina sua dicitur cecinisse ἐν ταῖς λέσχαις τῆς κερώνων ἐν τῇ Κύμῃ, apud Herod. in ipsius vita. S. Eustathius in Odyss. Σ. δημόσιον ἀθύρωτον οἰκημα, ἔνθα οἱ ἐπαῖται συναγομένης λέσχῃ τε αὐτὰ ἔχον ἢ ἐλέχαινον, ὁδ' εἰν ὠμίλων, τὰ δεκέντα δηλαδὴ αὐτοῖς, ἢ παρὰ λέσχῃ. Lescha erat publicum foribusque carens ædificium, in quo mendicæ congregatæ dormiebant, ἔνθα ἐλέχαινον, hoc est, colloquebantur de suis rebus, vel ἀ λέσχῃ. Proclus in hunc Hesiodi versum,

παρ' ὅ' ἴθι χάλκειον θῶκον ἢ ἐπ' ἀλέα λέσχῃ.

ita commentatur: τὰς ἀλεωνέας οἴκας οἱ πένητες κατελάμβανον, ἐν οἷς συγκαθήμενοι ἐν λαλιῇς ἦσαν. δῆλον ἢ ὅτι λέσχαις ἐκάλεον τέττας, ἢ γὰρ ἐν Αἰθίοπαις ἦσαν τοῖτοι τόποι ἢ ἀνομαζόντα λέσχαι ἐξήκουον ἢ πριακόσια, ἢ ὅτι ἐδρατό τινα θέρμια πρὸ αὐτῶν, ἵνα οἱ λόγοι γίνωνται τοῖς συνῆσιν ἐπαφελῆς, arcticas ἢ calidiores domus pauperum

culi occupabant, in quibus confidentes sermones sociabant, quas, ut patet, leschas dixerunt. Athenis etiam hujusmodi loca trecenta & sexaginta erant, circa quæ & ceremoniæ quædam peragebantur, ut colloquia convenientibus essent bono & usui. Moschorulus πρὸς σχεδῶν pag. 72. λέσχαι, δημοσίαις τινὸς τόπῳ ἕτως ἔλεγον ἐν Ἀθήναις, ὧν οἱ ἐκαθίζοντο πολλὰ σχολῶν ἄγοντες. λέσχαι, publica quædam loca dicebantur Athenis, in quibus valde otiosi desidebant. Pausanias in Laconicis meminit λέσχης, quæ dicta est ποικίλη varia, à picturis scilicet diversis. Herod. in Calliop. ἡγομένης λέσχης, cum disputatio oborta esset. Casaubonus in Strabonem pag. 140. existimat vetustiores Græcos ᾠδεῖα λέσχας dixisse, quod literata auctoritate probatum ab eo vellem. Delphis quidem λέσχη fuit, in qua de rebus tam seriis quam fabulis actum, ᾠδεῖον tamen non dicitur à Pausania in Phocicis, sed οἶκημα. vide Ety-molog. Magnum in ἀδολεχία. Stobæum serm. 117. Plutarch. de Consulato ad Apoll. Pausan. lib. I. Eliac. Hesiod. Θεογονία. ἐκ ποτ. Κόνιγίαν. K.

Διὰφέρεσθε) Vide, num legendum sit, Διὰφέξετε vel Διὰφέρετε, ut conveniat cum præcedenti. S. Nihil opus est correctione. K.

K ΕΦ. λε.

CAP. XXXV.

Ὅτι ὁ ὕπνῳ θανάτῳ ἀδελφός, καὶ πρὸς Γοργίῳ τελευτῆς.

Quod somnus mortis frater sit, & de obitu Gorgiæ.

Γοργίας ὁ Λιοντίνῳ ὅπι τέρματι ὧν τῷ βίῳ, καὶ γενητικῶς εὖ μάλα, ὑπὸ τινῳ ἀδυνείας κατὰληφθεὶς, καὶ ὀλίγον εἰς ὕπνον ὑπολιθαίνων ἔκειτο. ἐπειδὴ τίς αὐτὸν παρεῖληθε τῷ ὅπτιηδεῖον ὅπτιηκοπέμενῳ, καὶ ἤρετο, τί πράττοι; ὁ Γοργίας ἐφη, Ἡδὴ με ὁ ὕπνῳ ἀρχεται πρὸς κατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ.

Gorgias Leontinus ad finem vitæ spectans, & bene senio confectus, quum adversa valetudine correptus, paulatim in somnum prolaberetur, & quidam ex necessariis accedens invivendi causa, quomodo se haberet? quæreret, Jam, inquit, me somnus incipit suo fratri tradere.

Γοργίας ὁ Λεοντινός) Habes apud *Stobæum* Sermon. CXIIX. *Plutarchus* de Conf. ad Apoll. *Diogeni* hoc dictum tribuit. S.

γενησάκως εὐ μάλα) Nam ultra annos centum vitam produxit. *Lucianus* in *Longævis*. Πητέρων Γοργίας, ὃν τινες σοφιστῶν καλεῖσιν, ἔτη ἑκατὸν ἄκτῶ. προφῆς δὲ ἀποσχόμενος, ἐτελεύτησεν. S. *Philostratus* lib. I. de *Vit. Sophist.* λέγεται δὲ ὁ Γοργίας εἰς ἄκτῶ καὶ ἑκατὸν ἐλάσας ἔτη μὴ κἀβαλυθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ γήρας, ἀλλ' ἀρτίως καθαδιῶναι, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἥσῶν, Fertur autem *Gorgias* annos centum & octo natus non senectute fractum habuisse corpus, sed vegetis integrisque sensibus provixisse. confer *Quintil.* lib. 3. *Instit.* cap. I, K.

τῷ ἀδελφῷ) Sic somnum princeps *Homerus* nominavit *Iliad.* ̅. 121. quem haud dubie *Gorgias* secutus est. *Cyrus* apud *Xenophon.* lib. IIX. παιδ : ὕπνῃ κἄδ' ἐστὶν ἐγλύστερον τῷ ἀνδραπνῶ θανάτῳ. Hoc *Tullius* lib. de *Senectute* ita reddidit : *Nihil est morti tam simile, quam somnus.* *Secundus* *Philos.* in sententiis, ubi quaeritur, quid somnus sit, respondet : θανάτῃ εἰκῶν. Et ita *Cicero* lib. I. *Quæst. Tusc.* Habes somnum, imaginem mortis, eamque quovis die induis. Et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, cum in ejus simulacro videas esse nullum sensum. *Virgilius* lib. VI. *Æn.*

Tum consanguineus lethi sopor —

Adde *Tertullianum* de *Resurrectione carnis* cap. 14. & *Epietium* in *Altercatione cum Adriano*, *Notitiæ Imperii* subjecta. *Prodeum* ad *Epigr.* ultim. lib. 2. *Anthol.* εἰς *συμπολικὰ* S.

ΚΕΦ. λς.

CAP. XXXVI.

Περὶ Σωκράτους γηρῶνός, καὶ νοσήσῃ.

De Socrate sene & aegroto.

Σωκράτης δὲ καὶ αὐτὸς βαθυτάτῃ γηρῶν, εἰτὲ νόσῳ περιπεσὼν, ἐπεὶ τις αὐτὸν ἠρώτησε, πῶς ἔχει; καλῶς, εἶπε, πρὸς ἀμφοτέρω. εἰάν μὲν γὰρ ζῶ, ζηλωτὰς ἔξω

Socrates etiam ipse quum decrepitam jam ætatem agens in morbum incidisset, & quidam interrogaret. quomodo sese haberet? Recte, inquit, utroque mo-

ωλείουσ'

ωλείονας· εἰ δὲ ὑπερβάλω, do. Nam si fuero super-
 ἑπαυμένους ωλείονας. stes, plures æmulatores
 habebo: sin vita exceffero, plures laudatores.

εἰ ὃ ὑπερβάλω) MSS. B. & C. ἐὰν δὲ ὑπερβάλω quod pro-
 bo. S. De re ipsa v. Sallust. orat. 2, ad Cæsarem *Ovid.* lib. 1.
 Amor. Eleg. ultim. *Mimnermium* apud *Stobæum* Serm. 124. *Ko-
 nigius.*

ΚΕΦ. λζ.

Περὶ νόμου ἧ τῶν νοσούντων
 οἶνον πίνειν κωλύοντι.

Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ, πολλοὶ
 μὲν εἰσι καὶ ἄλλοι νόμοι κάλ-
 λιστα καὶ εἰς δέον κείμενοι, καὶ
 ἔτι δὲ ἕχθηκιστα. εἴ τις Λο-
 κρῶν ἧ Ἐπιζεφυθίων νοσῶν
 ἔπιεν οἶνον ἀκρατον, μὴ προσ-
 τάξαι ἧ φεραπυθίωντι,
 εἰ καὶ περιεσώθη, θάνατον ἢ
 ζημίαν ἦν αὐτῷ, ὅτι, μὴ προσ-
 ταχθὲν αὐτῷ, ὅδε ἔπιεν.
 mortis ei supplicium erat constitutum, quoniam non
 iussus biberat.

CAP. XXXVII.

*De lege, qua ægrotantibus
 abstinentiā a vino præcipit.*

Zaleuci Locrensis cum
 multæ leges extant aliæ re-
 cte commodeque positæ,
 tum illa non in postremis
 est habenda. Si quis Lo-
 crensiū Epizephyriorum
 ægrotans vinum merum
 bibisset, nisi jubente me-
 dico, etiamsi ad pristinam
 valetudinem rediisset,

νόμοι κάλλιστα) Zaleucum (quem plerique Chronologi
 vixisse ajunt Olymp. 83. excepto *Eusebio*, qui circa Olymp. 23.
 fuisse affirmat) inter legumlatores celebrarunt *Aristoteles*, *Theo-
 phrastus*, plurimique alii. *Timæus* tamen, Attici familiaris, hæc
 quondam ut figmenta reprehendebat, annotante *Cicerone* lib.
 VI. Epist. ad Att. ep. 1. S. Zaleucus ex Schola Pythagoræ
 prodiens Legislator Locrensiū evasit. *Lærtius* in Vita Py-
 thagor. ἄλλας τε πολλὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπεργάσατο καλὰς καὶ
 ἀγαθὰς ἀνδρας ἄλλοι καὶ Ζαλευκὸν καὶ Χαρόνδαν τῶν νομοθέτων. Cum
 alios multos (ajunt Pythagoram) in Italia reddidisse probos ho-
 nestosque viros, tum etiam Zaleucum & Charondam legislatores.

Proœmium legum ejus nobis conservavit *Stobæus* Serm. 140. ubi in fine sancivit, ut collum in laqueum indueret, quisquis leges suas abrogare, novasque ferre voluerit; si probaverit veteres leges iniquas, novamque, quam rogat, justiore, indemnis abiret; si non, adducto laqueo strangularetur. Hoc modo immane quantum leges à se latas *Zaleucus* communivit, effecitque, ut annorum plus quam ducentorum spatio unâ tantum lex de jure talionis innovata sit à *Iusco* quodam, ut *Demosthenes* refert Orat. contra *Timocratem*. p. m. 518. Ed. Græc. Basil. *Seneca* epist. 90. *Zaleuci* leges *Charondaque* laudantur. Hi non in foro, nec in consultorium atrio, sed in *Pythagoræ* tacito illo sanctoquo secessu didicerunt jura, quæ florenti tunc *Sicilia* & per *Italiam* Græciæ ponerent. Hic *Zaleucus* leges suas *Minervæ* retulit acceptas, *Clem. Stromat.* I. ubi etiam leguntur hæc verba: Ζάλευκος ὁ Λακρός πρῶτος ἰσόρηται νόμους Διῶξ, primus traditur leges condidisse *Zaleucus Locrensis*, cum tamen ille *Minoë*, *Lycurgo*, & *Solone* posterior sit tempore, ideoque verba *Clementis* sano modo accipienda de *καροτομίας* illa in legibus, quâ ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν τὰς ζημίας, pœnas in legibus expressit, quæ ante iudicis permissæ erant arbitrio ut *Strabo* ex *Ephoro* tradit lib. 6. pag. 79. K.

Επιζευφείων) Cognomentum hoc *Locrensi* eorum, qui in *Italia* ad *Zephyrium* promontorium sedes suas habebant. vide *Strabonem* lib. VI. Porro caput hoc integrum cum sequente *Noster* ex *Athenæo* habere videtur, quem vide lib. Decimo. S.

ΚΕΦ. λη.

CAP. XXXIIX.

Ῥωμαίων καὶ ἄλλων τινῶν νόμῳ, οἶνον μῆτε παντὶ, μῆτε ἡλικίας πάσῃ παραχωρεῶν.

Νόμῳ καὶ ἔτι Μασσαλιώτικος, γυναῖκας μὴ ὀμιλεῖν οἶνω, ἀλλ' ὑδροπολεῖν πάσαν γυναικῶν ἡλικίαν. λέγει δὲ *Θεόφραστος* καὶ πῶρὰ *Μιλησίοις* τὸν νόμον τῆτον ἰσχύειν, καὶ πείθεσθαι ἀπὸ τῶν Ἰάδας, ἀλλὰ τὰς *Μιλη-*

Romanorum & aliorum quorundam lex, neque omnibus, neque omni ætati vinum bibere permittens.

Lex etiam hæc *Massiliensium* fuit, ut mulieribus non liceret vinum gustare, sed omnium ætatum fœminæ aquam biberent. *Affirmat Theophrastus*, etiam apud *Milesios* hanc legē valere, & *Jadas Milesio-*

σίων

είων γυναίκας. Τί δὲ οὐκ
 ἂν εἴποιμι καὶ τὸν Ρωμαίων
 νόμον; καὶ πῶς οὐκ ὑφλήσω
 δικαίως ἀλογίαν; εἰ τὰ μὲν
 Λοκρῶν, ἢ Μασσαλιῶν, καὶ
 τὰ Μιλησίων δὲ μνήμης ἐδέ-
 μνω, τὰ δὲ τῷ ἐμαυτῷ πατερί-
 δῳ ἀλόγως ἐάσω. ἔκῃν καὶ
 Ρωμαίοις ἦν ἐν τοῖς μάλιστα
 νόμῳ ὅδε ἐρρωμένῳ. ἔτε
 ἐλευθέρα γυνὴ ἔπιεν ἂν οἶνον,
 ἔτε οἰκέτις, ἔδῃ μὴν τῷ εὖ γε-
 γονότων οἱ ἀφ' ἡέτης μέχρι
 πέντε καὶ τετράκοντα ἐτῶν.

rum uxores ei parère. Quid
 vero obstet, quo minus Ro-
 manorum quoque legem
 referam? Et quomodo non
 jure redarguar inertia? si,
 quum Locrensiū & Mas-
 filiensiū mentionem fe-
 cerim, meæ patriæ statuta
 silentio præteream. Apud
 Romanos igitur maxime
 servabatur hæc lex, ut ne-
 que libera, neque serva bi-
 beret vinum, neque vero
 claro genere natorum ho-

minum quisquam à pube usque ad trigésimum quin-
 tum annum.

τὰς Ἰάδας ἢ Προΐωνας vel Ἰωνιάδας, quomodo etiam *Hero-*
dotus lib. V. & *Plutarchus* vita *Periclis* hac voce utuntur. Vocat
 autem Ἰάδας, hoc est, *Jonas* Μιλησίων mulieres, quia *Miletus* cap-
 put est *Joniae*. Delendum ergo illud ἀλλὰ ut superfluum, quemad-
 modum *Gesnerus* censet, vel ἀλλ' ἢ est emendandum. Sed for-
 tasse melius fuerit neutrum fecisse, verum locum ita emendasse: καὶ
 πείθεσθαι αὐτὰς ἐπὶ τὰς Ἰάδας, ἀλλὰ τὰς Μιλησίων γυναίκας. Μιλησι-
 ορῶν mulieribus ex adverso ponit reliquas *Jonas*, ut luxui & volu-
 ptatibus quam maxime deditas. Et recte. Constat enim *Jonas*
Græcorum fuisse luxuriosissimos, unde *poetis Jonici* apud *Horati-*
um pro lascivis. vide *Erasmum* *Chil.* I. cent. 5. in *Γέλωος Ἰωνικός,*
 & *Indicem.* S. In textu omnia sibi constant, si modo τὰς γε legeris.
 Nam τὸ ἀλλὰ significat hoc loco: certe, saltem, & æquipollet
 τῷ γε, ut apud *Suidam* & *Budæum* in *Comment.* L. G. videre est.
 Ergo *Auctoris* mens est: si non omnes *Jonicas, Miletias* tamen mu-
 lieres legi obtemperasse. Germanam locutionem dabo ex *H. An.*
XV. cap. XIX. χερσαία χελωνή ζῶεν λαγνίσαιον, ἀλλὰ ὅγε ἄρρω-
 ὀμιλεῖ ἢ ἡ θήλειά ἀκρῶσα. *Terrestris testudo animal est libidinosissimum,*
mas certe talis est, famina enim invita coit. Hic liquido apparet, τῷ
 ἀλλὰ restringi, & quasi corrigi, quod ante generalius dictum erat. K.

ἐκείνῃ καὶ Ῥωμαίοις *Valerius Maximus* lib. II. cap. I. *Vini* usus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur. Adde *Plinium* lib. XIV. cap. 13. *Gellium* lib. X. cap. 23. *Polybium* lib. VI. *Alcimus Siculus* à *pud Athenæum* lib. X. causam hujus consuetudinis ex fabula repetit, quæ se ita habet. Hercules, cum per Italiam proficisceretur, æstu simul ac laboribus fatigatus, virum quendam sibi obvium, rogabat, ut sitienti potum præberet. Is statim in tugurium, cadum, quem vino plenum habebat, resoluturus. Quod cum uxor videret, indignata virum reprehendit, aquamque Herculi ferre jubet. Qui, aqua epota, grates quidem viro egit, cadum autem, quem in ejus gratiam mulier recludi noluerat, videre jussit. Cumque vir id agere vellet, cadum ferunt in lapidem conversum reperisse, S.

μέχρι πέντε) *Athenæus* ita : παρὰ Ῥωμαίοις, ἕτε δίκτης οἶνον ἔπινε, ἕτε γυνὴ ἐλάθέρω, ἕτε ᾧ ἐλάθέρων οἱ ἔφηθαι, μέχρι πριάκοντα ἐτών. lib. X, S. *Plato* lib. 2. de LL. pueros usque ad annum decimum octavum vino arcendos dicit, ne ignem igni addamus. πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχνητεύειν ἔθίμις, inquit. At Romanis legibus etiam οἱ ἀφ' ἡσῆς id est, qui annos pubertatis jam attigerant, jubentur esse abstemii, & bibere, quod Romulus bibebat. Antiquissimum autem interdictum esse, quo mulieres à vino sibi temperare jussæ vel ex eo patet, quod *Fauna Fatua* à marito myrteis virgis cæsa fuerit ob depletam vini seriam, ut ex *Sexto Claudio* notat *Arnob.* advers. Gentes lib. V. *Servius* in I. *Æneid.* ad verba: *Summo tenuis attigit ore : ἔθ' verecundiam*, inquit, *Reginæ* (*Dido*) ostendit ἔθ' morem Romanum. Nam apud *Majores nostros* fœminæ non utebantur vino, nisi sacrorum causa, certis diebus, denique fœmina, quæ sub *Romulo* vinum bibit, occisa est à marito. *Mecennius* autem maritus absolutus est homicidio. Sic *Granius Lucinianus* cœnæ suæ : unde in historiis lectum est Romanorum, vini usus Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus primo laberentur (l. ex *Valerio* prolaberentur.) K.

ΚΕΦ. λθ.

CAP. XXXIX.

Κρητῶν νόμος περὶ μαθημάτων.

Lex Cretensium de disciplinis.

Κρητες δὲ τὰς παιδας

Cretenses jufferunt libe-

τὰς

τὰς ἐλευθέρους μανθάνειν
 τὰς νόμους ἐπέλεον μετὰ
 τινὲς μελωδίας, ἵνα ἐκ τῆς
 μουσικῆς ψυχαγωγῶνται, καὶ
 εὐκολώτερον αὐτὰς τῇ μνήμῃ
 παραλαμβάνουσι· καὶ ἵνα,
 μή τι τῶν κεκωλυμένων πρά-
 ξαντες, ἀγνοία πεποικημένοι
 ἀπολογία ἔχωσι. Δεύτερον
 δὲ μάθημα ἔταξαν, τὰς τῶν
 θεῶν ὕμνους μανθάνειν. τεί-
 τον, τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν
 ἐγκώμια.

rorum filios cum quodam
 concentu & melodia leges
 perdiscere, ut ex musica
 voluptatem caperent, &
 facilius eas memoria com-
 plecterentur, & ne, si quid
 contra leges admisissent,
 per ignorantiam se fecisse
 possent defendere. Secun-
 dum, quod eis discendum
 proponebant, erant hy-
 mni in honoré deorum fa-
 cti. Tertium, fortium vi-
 rorum encomia.

μανθάνειν τὰς νόμους) *Josephus 2. contra Apionem de Mo-
 se*: εἰδὲ γὰρ τὴν ἀπ' ἀγνοίας ἐπιλίμνησιν ἠέχετο καταλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ
 κάλλιστον καὶ ἀναγκαστότατον ἀπέδειξεν παιδιδουμάτων τὸν νόμον, ἐπεὶ οἱ
 ἀπαξ ἀκροασαμένοι, εἰδὲ δις ἢ πολλαῖς, ἀλλ' ἐκάστης ἑβδομάδος τῶν
 ἔργων ἀφειμῆρας, ἐπὶ τῶν ἀκροάσει τῶν νόμων ἐκέλευσε συλλέγεσθαι, καὶ
 τῶτον ἀκριβῶς ἐμανθάνειν, ὃ δὲ πάντες οἱ νομοθέται εἰκόασιν παρα-
 λιπεῖν &c. *Neque enim ignorantia objurcationem admittere sustinuit,
 sed legem fecit doctrinarum tum pulcherrimam, tum maxime necessa-
 riam esse, nec semel aut bis aut sæpe audituros, sed singulis septi-
 manis ab opere dimissos ad legum auditionem convenire, eamque
 perdiscere iussit, id quod omnes videntur prætermisisse legislatores.
 vide omnino sequentia de Charonda, qui præcæmia legum civi-
 bus post festivos præanas in convivio decantari voluit, vide Sto-
 bæum Serm. 165. adde ex notis Königianis Aveninum lib. I. An-
 nal. ubi, Tuisco, inquit, Germanis leges tulit, carminibusque com-
 plexus est, quæ publice privatimque cantarentur, ne aut oblivio obli-
 teraret; aut ignorantia excusaret. K.*

ΚΕΦ. μ.

CAP. XL.

ζῶα ἀλλοτεῖως πρὸς οἶνον
ἐχούσα, καὶ ἄλλως μεθύοντα.

*Animalia bruta vinum su-
gientia & aliter inebriari so-
lita.*

Πάν μὲν ὅσον ἀλογόν ἐστιν,
ἀλλοτεῖως πρὸς οἶνον πέφυκε,
μάλιστα δὲ τῶν ζῴων ἐκεῖνα,
ὅσα σαφυλῆς, ἢ γιγάρτων
ὑπερπωληθέντα μεθύσι. καὶ
οἱ κόρακες δὲ τὴν καλεμένην
οἰνῆταν βοτάνην ὅταν φά-
γῳσι καὶ οἱ κύνες δὲ καὶ
αὐτοὶ, βακχεύονται. πίδακη
δὲ, καὶ ἐλέφας, ἐὰν οἶνον πῖω-
σιν, ὁ μὲν τῆ ἀλκῆς ὄπλων-
θάνεται ὁ ἐλέφας, ὁ δὲ τῆς
πανουργίας, καὶ εἰσὶν αἰρεθῆ-
ναι πάνυ ἀσθενεῖς.

Omne brutum à vino na-
turaliter abhorret, maxime
vero ex animalibus illa,
quæ uva acinifve nimis
impleta inebriatur. Et cor-
vi si comedant herbam æ-
nuttam, atque etiam canes
ipsi ad furorem & baccha-
tionem impeliuntur. At
Simius & Elephas, si vinum
biberint, hic sui roboris
obliviscitur, ille versutiæ :
& omnino sunt imbecilli
& faciles captu.

Πάν ὅσον ἀλογόν) De serpentibus tamen *Plinius* lib. X.
cap. 72. *Serpentes, cum occasio est, vinum præcipue appetunt.* de Ele-
phante *Noster* Hist. Anim. l. 8. c. 27. ait, non respuere illum vi-
num proboscidi infusum : roboris tamen sui inmemorem belluam
fieri hoc loco docetur. Notum est & illud *Plinii* : *Mulas non cab-
citrare, cum vinum biberint.* lib. 30. cap. 16. Ergo vinum ratione
carentia exarmat, hominem vero sæpe in furorem agit Centauris
& Lapithis dignum. K.

οἰνῆταν) Ante legebatur οἰνῆταν, facili lapsu propter
similitudinem antecedentis elementi. At οἰνῆτα dicitur ἀπὸ τῆ
οἴνου. *Athen.* lib. X. μεθύσκονται τὸ τῆ κοράκου καὶ τῆ κυνῶν ζῴων
τὴν οἰνῆταν καλεμένην φαρμάκον βλάνην. Apud *Plinium* cenothe-
ris hæc herba nominatur ex *Cratev.* lib. XXIV. cap. 17. S.

ὁ ἐλέφας) *Glossema* hoc videtur : certe supervacuum est,
nec ex more Græcorum positum, omnium minime Atticorum,
aut nostri, qui supra modum βραχυλογίας studiosus. S. Ita solet
Noster σαφηνείας χάριν dicta reperere, ideoque nihil mutem ego
quidem. K.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. μα.

CAP. XLI.

Φιλοπόται τινές, καὶ πολυπόται.

De quibusdam, qui libenter & multum bibebant.

Φιλοπόται δὲ λέγονται γενέσθαι, Διονύσιος ὁ Σικελίας τύραννος, καὶ Νισαῖος, καὶ ἔστις τύραννος, καὶ Ἀπολλοκράτης ὁ Διονυσίου τῆς τύραννος υἱός, καὶ Ἰππωαείων Διονυσίου ἀνεψιός καὶ ἔστις, καὶ Τιμόλαος ὁ Θεβαῖος, καὶ Χαερίδημος ὁ Ωρεΐτης, καὶ Ἀρκαδίων, καὶ Ἐρασίζηνος, καὶ Ἀλκίτας ὁ Μακεδών· καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος, ἔτος τοῖς καὶ χώνη ἐπεκαλεῖτο. ἐπιθέμενος γὰρ πρὸς τὸ σῶμα χώνην, ἀδιαλείπτως ἐχώρει τὸν εἰσχεόμενον οἶνον. Κλεομένης ὁ Λακεδαιμόνιος ἐ μόνον φασὶν ὅτι πολυπότης ἦν, ἀλλὰ γὰρ προστιθέασιν αὐτῷ, καὶ τῆτο δὴ πρὸς τὸ σκυθικὸν κακὸν, ὅτι ἀκρατοπότης ἐγένετο· καὶ Ἴωνα δὲ τὸν Χίον τὸν παιστὴν καὶ αὐτὸν φασὶν πρὸς τὸν οἶνον ἀκρατῶς ἔχειν. καὶ Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μακεδών ὅπνι Καλάνω πρὸς Βραχμᾶνι, πρὸς Ἰνδῶν σοφιστῆν, ὅτε ἐαυτὸν ἐπέμνησεν κατέσφησεν, ἀγῶνα Ἰνδίου σοφιστῆ, qui seipsum combusserat, certamina

Potandi amantes fuisse traduntur Dionysius Siciliae tyrannus, & Nisæus etiã ipse tyrannus, Apollocrates Dionysii tyranni filius, Hipparion cognatus Dionysii, Timolaus Thebanus, Charidemus Orites, Arcado, Erasixenus, Alceatas Macedo, & Diotimus Atheniësis: hic etiã dictus est infundibulum, propterea quod infundibulo in os imposito, sine interspirio vinũ infusum absorberet. Cleomenem Lacedæmonium non solum multũ bibisse perhibent, verum etiam prava illa Scytharum consuetudine præditũ fuisse, ut vinum merum biberet. Et Jonem, Chium poëtã, etiam fama est, modũ in bibendo vino non tenuisse. Alexander etiam rex Macedonum, quum in honorem Calani Brachmanis,

μυστικῆς,

μουσικῆς, καὶ ἵππων, καὶ ἀθληῶν διέθηκε. χειρζόμενος δὲ τοῖς Ἰνδοῖς, καί τι δὴ πῶσιον αὐτῶν ἀγώνισμα, εἰς τιμὴν τῆς Καλάνε συγκατεθέμην τοῖς ἀθλοῖς τοῖς προειρημένοις. οἶνος οὐσίας γὰρ ἀγωνίαν προῦθηκε, καὶ ἦν τῶ μὲν τὰ πρῶτα φερομένου, τάλαντον τὸ γέρας· τῷ δὲ δευτέρῳ, τετράκοντα μναί· τῷ γὰρ μὲν τρίτῳ, δέκα. ὁ δὲ τὰ νικητῆρια ἀναδυσάμενος ἐν αὐτοῖς ἦν Πρόμαχος. καὶ ἐν Διονυσίᾳ δὲ τῆς Ἑρῶν προῦκετο ἄθλον τῷ πίνοντι πλέον, σέφανος χρυσοῦς καὶ ἐνίκησε Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ τὸ σέφανον λαβὼν, ὅτε ἐπανήει μετὰ τὸ δεῖπνον, τῷ Ἐρμῆ τῷ παρὰ θυρῶν ἐσῶτι ἐπέθηκεν αὐτὸν, κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἐμπροσθεν ἡμερῶν. καὶ γὰρ καὶ τὰς ἀνθίνκας, καὶ τὰς ἐκ τῆς μυρρίνης, καὶ τὰς ἐκ τῆς κισθῆς, καὶ τὰς ἐκ τῆς δάφνης, ἐνταῦθα ἀνέπαυσε, καὶ ἀπέλιπε. καὶ Ἀνάχαρσις δὲ πάνμωλον, φασιν, ἐπιτε παρὰ Περιάνδρου. τῆτο μὲν καὶ οἶκοθεν ἑαυτῷ ἐπαγόμενος τὸ ἐφόδιον. Σκυθῶν γὰρ ἴδιον τὸ πίνειν ἀκρατον. καὶ Λακύνθης δὲ, καὶ

musica, equestria & pugilatus constituisset, volens gratificari Indis, usitatam etiam ipsis concertationem in honorem Calani superioribus adjecit, & potandi vini certamen instituit, atque primas obtinenti, præmium constituit talentum, proximo, triginta minas, tertio, decem. In his victoriam consecutus est Promachus. Apud Dionysium etiam, in festo, quod Choas vocant, præmium ordinatum est ei, qui plus bibisset, aurea corona, quam meritus est Xenocrates Chalcedonius, qui sumpta corona quæ à cæna, reverteretur, Mercurio, qui stabat ante fores, eam imposuit juxta pristinam consuetudinem. Nam & florida, & myrtina, & hederacea, & laurea ferta solebat hic reponere & relinquere. Etiam Anarchasim ajunt plurimum bibisse apud Periandrum. hunc scilicet morem domo secum attulerat (*proviatico*). Scytha-

Τίμων οἱ φιλόσοφοι, καὶ τέ-
 τες πλεονεκτήματα φασί. καὶ
 ΜυκεῖνⓄ δὲ ὁ ΑἰγύπτιⓄ,
 ὅτε αὐτῷ τὸ ἐκ Βέτης μαν-
 τειῶν ἀφίκετο, προλέγων τὴν
 τῆς βίης σπουδαίαν, εἶτα ἐξ-
 ἠκλήθη σοφιστῶς τὸ λόγιον
 ἐκείνο, διπλασιάζων τὴν χρό-
 νον, καὶ τῆς ἡμέρας προσθεῖς
 τὰς νύκτας, διετέλει καὶ αὐτὸς
 ἀγρυπνῶν, καὶ πίνων ἅμα.
 Τίθη μετὰ τέτων καὶ Αμασιν
 τῆς Αἰγύπτου, ἐπεὶ τοὶ καὶ Ἡρό-
 δουⓄ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. καὶ
 Νικοτέλλω δὲ τῆς Κορίνθου ἐ-
 χρῆ δὲ τῶν τέτων τάστιν. καὶ
 Σκόπαν τῆς Κρέοντος υἱὸν καὶ
 Αντίοχον τῆς βασιλείας φασί
 οἰνεραστὰς γνέσθαι. διὰ
 ταῦτά τοι καὶ τὴν βασιλείαν
 αὐτῷ διώκων Αεισαῖος τε, καὶ
 Θεμισῶν οἱ Κύπριοι, αὐτὸς δὲ
 διὰ τὴν πολυποσίαν ἐπεγέ-
 γραπτο τῆς ἀρχῆς ἄλλως. καὶ
 ὁ Επιφανὴς δὲ κληθεὶς Αντί-
 οχⓄ ὁ Ῥωμαίοις δοθεὶς ὄμη-
 ρⓄ, καὶ ἔτⓄ ἀκράτως ἐδίφα
 οἶνον πίνων, καὶ ὁ ὁμόνυμⓄ
 δὲ τέττε ΑντίοχⓄ, ὁ Μήδοις
 πρὸς Ἀρσάκω πολεμήσας, καὶ
 ἔτⓄ ὡς τῆς πίνων δὲ ἔλⓄ. καὶ
 ὁ μέγας δὲ καλέμενⓄ Αντί-

rum bibere. Lacydā etiam
 & Timonem philosophos
 plurimum bibisse ferunt.
 Præterea Mycerinus Ægy-
 ptius, quum ei vaticiniū ē
 Buta afferretur, prædicens
 vitæ brevitatem, oraculū
 eludere volens, tempus du-
 plicando, noctes adjiciens
 diebus, semper vigilias age-
 bat, & poculis indulgebat.
 His etiam Amasim Ægy-
 ptium annumera, de quo
 satis testatur Herodotus.
 Et Nicoteles Corinthius
 ab his sejungi non debet.
 Scopam etiam Creontis fi-
 lium, & Antiochum regem
 perhibent vini cupidissi-
 mum extitisse. Quam ob
 causam regnum ei guber-
 nantibus Aristæo & The-
 mistone Cypriis, ipse ob bi-
 bacitatem titulum imperiū
 inanem usurpabat. Et Epi-
 phanes dictus Antiochus,
 Romanis obses datus, etiā
 ipse vini erat immoderate
 appetens. Et huic cogno-
 minis Antiochus, qui cum
 Medis adversus Arfacem
 bellum gessit, etiā ipse po-

χθ , κ̄ ἔτθ σὺ τέτοις
 τετάχθω. κ̄ Ἄγρονα δὲ τ̄
 Ἰλλυριῶν βασιλέα ἀπέκτεφεν
 ἢ πρὸς τ̄ οἶνον ἀδικθ ὀρμη,̄
 κ̄ ἀπὸ πλῶεῖτιν εἰργάσατο.
 κ̄ ἕτερθ Ἰλλυριῶν βασιλέως
 γενναῖθ πίνεν κ̄ ἔτθ
 ἑαυτῷ ἀκρατῶς. τὸν γε μὲν
 Καππαδόκιω βασιλέα Ὀρρο-
 φέρνῳ, τί τῷτον δράσομεν κ̄
 ἐκεῖνον πίνεν γυνόμῃνον δει-
 νόν; εἰ δὲ χρὴ κ̄ γυναικῶν
 μνημονεῦσαι, (ἀτοπον μὲν
 γυνὴ φιλοπότις, κ̄ πολυπό-
 τισ ἔτι μᾶλλον,) εἰρήσθω δὲ ἔν
 κ̄ πρὸς τέτων. Κλειώ φασιν,
 εἰς ἄμιλλαν ἴσσα, εἰ γυναιξὶ
 μόναις, ἀλλὰ κ̄ τοῖς ἀνδράσι
 τοῖς συμπόταις, δεινοτάτη
 ποιεῖν ἦν, κ̄ ἐκράτη πάντων,
 αἰχιστὸν γε τῷτο φερομένη τὸ
 νικητήριον, ὡς γε ἐμοὶ κειτῆ.

certare ausa, potentissima fuit, & omnes superavit: tur-
 pissimam istam quidem, me iudice, consequuta victoriā.

Διονύσιθ). Hæc omnia habet *Athenæus* lib. X. cap. 10.
 Idem de eo prodidit *Plutarchus* lib. I. *Sympos.* quæst. 6. ex quo
 huic generi addas licet, *Heraclidem* pugilem, & *Drusi* quen-
 dam medicum, & ex *Norisco* Firmum. S. Et *Burburrum*, *Mi-*
shridatem ex *Plutarch.* l. c. ex *Aristotele* *Syracusanum* illum φιλο-
 πότιω, ὃς ὑπολιθέμεθ ὡς ὑπὸ τῷ ψυχθον εἰς τῷ γῆν, τὸς ἔτον ἐπι-
 νεν, ὡς φασιν, χροῖον συνεχῶς, εἰς ἐκλεπείη τὰ ὡά. qui ova in terram
 injeçta storea deponens tam diu, ut ajunt, bibit, donec excluderentur. *Hist.*

Anim.

Anim. l. 6. cap. 2. ex Vorifco Bonofum, qui bibit quantum hominum nemo. de quo Aurelianus sæpe dixit: non ut vivat natus est, sed ut bibat. Illum tamen in honore habuit causa militiae. Nam si quando legati Barbarorum undecunque gentium venissent, ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret. Cum tandem laqueo vitam finivisset, jocus exitit, Amphoram pendere, non hominem. ex Plinio lib. 14. cap. 22. adjice Torquatum, Ciceronem filium, Antonium, Tiberium, Parthos, de quibus ipsorum legatus dixit; quanto plus biberint, tanto magis scire Parthos. ὁ γὰρ οἶνω μεθύων, ὅσον ἂν πλείω ἐκπαίη, τοσούτου πλείονων ἐφίεται, ὁ γὰρ οἶνω θερμὸς ἂν, καὶ τὴν ἔμφυλον ἐπιλείων ξηρέτηα, ἔτω τὰς μεθύοντας ποιεῖ διψῆν; vino ebrius, quo plus bibis, eo plus appetit: vinum enim calidum existens & naturalem intendens siccitatem, ebrius sitiens reddit. Chrysof. Homil. 13. in Ep. ad Rom. Philo Judæus περὶ μέθης φίλειον ἦν ὑπερφωῶς τὸ ἀνδρώπων γένος, καὶ πρὸς μόνον τῆτο ἀφαφερόντως ἀκόρετον, εἶγε ὕπνους μὲν καὶ ἐδάδῃς καὶ συνβοῖας καὶ τῶ ὁμοίων ἀπλήρωτο ἔδειξ, ἀκράτεις δὲ σχεδὸν ἅπαντες, καὶ μάλιστα οἷς τὸ πρῶτον ἀσχεῖται. πίνοντες γὰρ ἔτι διψῶσι, καὶ ἀρχονται μὲν ἀπὸ τῶ βραχυτέρων κινῶτων. πρῶτοντες δὲ τοῖς μείζονσι οἰνοχοαῖς ἐγκεῖν παρῶν γέλασκον, ἐπεὶ δὲ ἀν ἀκροῦ ὄρασκες γυμνασμοὺς χλιανθῶσι, σὺν ἔτι κρατεῖν ἑαυτῶν δυναμμοί, τάσπε οἰνηρῶσεις καὶ τὰς ἀμυσταῖς καὶ τὰς κρατῆρας ὄλας παρῶν ἐγκάμμοι, ἀκράτεις πίνουσι ἀδρόως, μέχρεις ἂν ἢ βαθεῖ ὕπνω δαμαθῶσι, σὺν ἔτι κρατεῖν ἑαυτῶν δυναμμοί, ἢ τῶ ὄγκων ἀπὸ πλεωθόντων, ὑπερβλύση τὸ εἶχε ὄρμων. ἀλλὰ καὶ τότε ὁμῶς ἢ ἀπλητος ἐν αὐτοῖς ὄρεξις, ἄσπερ ἔτι λιμῶν τισα μαρμάζει (I. βαθαζει. in MSSis enim μ idem valet ac β.) humanum genus valde amat vinum, eoque uno maxime satiari nequit, siquidem nemo est, quin somni, cibi, Veneris similitumque rerum tandem satur fiat; vino autem fere omnes præcipue vero ii, qui in bibendo athletæ satagunt esse, ad faciem impleri nesciunt. Adhuc enim sicut bene poti, & à minutis quidem inchoant cyathis, sed longius procecti, præsciunt majoribus: cum scilicet jam semimadidi vino incaluerunt, mentis haud quaquam compotes ipsâ vini haustra, amyctides crateresque totos ori admovent, vinoque tamdiu se ingurgitant, donec vel profundo somno succumbant, non amplius sui, vel ventre nimis saburrato, quicquid ingesum est, rejiciant. Verum enim vero, tum quoque inexplebilis illa belluandi insania quasi adhuc esuriat, vagit ploratque infantiis instar. (nisi malis ἀκμαζει vel retinere τὸ μαρμάζει.) K.

ΝισαῖⓄ) Hic ad mortem jam damnatus, ne temporis brevitate circumveniretur, noctes diebus conjunxit, reliquumque vitæ continua ebrietate consumpsit, *Athenæus* lib. X. S.

Ἰππαεῖων) Perperam. Scribendum, Ἰππαεῖων. Sic enim *Theopompus* ipsum nominat apud Athenæum supra laudato loco. Sed & reliqua scriptura emendanda, cum hic non ἀνεψιὸς Dionysii fuerit, sed filius. *Athenæus* ex dicto auctore, post pauca, quæ de Apollocrate ejusdem filio recenset: καὶ Ἰππαεῖον ἦ τὸν Διονυσίῳ, φησιν, ὑπὸ μέθης τυραννεῖν ἀποσφαγῆναι. Lege igitur Ἰππαεῖον Διονυσίῳ ὡς υἱὸς καὶ ἔτⓄ &c. S.

ΧαριδῆμεⓄ ὁ Ωρεΐτης) Eubæensis, Scelli filius, Cotyis Thraciæ regis gener & ducum Chersobleptæ regis unus. *Casambonus*. S. vide plura in *Demosth.* Orat. contra *Aristocrata*. K.

Ἀρκαδῶν) Quod in superiore nomine scriptoris culpa commissum est vitium, ut ω in ο mutaretur, idem prope etiam hic accidit, ubi ω, literam antecedentem absumpsit. Legendum enim, Ἀρκαδίωv. *Athenæus* ἔπινε τὸ πλεῖστον Ἀρκαδίωv. Adde *Plutarchum* lib. *ᾧ τὸ ἀοργησίας*. Ἀρκαδίωv legendum etiam notatum Auctor codici *Bigotiano* ascriptarum censuit, quod post deprehendi. S.

Κλεισάρης) *Eustathius* Odyss. A. λέγεται καὶ Κλεισάρης, ὁ Λακκωναμονίων βασιλεὺς Σκύθαις ὀμιλήσας καὶ ἀκρατοπέτης ἧρόμυρⓄ, ὡς ἩρόδοτⓄ ἰσορεῖ, μανῆναι ἐκ μέθης. S. *Herodot.* in *Erato*. K.

καὶ Ἰῶνα τὸν Χῖον) Fuit hic poëta τραγικός, ut ait *Scriptor Olymp.* Αποπνυτός καὶ λυρικός καὶ φιλόσοφⓄ, υἱὸς Ορθαμένους, ἐπίκλησιν ἦ ἔπειτα, ἤρξατο τὰς τραγωδίας διδάσκειν. Ολ. ΠΒ. Adde *Suidam* in διδυραμειδοδιδάσκαλⓄ & poëtæ ipsius nomine. S.

τῷ Ἰνδῷ Σοφιστῇ) *Cyperus* ista ut ex glossâ nata, putat rejicienda. S. Non puto. postèrius enim explicat prius. K.

τῷ τῷ δευτέρῳ) *Elegantius* censet *Cyperus*, si legatur τῷ τῷ δευτέρῳ, & τῷ γε μὲν τρίτῳ, ut subaudiatur φερομένῳ. vide ipsum in *Ὀbservat.* lib. 3. cap. 11. S. Lectio recepta satis commoda est & elegans. K.

Πρόμαχος) Idem *Plutarchus*: Ὁ μὲν ἔν, inquit, πλεῖστον πινὼν Πρόμαχος, ἀκριχοῶν τεσσάρων προήλθεν. καὶ λαβὼν τὸ νικητήριον σέφανον τάλαντον, ἡμέρας πρῆς ἐπέζησεν. Dignum pro tanto labore præmium. De hoc genere certaminis vide alias, quæ notat *Camerarius* in *Horis* subsec. Cent. I. cap. 94. S.

ἐν Διονυσίῳ) Ante legebatur ἐν Διονύσῳ nulla facta mentio-
ne Dionysii, apud quem hæc accidisse certum est. *Athenæus* Τι-
μαίος φησιν , ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος τῆ ἑχρῶν ἐορτῇ τῷ πρῶτῳ ἐκ-
πιόντι χάρα, ἄλλον ἔθηκε σέφανον χρυσῶν. καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενο-
κράτης ὁ φιλόσοφος. &c. Adde *Laërtium* in *Xenocrate*. Corru-
ptus autem hic locus ab eis, qui Athenis hoc factum arbitrati sunt,
ut observat *Casaubonus*. S.

τῷ πιόντι πλέον) Non placet hæc lectio. Scribo, τῷ πιόντι
πρῶτῳ. Ita enim supra *Athenæus*, ex quo haud dubie hæc desum-
pta sunt. Et consentit festivitatis ritus, secundum quem is tan-
tum victor habebatur, qui primus congium ebibisset. *Aristophan.*
in *Acharn*.

— ὅς δ' ἂν ἐκπίη

Πρῶτιστος, ἀσπόν Κτησιφῶντος λήψεται.

Scholiasfes πρῶτον πιόντα ait λαμβάνειν τὸ ἀσπόν. Porro quod de
festo χρῶν notatu dignum est, apud *Castellanum* reperias in *Syntag.*
de Fest. Gr. S. Nihil textus habere videtur, quod quidem obelo
confodiendum sit. Neque enim veritati repugnat, ut idem &
primus congium ebiberit, & plus vini hauserit cæteris. adde,
quod *πολυποσίας* certamen à Dionysio institutum fuerit, ut *Laërt.*
in vita *Xenocratis* tradit. K.

Ξενοκράτης ὁ Καλλικλῆδῆος) Rectissime, & ita habuit vetu-
stissima editio Romana. Aliæ *Καρχεδόνιος*, quod erudite refel-
lit *Titius* lib. IX. Loc. Gont. cap. 18. S.

τῷ Ερμῇ τῷ πρὸ τῶ θυρῶν) Ita etiam *Athenæus*, & quem
ante nominavi, *Laërtius*. Habebant nimirum Athenienses, &
post reliqui Græci ante ædes suas quadratos lapides, quos Her-
mas, id est, Mercurios appellare solebant. vide *Thucydidem* lib.
VI. ipsiusque *Scholiasstem*, *Cornelius Nepos* in *Alcibiade*, cap. 3.
Priusquam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Herma, qui
in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum, qui ante ja-
nuam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est. Appa-
ret, proprium ejusmodi Mercurium cuique fuisse, eumque no-
men suum ex domino ædium, in quarum vestibulo stabat, acce-
pisse. Hinc & apud *Suidam* Ἐρμαι Ἰππῶδες χειροί. In vestibulo,
Inquam, quod Græce est ἐν πρῶθυροίς. *Vitruvius* : πρῶθυρα
Græce dicuntur, quæ sunt ante januam vestibula. *Gellius*, lo-
cum ante januam domus vacuum interpretatur, per quem à via
aditus ad ades accessusque erat. lib. IX. cap. 5. Illic ergo hæc

si nulacra stabant. *Thucydides*, εἰσι καὶ τὸ ἐπιχώριον ἢ τετραγώνως ἔργασία, πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίῳις παρθύροις, καὶ ἐν ἰεραῖς. S.

ἔμπαρσθεν ἡμερῶν) Quibus apud Dionysium convivia celebravit, talesque coronas ex more accepit. Vide *Hieronimum Mercurialem* lib. I. Artis Gymnasticæ, veteresque omnes, quorum fere nemo est, apud quem consuetudinis hujus mentio non occurrat. S.

καὶ Ἀνάχαρσις) Contra *Strabo* ex *Ephoro*. Καὶ τὸ Ἀνάχαρσιν ἢ ἀνδραποῦ σοφὸν καλῶν ὁ Ἐφόρος, τέττε φησὶν εἶναι ἔχθρος νομοθῶναι δὲ καὶ ἐπὶ σοφῶν ἐναί, τελεία σωφροσυνή καὶ συνέσι. Et *Laërtius* testatur scripsisse quædam εἰς εὐτέλειαν βίη. Et *Stobæus* memorat dicere solitum, primum poculum sanitatis esse, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, ultimum insanix. Quid igitur? Aut de modo bibendi, de quo statim dicam, hæc accipienda sunt, aut de solo isto tempore. Observo enim viros etiam temperantissimos hoc tempore vino indulgisse. Unde *Plato* apud *Laërtium* monet, πίνειν εἰς μέθην ἑδάμῃ πρέπον εἶναι, πλὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἔ καὶ τὸ οἶνον δόντος θεῶ. Quamquam hoc consueverint & in festis aliis. vide *Athenæum* lib. XI. S.

τέττο μὲν οἰκοθεν ἑαυτῷ ἐπαγορῆμος τὸ ἐφόδιον.) Postulare rationem sermonis arbitror, ut legamus ἐπαγορῆμον & referamus ad ἐφόδιον. S. ἐπαγορῆμος recte, referturque ad Anacharsin in activa significatione, quia ipse domo hoc bibacitatis quasi viaticum in Græciam secum attulerat. K.

ἀκρατον) Notum, Græcos vinum non nisi aqua dilutum bibere consuevisse, quam pueri οἰνοχοῦντες seu pocillatores admiscebant. Idque κερᾶσι, vel secundum *Platonem* κερανύειν dicebatur, unde postea κερραμῆρον denominatum. Hujus oppositum erat ἀκρατον, vinum, cui nil aquæ erat admixtum, quod hoc loco Scythis proprium fuisse *Noster* ait. Et consentit *Anacreon* apud *Athenæum* lib. X. & *Herodotus* lib. VI. Anacharsis tamen ipse apud *Plutarchum* in convivio testatur Scythas vinum ignorasse. S.

Λακώδης καὶ Τίμων) *Lacydes* *Cyrenæus* sub *Ptolomæo Evergete* circa *Olymp.* 134. floruit. per *Timonem* non ille μισάνθρωπος, qui *Platonī* coætaneus fuit, sed *Apolloniades* fortè intelligendus. de illis vide *Athenæum* lib. 10. *Konigiū*.

ἐκ Βεῆς) De hoc nihil *Athenæus*, licet reliqua exacte persequatur. *Herodotus*, ex quo desumpta est hæc historia lib. II. ita scribit: φασὶ μὲν τὸ θυγαλῆος τὸ πάθος, δεύτερον τῆτω τῷ βασιλεῖ ταῦδε ἡνάχ. ἔλθειν οἱ μαντήιον ἐκ Βεῆς πόλεως, ὡς μέλλοι

ἐξ ἑταῦ μοῦνον βιᾶς τῆ ἐβδόμῃ τελευτήσθην. Videndum igitur an non & apud Nostrum pro Βατης, Βατῆς scribendum sit. Nam & apud *Plinium* lib. V. cap. 10. non Buta hæc urbs, sed Butos appellatur. Fuit autem Latonæ hoc oraculum. Idem auctor: τὸ χρησθένιον τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Ἀηῆς ἱερόν, ἐν πόλει ἡ μεγάλη ἰδρυμένον, καὶ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον τόμα ἔχει Νείλα. ἔνομα δὲ τῆ πόλι Βατώ. Adde *Stephanum* in Βατῶ. S. In nominibus locorum Auctores sæpe adversis frontibus concurrunt, nec quinquam medicina opus habeat, in aprico est. nonnunquam etiam diversos duces aut dialectos secuti, diversam inde scripturam contraxere, quod hoc loco contigisse crediderim. *Hecataeus*, *Strabo*, *Ptolemaeus*, *Plutarchus* &c. ἡ Βατῶ legunt non semel. unde *Attic.* βατώ. K.

Ἄμασιν) Vide *Herodotum* lib. II. cap. 174. K.

Ἀριστῶς τε καὶ Θεμισῶν) Scribe, Ἀριστῶ καὶ Θεμισῶν. Ita enim *Plutarchus* apud Athenæum, loco sæpe jam laudato, ex quo dubium non est Nostrum sua descripsisse. S. Bene legitur pro Θεμισῶν Θεμισῶν. vide *Athen.* lib. 7. p. 289. qui & Ἀρίστων olim legit. K.

ἐπεγέγραπτο τῆ ἀρχῇ ἄλλως) Mallem, ἄλλων. Ut sit sensus, aliorum imperio subscripsisse. S. ἄλλως hic eleganter sumitur pro μάττω frustra, & alibi sæpissime. eo autem redit mens Auctoris: Themison cum fratre regni curam in se transtulit, vimque imperii usurpavit, inani titulo Regis Antiocho relicto. vide *Etymolog.* *Magnum* in ἄλλως. K.

Μηδοῖς πρὸς Ἀρσάκῳ) *Interpres* reddidit: cum *Medis* adversus *Arsacem* bellum gessit, ac si legisset, σὺν Μηδοῖς. rectius quis dixerit, in textu excidisse ἐν, legendumque, ἐν Μηδοῖς in *Media* vel in *Medis*. Hoc ipsum *Athenæus* lib. X. suppeditat, ubi ex *Posidonio* *Arpamensi* refert, bibaculum fuisse Antiochum, ἐν Μηδίᾳ πρὸς Ἀρσάκῳ πολεμήσαντῳ, qui in *Media* contra *Arsacem* bellum gessit, & cum in prælio cecidisset, *Arsacem* dixisse ferunt, ἔσφηλέ σε, Ἀντίοχε, θάρσος καὶ μέθη, *Audacia* & *Violentia* te dederunt *præcipitem*, *Antioche*. vide & *Justinum* lib. 39. cap. ult. K.

Ἄγωνα) De eo *Polyb.* lib. 2. *Histor.* ab initio. K.

ἀδικὸς ὄρη) Rectè ait *Faber*, illud ἀδικῶ absurdum esse. quod autem ἀχελῶ vel ἀχάλω substituit, haud placet, cum recedat nimium à lectione vulgata. verissimam emendationem puto; ἀδινὸς ὄρη h. e. *insatiabilis*. Nam ἀδινὸς est ἀκατάλειπτος. consule *Eustathium*. S. Quid absurdi viderint in recepta lectione viri tam docti, non excogito. certum vero est, ἀδικὸν

ὄρμηξ significanter dici, illam insanam & nefariam perpotandi libidinem, qua quis per summam injuriam vitam suam ante diem fatalem vino expugnat. ἄδικος enim notat, quod modum omnem excedit. ita equus dicitur ἄδικος τὸ πλὴν γνώθου vel δίκαιος, qui maxillas plus justo duriores habet; vel non. Virgil. lib. 3. Georg. de mili. Roma o. Injusto sub fasce viam carpit. ubi Servius: injustum fascem exponit, magnum opus. Quid n̄ etiam hoc loco ἄδικος ὄρμηξ notet, immoderatam nimiamque vini aviditatem? Hac significatione etiam Sereus usus est, dum canit:

*Ennius ipse pater, dum pocula siccata iniqua
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.*

en pocula iniqua (ἄδικα) id est grandia & justum modum excedentia! Laetantius ad illud Statii 6. Theb. - - - Onerique elapsus iniquo. subductus, inquit, gravi ponderi. iniquum enim gravem dicimus. Virg. & iniquo pondere rastro & lib. 9. aquas iniquas interpretatur, magnas sive vim inferentes. adde his Synesii encomio Calvitii p. 67. ἄδικον ἵππον id est lascivientem, feroculum equum, qui non audit habenas, ubi frustra est Petavii in versione existimans ita vocatum hunc equum esse ab ipso Platone, aliud videbitur inspicienti Phædonem p. m. 205. Ut brevibus rem comprehendam, uti Græcis pariter & Latinis τὸ δίκαιον, justum idem est quod σύμμετρον: ita ex adverso τὸ ἄδικον dicitur omne quod συμμετρῶν & justum modum superat & ὑπέμετρον est. v. Galen. in Hippocr. l. 3. περ. ἀγμῶν. K.

Γέντιος) Sic ex Athenæo emendavimus hunc locum, cum hætenus Ἥυναϊος legeretur. Verba ejus hæc sunt: Ἐν τῇ εἰκοστῇ ἐνάτῃ ὁ αὐτὸς (Πολύβιος) Γέντιόν φησι τὸ Ἰλλυριῶν βασιλεῦς, ἀπὸ τῶν πολυποσίων πολλὰ ποιεῖν ἀσελγῆ κατὰ τὸ βίον. &c. S. Romana, quæ & princeps editio, ita legit, καὶ ἕτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς Ἥυναϊος πίνει καὶ ἕτος ἑαυτῷ ἀκρατῶς, sensu planissimo, Etiam alius (quidam) Illyriorum Rex strenuum se & intemperantem potatorem præstitit, ἑαυτῷ sæpe in oratione abundat, ut apud Latinos sibi, vel hoc loco notat, Gentium ἑαυτῷ ἀκρατῶς, i. e. sibi suoque malo, intemperantius bibisse. Nam ex perpetua ebrietate in libidines cædesque pronior fuit, ut Athen. lib. 10. tradit, & tandem captus à Romanis ductusque est in triumpho. vide Livium l. 45. cap. 43. Qui Ἥυναϊος mutatum vult in Γέντιος, probet necesse est, Nostrum voluisse Regis illius nomen exprimere, quod non semper observatum ab eo constat. lib. V. τὸ ἵ ὄνομα λέγεται ἄδικος. alius nomen dicat.

dicat. in Histor. Anim. lib. 4. cap. 7. cum mentionem fecisset Regis Scytharum, subjunxit, τὸ ἃ ὄνομα εἰδὼς ἔω. τί γάρ μοι κῆ λυσιτελές ἐστιν; *potum mihi nomen ejus mitto, quid enim mea refert?* Nec Athenæus Γέντιον habet, sed Γενδιώνα, quod longius à θηναῖος recedit. Ne dicam, quod emendatio ista emendatione alia tēgenda sit, ne perpluat. nam post ἀκρατῶς verbum ἔχε infercit, cujus nec vola nec vestigium in Codice ullo apparet. Ea propter non dubitavi fugitivam Romanæ editionis lectionem in pristinum locum reducere. K.

ἐαυτῷ) οἶνον corrigit *Gesn.* S.

Ὀρροφέργῳ) Non recte, ait *Casaubonus*, ad Athenæum: scribendum enim Ὀροφέργῳ. Et sic Athenæus. S.

Κλειῶ.) Vel potius Κλεῶ. *Phalæcus* apud totiens laudatum scriptorem:

Χρυσῶν προκοίνῃα περὶ ἄσασα χιτῶνα

Τῷδε Διονύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεῶ.

Οὐνεκα συμποσίοισι μετέπρεπεν, ἴσα ἃ πίνειν

ἔτις οἱ ἀνδράπων ἤρισεν, ἐδ' ἄμα πῶ. S.

Κλειῶ an Κλεῶ legas perinde fuerit. à Κλέως enim fit Κλεῶ κῆ Κλειῶ. ait *Egypt.* Magnum voce Γυρινῶ, & iterum in χρεῖῶ. ὡσαύτ' ἀπὲ τ' αἰτίας γινέσθαι Σπεῶ κῆ Σπῆῶ, Κλέως Κλεῶ κῆ Κλειῶ. ἔτω χρέος χρεῶ κῆ χρεῖῶ. Κλεῶ tamēn magis hoc Athenæi loco quadrat propter legem metricam. extra metrum Κλειῶ malim. K.

ΚΕΦ. μβ.

Περὶ Πλάτωνος Διόξης,
κῆ περὶ ἰσονομίας.

Ἡ Πλάτωνος Διόξα, καὶ ὅτι καὶ αὐτὸν ἀρετῆς λόγος, καὶ εἰς Ἀρκάδας ἀφίκετο, καὶ Θεβαίους καὶ οὐκ ἐδέηθησαν αὐτῷ πρέσβεις ἀποσειλάντες, σὺν τῇ ἀνωτάτῃ σπυρῆ ἀφικέσθαι σφίσι ἢ ἀνδρα, εὐκ ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν νέων προσασίᾳ, ἐδ' ἵνα αὐτοῖς συγγένη

CAP. XLII.

De Platonis gloria &
æquabilitate.

Platonis gloria, & virtutis fama, usque ad Arcadas & Thebanos permanerat. Qui missis legatis summo studio hominem non solum ad instituendos juvenes, & docendam philosophiam: verum etiam, quod his majus erat, ad præscri-

Ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἔτι τῶν μείζον, νομοθέτῳ αὐτὸν ἐκάλειν. ἔκκεν ἔμελλον ἀτυχῆσθαι ἢ ἀνδρός· καὶ γὰρ ἦσθαι ὁ ἢ Αἰείωνος τῆ κλήσις. καὶ δὴ καὶ ἔμελλεν ὑπακῆσαι. ἤρτο μὲν τοὶ τὰς ἡκούσας, πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες; ἐπεὶ δὲ ἔμαθε παρ' αὐτῶν, ὅτι καὶ πάνυ ἀλλοτεῖως, ἐδὲ πείσθη αὐτὰς τιμῶν τῶν ἰσονομίαν, ἀπέπεισάτο πρὸς αὐτὰς ὀπίσθημίαν.

bendas reipublicæ leges vocarunt. Impetraturi igitur fuerant à viro rogata. (magnam enim Aristonis filius ex hac vocatione lætitiā capiebat & erat ei obtemperaturus.) verum quum legatos interrogasset, quemadmodum adæquabilem bonorum honorumque partitionem essent affecti, & comperisset, eos hanc prorsus abominari, neque ut susciperent persuaderi posse, noluit ad eos profectiōnem instituere.

eis Ἀρκάδας) Adde *Læntium* in vita Platonis, ubi *Pamphilam* hæc de ipso scribit commemorare. S.

σὺν τῇ ἀνωτάτῃ παρῶν) *Fab.* corrigit, σὺν τῇ δευτέρῃ παρῶν. *Cyperus*, σὺν τῇ ἀνωτάτῃ παρῶν lib. 3. Obs. cap. 11. sequeretur *Cyperium*. S. Sola mihi vulgata placet Lectio. Ita, ἀθροῦς πολιτῆς ἐστὶν πόλεως τῆ ἀνωτάτης, ἢ αἱ λοιπὴ πόλεις ὡς οἰκίαι εἰσὶ. Homo est civis civitatis summæ, vel, quæ est in altissimis, cuius quasi domus sunt cæteræ urbium, inquit *Antoninus* de Vita sua lib. 3. si bene memini. K.

ΚΕΦ. ΜΥ.

Τίνες ἢ Ἑλλήνων ἀεῖσοι, πένεστοι.

Πένεστοι ἐγένοντο οἱ ἀεῖσοι ἢ Ἑλλήνων· Αἰεσίδης ὁ Νικομάχης, καὶ Φωκίων ὁ Φώκων, καὶ Ἐπαμινώνδας ὁ Πυλματίδης, καὶ Πελοπίδης ὁ

CAP. XLIII.

Quinam Græcorum optimi fuerint pauperrimi.

In summa egestate vitam traduxerunt optimi Græcorum: Aristides Nicomacho satus, & Phocion Phoci filius: Epaminondas Poly-

Θησαί

Θηβαῖος , καὶ Λάμαχος ὁ matide natus. Pelopidas
 Ἀθηναῖος , καὶ Σωκράτης ὁ Thebanus, Lamachus A-
 Σωφρονίσκος , καὶ Εφιάλτης ὁ theniensis, Socrates filius
 Σοφρονίδης καὶ Ἐκείνῳ. Sophronisci, & Ephialtes
 Sophonidæ.

Πενέτατοι) Græciæ disciplina pauperate magistrâ stetit :
 at auro Persico & Macedonico labefactata pessum ivit tandem,
 & hostibus suis ditiores facti obtemperarunt, qui pauperes ab
 alieno imperio intacti invictique manserant. *Apulejus* in *Ap-
 pol.* Eadem est paupertas apud Græcos in *Aristide justa*, in *Phocione
 benigna*, in *Epaminonda strenua*, in *Socrate sapiens*, in *Homero diserta*.
 vid. *ibid.* plura, & in *Gaxæi Theophrasto.* K.

Ἀριστέδης ὁ Νικομάχης) Quis hic Aristides, Nicomachi
 filius? Legendum absque dubio, *Λυσιμάχης.* Nec enim alius
 quisquam paupertate clarior apud Græcos, uti constat vel ex
 Nostro ipso lib. XI. cap. 9. *Cornel. Nep. Aristides Lysimachi fi-
 lius Atheniensis &c.* hic qua fuerit abstinentia nullum est cer-
 tius indicium, quam quod, quum tantis rebus præfuisset, in tanta
 paupertate deceßit, ut quæ efferretur, vix reliquerit. Idem vi-
 tium *Stobæum* depravavit serm. XCIII. *Demetrius Phalereus*
 paupertatis gloriam Aristidi detrahere conatus est, in *Socrate* a-
 liquot argumentis probans, illum fuisse è numero *πεντακοσιομεδί-
 μωνων*, quorum census Athenis erat maximus omnium. Sed *Plu-
 tarchus* Demetrio occurrit eleganter statim ab initio *Vitæ Ari-
 stid.* K.

Ἐπαμεινώνδας ὁ Πολυμάχιδος) Nullum scio Epaminondam,
 Polymatidis filium, sed Polymni. *Cornel. Nepos* : *Epaminondas
 Polymni filius.* Et sic ipse *Ælianus* infra lib. III. cap. 17. Scri-
 bendum igitur *Πολύμνιδος.* Apud *Stobæum* dicto sermone, pro
Πολύμνιδος, legitur *Πολύμωδος*, facillimo errore, quem tamen
 hac occasione indicare volui. Cæterum de argumento capitis to-
 tius vide *Senecam* consolatur ad *Helviam* cap. 12. & cons. ad
Marciam cap. 12. S. Nomen *Πολύματις* speciem gerit fæmini-
 nam, ac si *Ælianus* voluisset ex aliquo scriptore, quem longi
 temporis muriumque injuria nobis invidit, prodere nomen ma-
 tris Epaminondæ. *Dicæarchus* quidem indignatur, quod nec *A-
 gesilai* filiam, nec Epaminondæ matrem sciamus. *Plutarchus*
 tamen ex auctoribus *Dicæarcho* non visis compertum habet
Agessilai conjugem *Cleoram*, filias *Apolynam* & *Prolytam* fuisse.

Quid

Quid si & Noster matrem Epaminondæ à tenebris & nocte vindicare voluit, potuit? Præterea *Stobæus* Serm. 235. videtur legisse Πολυμάτιδος, quamvis Librarii inde nobis extuderint Πολύμωδος, Origo erroris non est ignota iis, qui in hoc studiorum genere αἰδοτήρια γεγυμνασμένα habent. Nec inusitatum est, ut filii à matribus, præsertim nobilioribus appellentur. ita apud Platonem Alcibiades υἱὸς Δεινομένης, filius *Deinomenæ* dicitur. Epaminondæ verò genus Thebis εἰδόκιμον erat, ut *Plut.* in Pelop. indicat. Hæc mea de hoc loco conjectura, si viris doctis se non probaverit, una litura sanari poterit. K.

Πελοπίδας) Atqui opulentum hunc *Plutarchus* facit? ipsum vide in Pelopida. S. Addit tamen, illum vixisse ut pauperem, tum quod parabili corporis cultu, vilique ac necessario victu esset contentus, tum ὅτι χολάζων τῇ πόλει &c. ἠλάτῳσε τὴν πόλιν, quod per omnem vitam urbis vacans saluti, divitias immittisset. Possent itaque hæc *Synesi* verba etiam in *Pelopidem* cadere: χρυσιὸν ἔτε ἐν Φαλαῖροις ἔχω γυναικῶν, ἔτε ἐν νεμίσμασιν ὅ, τι γὰρ καὶ ἡμεῖς, ἅπαν αὐτὸ ὡσπερ Περικλῆς εἰς τὸ θεῖον ἀνάλωσα, αὐτὸν neque in mundo muliebri neque in nummis possideo. quoadcunque enim ante erat, id omne cum *Pericle* insumpsit rebus, quibus opus erat. K.

Εφιάλτης) Orator apud Athenienses, Areopagitarum everfor. vid. *Arist.* II. Polit. 10. *Pausan.* in Atticis pag. 29. infra lib. XI. cap. IX. *Meurs.* lib. 1. Attic. lect. cap. 22. quibus adde ex codice *Königiano* *Simson.* lib. 4. *Chr.* p. 37. *Rupert.* in *Valer.* p. 245. K.

ΚΕΦ. μδ.

CAP. XLIV.

Εἰκὼν Θεῶνος ζωγράφου ἐκφρασις.

Imaginis Theonis pictoris explicatio.

Θεῶν τῷ ζωγράφῳ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ὁμολογεῖ τῇ χειρουργίᾳ ἀγαθὴν εἶσαν, ἀτὰρ ἐν καὶ τόδε τὸ γράμμα. ὁπλίτης ἐστὶν ἐκκοθηῶν ἀφρω τῶν πολεμίων εἰσβαλλόντων καὶ θησιώτων ἅμα, καὶ κερζόντων

Theonis pictoris, cum alia sunt multa, quæ artis præstantem peritiam arguant, tum vero hæc quoque pictura. Vir est armatus, qui ad ferendum auxiliū properat, quum hostes repenti-

τῶν

τὴν γῆν. ἐναργῶς δὲ, καὶ πᾶ-
 νυ ἐκθύμως ὁ νεανίας εἴοικεν ὀρ-
 μῶνι εἰς τὴν μάχην. καὶ εἴ-
 πες ἂν αὐτὸν ἐνθεσίαν, ὡσπερ
 ἐξ Ἀρεῶ μανέντα. γοργὸν
 μὲν αὐτῷ βλέπεσιν οἱ ὀφθαλ-
 μοί· τὰ δὲ ὄπλα ἀρπάσας,
 εἴοικεν, ἢ ποδῶν ἔχει, ὅτι τὲς
 πολεμίους ἀτλεῖν. πρὸβάλλε-
 ται δὲ ὄντεῦθεν ἠδὴ τὴν ἀσπί-
 δα, καὶ γυμνὸν ὀπσειῖ τὸ ξί-
 φον, φωνῶντι εἰοικῶς, καὶ
 σφάττειν βλέπων, καὶ ἀπφλῶν
 δὲ ὄλε τὴν χήμαλον, ὅτι μη-
 δενὸς φείσεται, καὶ πλέων ἐδὲν
 περιείργρασαι τὰ θέωνι, ἐ λο-
 χίτης, ἐ ταξίαρχον, ἐ λό-
 χον, ἐ χιπῶδες, ἐ τοξότης.
 ἀλλ' ἀπέχρησέν οἱ καὶ ὁ εἰς
 ὀπλίτης ἔτῃ πηρῶσαι τὴν
 τὴν εἰκόνας ἀπαίτησιν. ἐ πρό-
 τερόν γε μὴν ὁ τεχνίτης ἐξεκά-
 λυψε τὴν γραφὴν, ἐδὲ ἔδειξε
 τοῖς ἐπὶ θεῶν σαβειλεγμένοις,
 πεινὴ σαλπικτὴν παρεσή-
 σατο, καὶ προσέταξεν αὐτῷ τὸ
 παρορμητικὸν ἐμπνεῦσαι μέ-
 λον διάτορον τε, καὶ γεγωνὸς
 ὅτι μάλισα, καὶ οἶον εἰς τὴν μά-
 χην ἐγερτήριον. ἀμὰ τε οὐδ'
 τὸ μέλον ἠκέτο τραχὺ, καὶ
 φοβερόν, καὶ οἶον εἰς ὀφθαλμῶν

nam impressionem fecis-
 sent, & agrum totum vastā-
 rent ac popularentur. Ma-
 nifesto autem, & profuso a-
 nimose videtur adolescens
 ad pugnam festinare. Equi-
 dem diceres eum insanire,
 quasi ex Marte furore cor-
 reptum. Torvum videns
 oculi: armis sumptis vide-
 tur, quantum pedibus con-
 niti potest, in hostes impe-
 rum facere. Inde scutum
 protendit, & strictum vi-
 brat gladium, cædem cu-
 pienti similis, oculis ad oc-
 cidendum spectantibus, &
 minabundus toto habitu,
 se nemini parsurum. neque
 quidquam aliud adjecit
 Theon, non manipula-
 rem, non centurionem, non
 manipulum, non equitem,
 non sagittarium, sed hic u-
 nus armatus ei ad osten-
 dendam imaginis perfe-
 ctionem satis fuit. Verum
 artifex non prius exhibu-
 it picturam, neque con-
 gregatis ad spectandum
 proposuit, quàm tubi-
 cinem juxta collocasset,

quem jussit carmen incitativum canere penetrans &

ἔξοδον ταχέως ἐκβοηούτων
 μελωδίασιν σάλπιγξι, καὶ ἐδεί-
 κνυτο ἡ γραφή, καὶ ὁ στρατιώτης
 ἐβλέπετο ἄ μέλεις ἐναργε-
 σέραν τὴν φαντασίαν ἄ ἐκ-
 βοηούτων ἔτι καὶ μᾶλλον
 ὠδρασίαν.

clamosum quam fieri pos-
 set maxime, & quod ad
 prælium animaret. Simul
 ac igitur auditum est car-
 men asperum & horren-
 dum; atque tuba quasi ar-
 matorum eruptionem so-

nante, picturam ostendit, & miles conspectus est, quum
 efficaciorum cogitationem de excurrente in animis ho-
 minum cantus excitaret.

Θέων) Theon iste, ni fallor, Samius fuit, *Quintil.* lib. 12.
 cap. 10. eum inter præcipuos pictores ponit, & concipiendis
 visionibus, quas φαντασίας vocant, excelluisse, scribit. *Köni-
 gius.*

ἐκβοηούτων) Ita *Virgilius* lib. V.

*Intextusque puer frondosâ regius Ida
 Veloces jaculo cervos cursuque fatigat.*

ubi *Servius* ad ultima verba, *laus picturæ*, inquit, *quasi gerat, &*
non gerere videatur. quod huic imagini jure merito tribui pot-
 est. K.

ἡ λόγος) *Faber ἡ λοχαγός.* non inconcinne, & potest al-
 terum hujus esse compendium. Dubito tamen, an sic scripserit
Ælianus, cum ordo rei aliud suadere videatur. S.

ἔδειξε τοῖς ἐπὶ θεῶν συνειλεγμένοις) Id quod alioquin fa-
 cere solebant. Omnem enim picturam veteribus in publico pro-
 ponere, deque ea populi judicium explorare moris erat. *Plini-
 us* de *Apelle*: *perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus* lib.
 34. cap. 10. Adde *Nostrum* infra lib. IV. cap. 12. & Indi-
 cem in *ὠδρασίαν*. S.

μελωδίασιν σάλπιγξι) *μελωδίας σάλπιγξος*, *Gesner.* S.
Atticismus est. subintelligitur enim, *σὺν*, vide indicem in *σὺν*.
 vel, τὸ ἐν subintelligendum. K.

FINIS LIBRI SECUNDI.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ

ÆLIANI VARIÆ

Ἱστορίας

Historiæ

Βιβλίον τρίτον.

LIBER III.

ΚΕΦ. α.

CAP. I.

Περιήγησις τῶν Θεσσαλικῶν
Τεμπῶν.Describuntur Tempe
Thessalica.

Φέρε ἔν κη τὰ καλέμενα
Τέμπη τὰ Θεσσαλικά
διαγράψωμεν πρὸ λόγῳ κη
διαπλάσωμεν. ὠμολόγηται
γὰρ κη ὁ λόγος, εἰάν ἔχη δύ-
ναμιν φραστικὴν, μηδὲν ἀθε-
νέστερον ὅσα βέλεται δεικνύουσι
τῶν ἀνδρῶν, τῶν κατὰ χειρουργίαν
δαιμόνων. Ἐσι δὴ χωρὶς με-
τέξου κείμενος τῶν τε Ολύμπου,
κη τῶν Ὀσσης, ὅρη δὲ ταῦτ' ἐσὶν
ὑπερύψηλα, κη οἶον ὑπὸ τι-
νῶν θεῶν φρονίδος διεχισ-
μένα, κη μέσον δέχεται χω-
ρίον, ἔστι τὸ μὲν μήκος ὅπῃ τεσ-
σαράκοντα διήκει σταδίους. τό-
γε μὴν πλάτος τῆ μὲν ἐσι
πλήθους, τῆ δὲ κη πλεῖον ὀλίγω.
διάρρει δὲ μέσα αὐτῆ ὁ κα-
λέμενος Πηνειός, εἰς τῶν
δὲ οἱ λοιποὶ ποταμοὶ συρρέου-
σι, ἔστι ἀνακοινοῦνται τὸ ὕδωρ
αὐτῶν, ἔστι ἐργάζονται τῶν Πλωτῶν
ἐκείνοι μέγαν. διαλευκὰς
δὲ ἔχει ποικίλας, ἔστι παντο-

Age sis igitur, quæ vo-
cant tempe Thessalica
nunc oratione pingamus
atque effingamus. Nam in
confesso est, orationem, si
explicandi vim ac faculta-
tē habeat, non minus quæ
velit ponere ob oculos
posse, quā viros manuū ar-
tificio præstātes. Est itaque
locus inter Olympum &
Ossam situs. Sunt autem hi
montes altitudine imēnsa
præditi, & quasi divina qua-
dam cura disjuncti, atq; in
medio locū complectun-
tur: cujus longitudo ad
quadraginta stadia porrigi-
tur: Latitudo vero in aliis
partibus continet plethrū,
in aliis paulo etiam plus.
Per hunc medium labitur,
qui Peneus appellatur, in
quem reliqui fluvii conflu-
unt, & aquam ei comuni-

δασάς



δαπάς ὁ τόπος ἔστι, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ φύσεως αὐτόματ᾽, εἰς κάλλος τότε φιλοτιμισαμένης, ὅτε ἐλάμβανε γένεσιν ὁ χώρος. κητὸς μὲν γὰρ πολὺς, ἔτι εὐμάλα λάσι ἐνακμάζει, ἔτι τέφρα, ἔτι δίκην τῶν διήμων ἀμπέλων κατὰ τὴν ὑψηλῶν δειδρωτῶν ἀνέρπει, ἔτι συμπέφυκεν αὐτοῖς. πολλὴ δὲ σμίλαξ, ἢ μὴ πρὸς αὐτὸν ἢ πάγον ἀνατρέχει ἔτι ὀπισκιάζει ἢ πέτραν, ἔτι ἐκείνη μὴ ὑπολανθάνει. ὄραται δὲ τὸ χλοάζον πᾶν, ἔτι ἐστὶν ὀφθαλμῶν πανήγυρις. ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς λείους ἔτι καθημένοις, ἄλλα τε ὄβρι ποικίλα, ἔτι ὑποδρομαὶ σωεχεῖς, ἐν ὧρα θέρους κατὰφυγεῖν ὀδοιπόροις ἠδίσα κατὰ γνώγια, ἃ ἔτι δίδωσιν ἀσμένως ψυχᾶσθαι. διαρρέουσι δὲ ἔτι κρήναι συχναί, ἔτι ὑπερρεῖ νάματα ὑδάτων ψυχρῶν, ἔτι πιεῖν ἠδίσων. λέγεται δὲ τὰ ὑδάτα ταῦτα ἔτι τοῖς λεσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι, ἔτι εἰς ὑγίειαν αὐτοῖς συμβάλλουσιν. κατὰ δὲ ὄρνιθες ἄλλοι ἄλλῃ διασαρμένοι, ἔτι μάλιστα οἱ μωσικοὶ, καὶ ἐστῶσιν εὐμάλα μα.

Has aquas perhibent prodesse etiam lavantibus,

τὰς ἀκοάς. Ἐπιπνεύ-
 σιν ἀπὸ νότου, καὶ σὺν ἡδονῇ,
 ἔρχεται ἡ μέλας ἡ κάματον ἡ
 παριόντων ἀφανίσαντες. Ἐπι-
 κότερα δὲ ἡ ποταμὸς αἰ δια-
 τριβαί εἰσιν αἰ προειρημένας,
 καὶ αἰ ἀνάπαυλας. Ἐπι μέσων ἡ
 τῶν Τεμπῶν ὁ Πλωεὶς ποταμὸς
 ἔρχεται, ἡ γοῆ καὶ ἡ πρῶτος ποταμὸς
 εἰσὶν εἰς αὐτὸν. πολλὴ δὲ καὶ
 αὐτῷ ἡ σκιά ἐκ τῶν ἐπιπνευ-
 κότων δένδρων, καὶ ἡ ἐξηρη-
 μένων κλάδων τίκτεται ὡς ἐπι
 πλεῖσιν ἡ ἡμέρας αὐτῷ προή-
 κουσιν ἀποσέγγιν τὴν ἀκτῖνα,
 καὶ παρέχειν τοῖς πλεῖσι
 πλοῦν κατὰ ψυχῆ. πᾶς δὲ
 ὁ περιόκος λέως σὺν ἡδονῇ, ἄλ-
 λοι σὺν ἄλλοις, καὶ θυῖσι, καὶ
 συνβοῖαι ποιεῖνται, καὶ συμπί-
 νουσιν. ἄτε ἐν πολλῶν ὄντων ἡ
 θυόντων, καὶ ἡ καθαγιζομένων
 συνεχῶς, εἰκότως καὶ τοῖς βαδί-
 ζουσιν, καὶ τοῖς πλεῖσιν ὁσμά
 συμπαρομαρῖουσιν ἡδονῇ. ἔ-
 τως ἄρα ἡ τιμὴ ἡ διαρκὴς, ἡ
 ἐπι τὸ κρεῖττον, ἐπι θεοῖ ἡ τό-
 πον. ἐπι ταῦτά τοί, φάσι πᾶ-
 ρεις θεοπαλῶν, καὶ ἡ Ἀπόλλω-
 να ἡ Πύθειον καθήρασαι κατὰ

& ad sanitatem conferre.
 Concinunt etiā aves hinc
 inde dispersæ, & inprimis
 musicæ, quæ auribus ma-
 gnam voluptatem affe-
 runt, atque indefessos cum
 voluptate deducunt, mo-
 dulationibus suis prætere-
 untium laborem iuble-
 vantes. Ad utrumque la-
 tus fluminis oblectamenta
 illa sunt, de quibus antea
 dixi, & recreationibus
 quietique apta loca. Per
 media vero Tempe Pene-
 us venit, quiete & leniter
 procedens in modum olei:
 qui umbris affatim conte-
 gitur, quæ ab affitarum ar-
 borum ramis ortæ, maxi-
 ma diei parte solares ra-
 dios arcent à flumine, &
 navigantibus temperatam
 frigore navigationem præ-
 bent. Omnis autem vi-
 cinus populus, alii cū
 aliis conveniunt, & sa-
 crificia offerunt, & con-
 grediuntur, atque co-
 messantur. Quum igitur

fit, ut istac iter facientibus,
 aut navi vectis, fragrantés odores suboleant. Ita deo-

πρὸς αὐτὰ τὸ Διὸς, ὅτε τὸ Πύ-
 θωνα τὸ δράκοντα κατετόξου-
 σεν, ἔτι φυλάττοντα τὰς Δελ-
 φούς, τὴν γῆς ἐχέουσαν τὸ μαντεῖον.
 Σεφανώσαντον ἐν ἐκ ταύτης
 τὴν Δάφνης τὴν Τεμπικῆς, καὶ
 λαβόντα κλάδον, εἰς τὴν δε-
 ξιὰν χεῖρα ἐκ τῆς αὐτῆς Δάφ-
 νης, ἐλθεῖν εἰς Δελφούς, καὶ
 πρὸς αὐτὸν τὸ μαντεῖον τὸν
 Διὸς καὶ Ληϊῶς παῖδα. ἔστι ὃ
 καὶ βωμὸς ἐν αὐτῷ πρὸ τούτου,
 ἐν ᾧ καὶ ἐσεφανώσατο, καὶ τὸν
 κλάδον ἀνείλε. καὶ ἔτι καὶ
 νῦν ἔτις ἐνθάδε οἱ Δελφοὶ
 παῖδας ἀγαθοὺς πέμπουσιν, καὶ
 ἀρχιθεῶρον ἓνα σφῶν αὐτῶν.
 οἱ ὃ πρὸς ἀγαθὸν καὶ μεγα-
 λοπρεπῶς θύσαντες ἐν τοῖς
 Τέμπεσιν, ἀπίασι πάλιν σε-
 φάνης δὲ τῆς αὐτῆς Δάφνης
 διασπλέξαντες, ἀφ' ἧσπερ
 ἐρῶν καὶ τότε ὁ θεὸς ἐσεφανώ-
 σατο. καὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην
 ἔρχεται, ἢ καλεῖται ἰδίᾳ
 Πυθίας, φέρεται δὲ διὰ Θετ-
 τάλιας, καὶ Πελαγονίας, καὶ
 τῆς Οἰτίας, καὶ τῆς Αἰνιάνων χώ-
 ρας, καὶ τῆς Μηλιέων, καὶ
 Δωριέων, καὶ Λοκρῶν τῶν Ἑσπε-
 ρίων. ἔτι ὃ καὶ πρὸς ἀπέμπα-
 ταν, Ἄνιανον regionem & Μελι-
 σίον, & Λοκρῶν Ἑσπερι-
 ον.

rum cultus indefinens, lo-
 cum sanctum efficit. Hic
 ajunt Theffali, Apollinem
 Pythium ex mandato Jo-
 vis purgatum, quum Py-
 thonem serpentem adhuc
 Delphos tenentem, Terra
 oraculum habente, jacu-
 lis interemisset. Deinde
 vero coronatum ex hac
 lauro Tempica, & ramo
 in dextram sumpto, ve-
 nisse Delphos, & oracu-
 lum occupasse Jove & La-
 tona natum. Est etiam
 ara in eo loco, ubi coro-
 natus est, & ramum abstu-
 lit. Proinde etiamnum no-
 no quoque anno Delphi
 nobiles pueros mittunt
 cum architheoro, uno ex
 ipsis, qui advenientes ma-
 gnifice rem divinam perfici-
 unt intra Tempe, & ne-
 cientes ferta ex ea lauro
 discedunt, qua tunc tem-
 poris deus etiam amans
 coronatus est. Ea vero
 via veniunt, quæ dicitur
 Pythias, & ducit per Thef-
 saliam, Pelagoniam, Oe-
 tam, Ænianum regionem & Meli-
 ensium, & Dorien-
 sium. Qui etiam de-

σιν αὐτὰς σὺν ἀδοῖ κὶ τιμῇ,
 ἔδ' ἐν ἥτιον, ἥπερ ἐν ἐπένοι, οἵ
 τες ἐξ Ὑπερβορέων τὰ ἱερά
 κομίζοντες τῷ αὐτῷ θεῷ τέτρω
 τιμῶσι. κὶ μὲν κὶ τοῖς Πυθίοις
 ἐκ ταύτης τῆς δάφνης τοῖς νε-
 κῶσι τὰς στεφάνους διδύρασι.
 ὑπὲρ μὲν ἐν τῷ ἐν Θετταλίᾳ
 Τεμπῶν, καὶ ἐμοὶ νῦν τοσαύ-
 τὰ εἰρήδω.

ducunt pueros cum reve-
 rentia & honore, non mi-
 nus quam illi eos, qui
 ex Hyperboreis sacra fe-
 runt eidem illi deo, vene-
 rantur. Atque hinc est,
 quod etiam in Pythiorum
 ludis victoribus ex hac
 lauro coronæ dono dan-
 tur. De Tempibus igitur

Theffalicis hæc mihi in præfenti commemorata sufficiant.

Τέμπη) Vide Strabonem lib. IX. Plinium lib. IV. cap. 8.
 Solinum cap. 14. Melam. cap. 4. lib. 2. Herodot. lib. 7. Lucian-
 um. lib. 6. S. Adde Ovidium lib. 1. Metam. Apollod. lib. 1.
 Biblioth. Livium. Gerbelium lib. 2. de Græcia. Ortelium in opere
 parergorum &c. K.

διήκει) Gerbelius in Græcia Illustrata p. 55. legit *πεσέχες*
 ex codice ab Oporino sibi mutuo dato. K.

μῆς αὐτῆ) Nicolaus Gerbelius ex codice Oporini legit
 αὐτῆ μῆς l. c. K.

φύσεως αὐτομάτῃ) MSS. B. & C. φύσεως αὐτομάτως. Sa-
 spicor hoc αὐτομάτως primum fuisse transsumptum ex glossa in
 textum, post mutatum in αὐτομάτῃ, & idcirco delendum. S.
 Eleganter ab Auctore ἀφ' ἑαυτοῦ & secessus illi dicuntur φύσεως
 αὐτομάτῃ, à natura facti sive sponte, ὅση ἀνδρωπίνης χειρὸς ἔργα, ποιε
 opera manu facta, quæ oppositio non est tollenda è textu, re-
 jecto vocabulo αὐτομάτῃ, nec tamen admodum repugnabo, si
 quis αὐτομάτῃ acceperit pro αὐτομάτως, sublatâ interpunctio-
 ne. K.

Καὶ ἐκείνη μὲν) Nihil hic mutandum censeo, licet sint,
 qui in superiori commate pro *ἢ μὲν* legant, κὶ ἢ μὲν, & hoc loco,
 ἢ ἢ ὑπολασθάνει. Non enim video, quæ in his membris sit op-
 positio, quam alioquin hæc particulæ constituunt. Certè in
 priore de nullâ aliâ re agitur, quam de πέτρα, quæ similace coo-
 perta scribitur. Ut, si quid est mutandum, μὲν illud ultimum
 delerem, & post πέτραν punctum scriberem. S. Quid textus

habeat mutandum, non video. Nam πολλή σμίλας Atticis dicitur absolute, loco, πολλῆς σμίλακος ἢ ῥῆ' &c. K.

καθημέροις) Gerbelius ex codice Oporini, καθειμένοις, demissis, submissis. K.

ἢ κ' δίδωσι ἀσμένως ψυχᾶς) ψύχεαζ vel ψυχάζεαζ vult legi Gesner. S. Nihil muto. vide Indicem in ψυχᾶ. K.

εἰς ὑγίαν αὐτοῖς συμβάλλεαζ) MSS. B. & C. εἰς ὑγίαν ἀγαθῶν συμβάλλεαζ. fortè fuit à prima manu, εἰς ὑγίαν αὐτῶν συμβάλλεαζ. S. ἀγαθῶν irrepfit ex præcedentibus cum quâdam detorsione. Cæterum longè alia sunt, quæ de aqua circa Thesâ salica Tempe Plinius tradit lib. XXXI. cap. III. de Πετῶ & aliis fluminibus, divinis honoribus cultis Max. Tyr. dissert. 38. K.

ᾤθηκασαν) Codex Oporini ᾤθηκασαν.

ἀκτίνα) Idem C. ἀκτίνας. K.

Καθαγιζομένων) καθαγιζόντων ibid. K.

Καθηρέαζ) Propter occisum Pythonem. Notum, omnes homicidas veteribus pro impuris habitos, coactosque certis ritibus purificare se, & cædem expiare. (vide infra l. VIII. cap. 5.) Eum morem mandato Jovis Apollo hoc loco observat, ut etiam Pausanias nos docet in Phocicis. Locum ipsum vide, quoniam præcipuè huc pertinet. S.

τ' δράκοντα) Imo χαλιπὸν ἄνδρα, ἐπικληθέντα ἢ Δράκοντα. Testis Ephorus apud Strabonem lib. IX. ubi cætera hujus historiz reperias, non ex Poëtarum figmentis, sed rei veritate descripta. S.

τ' γῆς ἐχέσης τὸ μαντεῖον) Julius Hyginus fabula CXL. Python Terra filius, draco ingens. Hic ante Apollinem ex oraculo in monte Parnasso responsa dare solitus erat. Adde quæ sequuntur. Pausanias in Phocicis: Τὸν δ' ἄποθανόντα ὑπὸ τῷ Ἀπόλλωνι, ποιητὰ μὲν δράκοντα εἶναι, κ' ἐπὶ τῷ μαντεῖῳ φίλακα ὑπὸ Γῆς ταχθῆναι φασί. Consule etiam Apollodorum lib. I. Bibliothec. S.

ἐκ τ' αὐτῆ δάφνης) Aut spiritus in αὐτῆ asperandus est, aut αὐτῆς legendum, uti in sequent. ἀπὸ τ' αὐτῆς δάφνης. Interpres omisit planè. vel etiam τὸ αὐτῆ adverbium est τοῖσι κόν, & signat, ejus loci laurum. K.

ἔτις ἐνάτις) Tanto enim tempore exulasse dicitur, & tum demum expiatus esse à cæde Pythonis. Consule Plutarch. de orac. defectu. S.

οἱ Δελφοὶ παῖδας εὐχyuεῖς πέμπουσι) Pausanias in Corinthiacis: Ἀπολλινεμ & Διανὰμ Pythonε τερσο, ut se expiarent, Ἀγιά-
ισαν

eam venisse tradunt, sed incusso terrore, eo ipso in loco, qui nunc Phœbus dicitur, in Cretam ad Carmanorem divertisse: ac statim pestilentem morbum Ægialensibus immisissum, quem depelli non posse vates monuerunt, nisi Apollo & Diana placarentur. Missos igitur pueros ac totidem virgines ad Sytham amnem supplicum ornati, quorum precatione persuasos eos in arcem venisse. Eo itaque in loco, quo primum venerunt, Suadela ædem dicant. Idem verò ritus hoc etiam tempore servatur. Pueri enim festo Apollinis die ad Sytham veniunt, ac deorum signa in ædem Suadela deportant, deinde in templo Apollinis ea reponunt. S.

Διαπλέξαντες) Delphosque ea ferta deferentes, persequente ipso tibiçine, testis Plutarchus, quem vide lib. de Musica. S.

ἐρῶν) Supra expiatum Apollinem ex hac lauro coronam sumpsisse scribit, quomodo igitur nunc venit ad amantem? An vitium est in scripturâ? num potius ἐρῶν hic idem est, ac βυλόμενος? ut sit sensus, Deum non ex alia arbore, quam lauro coronam tunc gestare voluisse. Malle enim sanè αἰρῶν, ut sit idem, ac quod supra λαβῶν. S. ἐρῶν θεός, amans Deus, vult, Daphnin Penei filiam ita ab Apolline fuisse adamatam, ut nec transformatam in laurum amare destiterit, & affectus testandi causa coronam suo capiti ex eâ lauro decerpserit, vide Ovid. lib. I. Metam. fab. 14. Ideoque non est, quod Vir doctus in emendatione hujus loci adeo æstuet. K.

ἢ τὴν ὄδον ἐκείνου ἔρχεται) Gesn. ἔρχονται. Idem Cupero placet. lib. 3. Obs. cap. XII, vide Indicem in singularis. S. Ipsum Orationis filium ἔρχεται exigit. K.

πελαγονίας) Ortelius in Thef. Geograph. Πελαγονίας legendum putat. Suadet hoc Ptolemæi, inquit, Græciæ tabula. Königius.

ἐκείνοι οἱ) Puto illud οἱ delendum, quia natum ex terminatione vocis præcedentis videtur. S. Præponendum οἱ meo iudicio, legendumque οἱ ἐκείνοι, illi ipsi scilicet, Melienses, Dorienses &c. vel plane delendum. K.

οἱ τὰς ἐξ ὑπερβορείων) De quibus Herodotus lib. IV. Παισαν. in Att. p. m. 30. S.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

Περὶ Αναξαγόρου ἀνδρείως τὸν
τῶν τέκνων θάνατον ἐνεγκόν-
τος.

Αναξαγόρα τις πρὸ Κλα-
ζομενίου σπευδᾶζοντι πρὸς τὸς
ἑτέρας παρελθὼν ἔφη, τεθνη-
κέναι οἱ τὸς δύο παῖδας,
ἔσπερ' ἔν κ' εἶχε μόνος ὁ Ανα-
ξαγόρας. ὁ δ' ε, μηδ' ἔν διατ-
ραχθεῖ, εἶπεν, ἢ δειν θνητὸς
γεγονηκὸς.

*De Anaxagora fortiter
liberorum mortem fe-
rente.*

Cum quidam Anaxago-
ræ Clazomenio, cum aliis
negotium agenti, nuncia-
set, duos filios ejus mortu-
os esse, quos etiam solos
habebat, ille nihil perter-
ritus, aut affectus nuncio,
respondit: Scivi eos mor-
tales natos esse.

πρὸς τὸς ἑτέρας) An ἐταίρος? Sic enim Noster discipulos
& auditores Philosophorum appellare solet. Factum hoc au-
tem in præsentia ipsorum. *Plutarch. Consol. ad Apoll. Αναξα-
γόραν παρελήφμεν φυσιολογεῖν κ' ἀφαιεγόμενον τοῖς γνωρίμοις
ἀπέσασθαι παρὰ τινος τῷ πατρὶ ἢ ἡὼν τελευτῶν &c.* Confirmat pla-
nè conjecturam nostram *Stobæus sermon. CVI.* qui se habere sua
ex *Nostro* ait. Conveniunt quoque MSS. omnes. S. Res ipsa
est, non conjectura, quod dicit *Cl. Scheff. K.*

ἢ δειν θνητὸς) Lege *Laërtium* in vita hujus. is enim per
omnia consentit, ut memoria mihi lapsus videatur eruditissimus
Casaubonus, quando *Nostri* scribit ab illo dissentire, & hæc ver-
ba *Xenophonii* tribuere. Historiam porro tradidere *Valer. Maxim.*
lib. V. cap. 10. & qui ibi à *Lipfio* citantur, quibus adde *Simpl. in E-
pict. c. 22. S.*

γεγονηκὸς) Apud *Stobæum* est γεγονηκός. *Faber* putat
γεγονηκότα. Sed *Stobæi* lectionem præferunt & notæ Codicis
Bigotiani. S. Lectioni, quam *Stobæus* habet *Ser. 254.* favet
Plutarchus in *πατρὶ εὐθυμίας*: ἐπὶ τῇ τελευτῇ ἢ παιδὸς ἀνεφάνησεν,
ἢ δειν θνητὸν γονήσας, filio extincto exclamavit *Anaxagoras*, nove-
ram, me genuisse mortalem! & *Hieron. ep. ad Heliodorum.* *ubi*
illud ab infantia studium literarum ac Anaxagoræ & Telamonis
semper laudata sententia? Sciebam me genuisse mortalem: Vul-
gata tamen eodem recidit, cum ὁ γονήσας & οἱ γεγονηκότες æquæ
sint

sint mortales. Quomodo hoc dicto abusus sit *Galenus* audito, Patrem suum à Persis captum, *Trebellius* refert. K.

ΚΕΦ. γ.

CAP. III.

Περὶ Ξενοφῶντι τὸν ἦν ὑπὸ
 θάνατον ἀνδρείως ἐνεγκόντος.

*De Xenophonte filii obitum
 fortiter tolerante.*

Ξενοφῶντι θυόντι ἦκε τις ἐκ
 Μαντινείας ἀγγελῶν, λέγων,
 τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Γρύλλον τε-
 θνήσκει. καμῖν ἀπέθετο μὲν
 ἢ σέφανον, διετέλει δὲ θυ-
 ῶν. ἔπειτα δὲ ὁ ἀγγελῶν προσ-
 ἔθηκε καὶ ἐκείνῳ, ὅτι νικῶν
 τέθνηκε, πάλιν ὁ Ξενοφῶν ἐπέ-
 θετο τὸν σέφανον· ταῦτα μὲν
 ἐν Δηλώσῃ, καὶ ἐς πολλὰς ἐκ-
 πεφούτηκεν.

Xenophonti rem divi-
 nam obeunti, nuncius qui-
 dam ex Mantinea dixit, fi-
 lium ejus Gryllum vita de-
 functum esse. At ille so-
 lum corona deposita, in sa-
 crificando persistit. Quum
 vero nuncius etiam illud
 adjiceret, eum cum victo-
 ria mortuum esse, rece-
 ptam coronam iterum im-
 posuit. Hæc quidem vulgaria sunt, & multorum ser-
 mone celebrata.

Ξενοφῶντι) Habes historiam apud *Diogenem* in vita hujus, *Stobæum* serm. VII. & CVI. S.

ὑὸν αὐτοῦ) Corrige ex *Stobæo*, qui se ex *Nostro* habere te-
 statur, & scribe: αὐτῆ. Apud eundem sermon. CVI. pro καὶ
 ἐκείνῳ legitur, καὶ πατρίῳ λόγῳ. Pro τέθνηκε, τέθνηκεν. Cæ-
 tera ad literam conveniunt. S. τὸ, αὐτῶν magis *Æliani* stilum
 sapit. K.

ἀπέθετο ἢ σέφανον) Coronatos Veteres sacrificasse, satis
 notum. Erat hoc autem partim perfectionis signum, partim
 jucunditatis. Perfectionem notasse, docet *Aristoteles* ex *Ho-
 mero* & vulgari loquendi consuetudine, ex quâ etiam κρατῆρες
 ἐσεφαναμῶν dicuntur, quæ vino plene sunt. Quemadmodum
 & apud Latinos *Corona* operis vocatur, quâ concluditur, abso-
 lutumque esse significatur. Neque aliam ob causam veteres
 instituisse arbitror, ut etiam victimæ coronarentur, quam ut
 significaretur, integras ac perfectas esse, nulloque membrorum
 vitio corruptas, talesque, quales dii aut exigant, aut offerri ipsis

par sit. Erant porro coronæ etiam lætitiæ indicium, quod vel ex eo apparet, quoniam non nisi in rebus lætioribus, conviviiis puta & similibus, adhibebantur. Meritò igitur etiam in sacris usurpatæ, ut in quibus omnis quoque gratia, læta omnia jucundaque esse debebant. Sacris inquam, non omnibus, verum iis, quæ fiebant ob successus rerum prosperos sive publicarum sive privatarum. Verum cum mors propinquorum tale quid sit, quo ista rebus sacris conveniens lætitia ex hominum animis eicitur, mensque de statu suo deturbatur, veteres in signum ejus rei coronas deposuere. *Athenæus* lib. XV. *Ἐπεὶ τὰ πένθη τὴν ἀντιότιον παρασκευάζομεν. ὁμοιοπαθεῖς γὰρ ἔκκεμηκότῃ κολοβῶμεν ἡμᾶς αὐτὸς τῇ τῶν σεφάων ἀφαιρέσει.* Atque has quidem solas, si mens luctu tacta, non tamen planè è sede sua dejecta esset, sed quadamtenus adhuc sibi constaret. Quod ex exemplo præsentis factis apparet, de quo etiam *Valer. Maximus* lib. V. cap. 10. *Cum solenne sacrificium perageret è duobus filiis majorem natu, nomine Gryllum, apud Mantinæam prælio cecidisse cognovit, nec ideo infinitum deorum cultum omittendum putavit. Sed tantummodo coronam deponere conatus fuit. Quam ipsam, percontatus quomodo occidisset, ut audiret fortissimè pugnantem interisse, capiti reposuit, numina, quibus sacrificabat, testatus, majorem se ex virtute filii & libertatem, quam ex morte amaritudinem sentire.* Ecce, hæc *Xenophon* coronam capiti reponit, quia voluptatem capiebat ex gloriosa filii morte, quam humanitatis sensu ante deposuerat. Atque ita deos ipsos fingunt in mœrore coronas deponere, uti apud *Athenæum* supra dicto loco videre est. Quorum vero mens abrepta luctu penitusque occupata erat, ii non modo deponebant coronas, sed & abiciebant, evertabant aras, simulacra deorum verberabant. Idem *Valer. Maxim.* *Alius* ait, *removisset hostiam, abjecisset altaria, lachrymis respersa thura disjecisset, Xenophontis cor pia religione immobile stetit.* Adde *Plutarchum* *Consol. ad Apollin. S.* *Diu ante Xenophontem id ipsum, nunciata Androgei filii morte, Minos fecit. Apollodorus* lib. 3. *Biblioth. Μίνως ἔπελθόντῃ αὐτῆ θανάτῃ, θύων ἐν Πάροι ταῖς Χάελσι, ἣ μὲν σεφάνου δὲ τῆ κεφαλῆς ἔρριψε, καὶ τοῦ αὐλοῦ κατέχευε, καὶ τὴν θυσίαν εἰδὲν ἤτλον ἐπετέλεσε. ὄθεν ἔτι καὶ εὐεγο χωεῖς αὐλῶν καὶ σεφάνων ἐν Πάροι θύουσι ταῖς Χάελσι.* *Minos, superveniente nuncio de filii interitu, tum temporis in Paro Gratiæ sacra faciens, coronam quidem capiti detractam abjecit, ac tibiam instari vetuit, ac sacrificium nihilominus peregit.* Vnde hætenus
sine

sine tibia & coronis in Pato Gratiis litari mos est. Hinc lux Seneca in Consol. ad Marciam. Ne nimis admiretur Gracia illum Patrem, qui in ipso sacrificio, nuntiata filii morte, tibicinem tantum tacere iussit, & coronam capiti detraxit, cætera ritè perfecit. Ita etiam Tiberius, quo primum die post excessum Augusti, Curiam intravit, quasi pietati simul & religioni satisfactorius, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit, ut ille olim in morte filii. Sueton. Tiber. cap. 70. Hieron. epist. ad Heliodorum. Proponunt (Ethnici) innumerabiles viros, & maximè Periclem & Xenophontem Socraticum, quorum alter amissis duobus filiis, coronatus in concione disseruit: alter, cum sacrificans filium audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, & eandem capiti reposuisse, postquam fortiter in acie dimicantem reperit concidisse. K.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

Ὅτι ὁ Δίων ὑπὲρ τῆς ἡῤῥοῦ θανάτου ἑαυτοῦ ἀπέχρησεν.

Quod Dion ob filii mortem non perturbatus sit.

Δίων δὲ ὁ Ἰππαρίνου μὲν παῖς, Πλάτωνος ὁ ὁμιλητής, ἔτυχε μὲν χρηματίζων ὑπὲρ τινῶν δημοσίων καὶ κοινῶν πραγμάτων, ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ ἐκ τῆς τέχνης κατινεχθεὶς εἰς τὴν ἀνάλω, τὴν βίον κατέσχευεν, ἔδεν ἔν ὅπῃ τέτοις μετεβάλετο ὁ Δίων, ἀλλ' ὅπερ ἐν ἐξ ἀρχῆς ἔτραπτε, τῆτο καὶ δρῶν διετέλεσεν.

Dion vero Hipparini filius, Platonis discipulus, publica quædam & communia negotia tractabat, quum ejus filius à tecto delapsus in atrium, vitam cum morte commutavit. His nihil commotus est Dion, neque mutatus, sed constanter in eo, quod inceperat, efficiendo perseveravit.

ὁ ὅ παῖς αὐτοῦ) MSS. B. & C. ὁ ὅ παῖς αὐτοῦ. S.

ἐκ τῆς τέχνης) Se ipsum dejecisse odio paternæ disciplinæ scribit Corn. Nep. c. 4. vita Dionis. Plutarchus ex levi quadam causa & puerili indignatione. S.

ἔδεν μετεβάλετο) Videtur diversum indicare Nepos cap. 6. ait enim accepisse vulnus gravissimum ejus morte. S.

L 5

ΚΕΦ. ε.

ΚΕΦ. ε.

Ἀντίγονον τὸν υἱὸν νεκρὸν
ἰδὼν εἰδέν συνελάσθη
χθῆ.

Ἀντίγονόν γε μὴν φασὶ ἔ
διδυμεῖον, ἐπεὶ τινες ἔ
υἱὸν αὐ-
τῷ ἐκ τῆς ἀρχαίας ἐνόμι-
σαν νεκρὸν, εἶδε μὲν αὐτόν.
εἰδέν δὲ τρέψας τῆ χρωτὸς,
εἰδὲ μὴν ὀπίδακρῦσας, ἐπαί-
νεσας δὲ ὡς ἀγαθὸν στρατιώ-
τῳ, θάπτεν προσέταξε.
occubuisset, sepulchro mandari jussisse.

Ἀντίγονον τὸν δευτέρου) *Antigonum Gonnatam, Demetrii fi-
lium, Antigoni primi nepotem intelligit. Königius.*

ἔ
υἱὸν αὐτῷ) Ἀλκωνοέα. *Vide Plutarchum paulo ante di-
cto loco. Cæterum de hoc ipso argumento consulendus Seneca
imprimis iu utraque consolatione, item Cicero in Quæst. Tu-
scul. S.*

ΚΕΦ. ς.

Περὶ μεγαλοφροσύνης Κρά-
τητος.

Κράτης ὁ Θεβαῖος, τάτε
ἄλλα μεγαλόφρων ὢν πεφώ-
ραται, καὶ καθ' ἑαυτὸν καὶ
ἔ
πρὸς τῆς πλείους θαυμαζομέ-
νων· ἀτὰρ ἐν καὶ χρημάτων,
καὶ πατρίδος. ὅτι μὲν ἐν τῆ
εἰσίας ἀπέστη τοῖς Θεβαίοις,
τῆτο μὲν εἰς πάντας ἐξεφού-
τησε· τὸ δὲ ἕτερον αὐτῷ ἐ
πᾶσι
γνώριμον. ἔστι δὲ ἐκεῖνο.

CAP. V.

*Antigonus filium suum
mortuum videns, nihil per-
turbatus est.*

*Antigonum secundum
ajunt, quum aliqui filium
ejus ex acie mortuum ré-
portarent: vidisse quidem
ipsum, sed colorem non
mutasse, neque vero lacry-
mas fudisse: sed collauda-
tum, quod ut fortis miles*

CAP. VI.

*De animi Cratetis celsi-
tudine.*

*Crates Thebanus cum
in aliis rebus magno vir a-
nimo deprehensus est, &
contemptor eorum, quæ
vulgo admirationi erant:
tum præsertim etiam pe-
cuniarum ac patriæ. Quod
igitur suas facultates The-
banis tradiderit, id in o-
mnes emanavit. Alterum*

ἀπαλατ-

ἀπαλαττόμενον τῶν Θε- vero factum ejus non o-
βῶν αἰκιδειῶν πάλιν, ἔφη, mnibus notum est, hoc vi-
ἔ δέομαι πόλεως, ὡς Ἀλέ- delicet: Relinquens The-
ξανδρῶν κατασκάψει, ἢ ἄλ- bas jam restauratas: Non
λ. opus est inquit, mihi ci-
vitate, quam Alexander vel alius subversurus sit.

Κράτης ὁ Θεσσαλῶν) Cynicus Philosophus, Diogenisque se-
ctator. De quo Apulejus in Apologia: Crates, vir domi inter The-
banos proceres dives, nobilis, amore hujus habitus, quem mihi obje-
ctas, rem familiarem largam & uberem populo donavit. Sunt ta-
men qui bona mensario deditse ferunt, ea lege, ut tum demum po-
pulo daret, cum filii sui facti essent philosophi. Vide Laërtium.
Suidas in Αναξαγόρας scribit, abjecisse omnia in mare. Adde
eundem in Ἀποκρίσει. S. Apulejus in Flor. rem familiarem ab-
jicit, velut onus stercoris (ὡς σκυβαλον) magis labori, quam usui.
Hieronymus lib. 2. adversus Jovinian. Crates ille Thebanus projecto
in mare non parvo auri pondere, abiit, inquit, pessum malæ cupidita-
tes! ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis. K.

ἢ ἐστίας) Quam Plutarch. ait octo talentorum fuisse lib.
de vitando ære alieno, ubi habet hanc historiam, hoc est 6800. co-
ronat. Adde etiam Simplicium ad Epict. c. 10. S.

Ἀπαλαττόμενον τῶν Θεσῶν) Aliter Laërtius. πρὸς Ἀλέ-
ξανδρον, inquit, πυθόμενον, εἰ βέλεται αὐτῷ τὴν πατρίδα ἀνορθώ-
θῆναι, ἔφη. Καὶ τί δεῖ; πάλιν γὰρ ἴσως Ἀλέξανδρῶν ἄλλῶν αὐτῷ
κατασκάψει. Et hoc melius. Confirmatque Philostratus vita A-
poll. VII. cap. 1. denique sic corrigendum censet quoque Celeber-
rinus Menag. in Notis ad Laërt. pag. 154. S. Philostrati l. c.
movéor, ne quid in Textu mutari velim. Ille enim non habet
præcisè verba illa, Ἀλέξανδρῶν ἄλλῶν, alius Alexander, sed gene-
ralius inquit: οὐκ ἂν, ἔφη, δεηθῆναι πατρίδῶν, ὡς κατασκάψει τις
ὅπλοις ἰσχύσας, se non indigere ea patriâ (Crates inquit,) quam quis
armis belloque superior possit evertere. Cur igitur Nostrum adige-
mus in Laërtii verba? K.

Κ Ε Φ. ζ.

CAP. VII.

Πεὶ τῶν πολλῶν κακο-
φημίας.

De calumnia populi.

Δημοχάρης, ὁ τῷ Δημο-

Demochares, nepos De-

δένους

δένες ἀδελφιδῆς, ὅτι δειξά
βυλόμενⓄ, ὅτι τ' ἐκτῶν πολ-
λῶν κακοφημίας ὑπερφρο-
νεῖ, θεασάμενος τινὰς καθε-
ζομένους ἐν ἰατρείῳ ψογερὰς,
ὃ κακῶς ἀγορεύειν ἐκ παντὸς
πρόσω διψῶντας, τί φατε
ὑμεῖς (εἶπε) Δυσμενίδαι; τὸ
ἦθος αὐτῶν ἅμα ἐκκαλύ-
ψας δὲ τότε τῆ ὀνόμα-
τⓄ.

mosthenis, significare vo-
lens, se nihil pendere ob-
trectationes vulgi, quum
videret obtrectatores
quosdam una sedentes in
medici officina, & male lo-
quendi omnino cupidos;
Quid loquimini, inquit,
vos Dysmenidæ? simul
hoc nomine ingenium
naturamque ipsorum in-
nuens & detegens.

Δημοχάρης) Lachetis Leuconiensis & sororis Demosthe-
implere & ferre tragicas execrationes. Nam errone se esse, domo & patria carere, mendicum agere, male vestiri, & in diem vivere. Nihilominus tamen in his sibi non minus placebat, quàm Alexander in terrarum orbis imperio, quum subactis Indis in Babylonem reverteretur.

εἶναι γὰρ πλάνης) Mallet ἀπολις. Ita enim scribitur apud *Julian.* in epist. ad Themistium, ubi hujus dicti fit mentio. Quamquam & ibi corruptus locus videatur. S. Mallet Vir doctus ἀπολις pro πλάνης. Sed ratio emendationis nulla apparet : ideoque πλάνης rectè suo loco manserit. *Laërt.* in *Diog.* utrumque conjungit, dicitque eum profiteri solitum, diras Tragicas in se recidisse, εἶναι γὰρ ἀπολις, ἀοικῶ, παλῆιδῶ ἐσερημένῶ, πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων τὸ ἐφήμερον, esse enim se sine urbe, lare, patria, mendicum, errone, & in diem vivere. *Arriani Epictet.* l. 3. Cynicum bonum fuisse ait, γυμνὸν, ἀοικον, ἀέσιον, ἀρχμῶντα. ἀδελον, ἀπολιν, ἀκτῆμονα, χαμῶ κοιμέμενον, ἐ γυνή, ἐ παυδία, ἐ πρατωρίδιον, ἀλλὰ γῆ μόνον καὶ ἐρηνὸς, nudum, sine domo & lare, squalidum, sine seruo, urbe, possessionibus, humi cubantem, non uxor illi, non liberi, non pratorium, sed terra tantum & cælum. Nihil enim Diogenes habuit præter illa quatuor Empedoclis elementa, & magistrum suum *Anisthenem* solebat veluti vituperando laudare. ipse me, ajebat, mendicum fecit ex divite, & pro domo ampla fecit habitare in dolio. *Macrob.* lib. 7. *Satur.* cap. 3. ultima verba eo ordine locavi, quo *Sarisber.* in *Polycrat.* ea allegavit. Vitam Diogenis *torosulis* illis & *formosulis* nepotibus eleganter exhibet exprobratque *Hieronym.* lib. 2. adversus *Jovin.* quem suo quodam more *Sarisberiensis* descripsit l. 5. 17. qui etiam ex *Hieron.* emaculandus, in voce emorathios. legendum enim ἡμερόβιος. quod *Noster* effert, βίον ἔχων τὸ ἐφήμερον. in diem vivens. de πλάνης indic. vide de superba Diogenis paupertatè *Dionem Chrysof.* orat. 4. de regno. K.

Κ Ε Φ. λ.

Περὶ σωφρόνων τινῶν.

Αμοιβέας ὁ κισσαρωδὸς σωφρονέσας ἐλέγχετο, καὶ γυναῖκα ὠραιότατῳ ἔχων μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ. καὶ Διογένης ὁ τῆ τραγωδίας ὑποκριτής. Κλειτόμαχος ὁ παγκρατίας, εἶποτε καὶ κύνες εἶδε συμπολεκομένους, ἀπετρέφετο. καὶ ἐν συμποσίῳ εἰ τις ἀφροδίσι λόγῳ παρεῖρή, ἀναστὰς ἀπηλλάττετο.

CAP. XXX.

De quibusdam modestis & continentibus.

Amœbeas citharædus maxima continentia præditus fuisse dicitur: quumque venustissimam uxorem haberet, non cum ea coivisse. Item Diogenes tragicus histrio. Clitomachus vero pancratiastes, si quando canes videbat coeuntes, sese avertit. Et in conviviiis si de rebus veneris sermo incidisset, continuo surgens discessit.

Αμοιβέας) Lege, Αμοιβεύς. Sic enim Aristæ nominatur apud Athenæum lib. XIV. Clementi lib. III. Strom. imo Æliano ipsi lib. VI. Hist. Anim. cap. I. ubi etiam cætera hujus capituli invenias. S. Αμοιβέας æque ac Αμοιβεύς rectè dixeris, ut Αντιφάτης & Αντιφατεύς, Γηρυόνης κὶ Γηρυονεύς, Eustath. in Odyss. Nam hujusmodi nomina, quæ vocant propria, varias quandoque κλίσεις fortiuntur. vid. Etymolog. Magnum in ἀλιεύς. K.

μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ) Nolter in adducto loco addit, παρὰ πάντα τὰ χρόνον, παρ' ὃν ἀγωνισμῶν εἰς τὰ θεάτρα ἦεν. Merito. vide quæ notamus ad lib. X. cap. 2. S.

Διογένης) De hoc à Philosopho hujus nominis diverso vide Suidam, in ipsius nomine. S.

Καὶ ἐν συμποσίῳ) Meminit Plutarchus in Symposio lib. VII. quæst. 7. S.

Κ Ε Φ. λα.

Περὶ Νικίης σωφρόνης περὶ τῷ ἰδίῳ τέχνῳ.

CAP. XXXI.

De Niciæ diligentia, quam in artem suam consultit.

P

Νικίας

Νικίας ὁ ζωγράφος το-
σαύτῳ πρὸς τὸ γράφειν
σπουδῶς εἶχεν, ὡς ἐπιλαθέσθαι
πολλάκις αὐτὸν τροφῶν προσ-
εγγεσθαι προστετικῶς τῇ
τέχνῃ.

Nicias pictor, tantam
diligentiam ad pingendum
adhibuit, ut sæpe numero
intentus arti cibum sume-
re oblivisceretur.

Νικίας) Nicomedis filius, præstans imprimis in pingendis
animalibus, uti scribit Pausanias in Atticis. Plutarchus lib. An
sit gerenda resp. Νικίας ὁ ζωγράφος ἕως ἔχει τοῖς τῆ τέχνης
ἔργοις, ὡς τὰς οἰκίας ἐρωτῶν πολλάκις, εἰ λείπεται, ἢ ἕρῃσθαι. Ad-
de eundem lib. Non suaviter vivi &c. Et Soubæum ferm. XXVII.
& XXIX. S. Nicæam vocat Plin lib. 35. cap. 3. at ex seq. cap.
5. patet legendum esse Nicias vid. & M. Antoninum lib. V. de Vi-
tâ suâ, & ibi Gattakerum p. 185. K.

ΚΕΦ. λβ.

CAP. XXXII.

Περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ Ἡρακλέ-
ους κίθαρίζειν μάθη-
νόντων.

De Alexandro & Hercule
citharam pulsare discen-
tibus.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου,
παῖς ὢν, ἔσω πρόσηλον,
ἐμάνθανε κίθαρίζειν. τοῦ δὲ
διδασκόντος κρέσσαι κελεύ-
σαι ἑαυτὸν χορδῶν τινα συ-
μέλει, καὶ ἦν ἀσπῆται τὰ κι-
θαρίσματα. καὶ τί διοίσει,
ἔφη, εἰάν ταύτῳ κρέσω;
ἑτέραν δειξάς. ὁ δὲ εἶδεν
ἔφη δὲ φέρειν τῷ μέλλοντι βασι-
λεύσῃν, ἀλλὰ οὐκ ὅπῃ τέχνῃ
κίθαρίζειν μέλλοντι. ἔδεισε
Nihil interesse futuri regis,
interesse futuri citharædi,

Alexander Philippi filius
puer adhuc, quum nondū
ad puberem ætatē perve-
nisset, citharam discebat
pulsare: Magistro autē ju-
bente chordam quandam
tangere modulis conveni-
entem, & quam postulabat
artis ratio, & quid interest,
inquit, etiamsi hanc pulsa-
vero? in aliam digitum in-
tendens. Qui respondit:
Timuit nimirum hic, ne si

διε

ὁ δὲ ἄρα ἔτι μὴ, ὡν ἀπαί-
 δεύει, τὸ τῷ Λίνῳ πάθος.
 ἢ ἢ Ἡρακλέα ὁ Λίνῳ ἔτι
 παῖδα ὄντα κιθαρίζειν ἐπαί-
 δευεν ἀμειψότερον ὃ ἀποτο-
 μένεν τῷ ὄργανῳ, ἐχαλέπηνε
 πρὸς αὐτὸν ὁ Λίνῳ. ὁ δὲ
 ἀγανακτήσας ὁ Ἡρακλῆς, τῷ
 πωλήτηρι τοῦ Λίνῳ καθίκετο,
 καὶ ἀπέκτεφεν αὐτόν.

non commode eum insti-
 tueret, idem sibi eveniret
 quod Lino. Nam Herculé
 puerum adhuc Linus fidi-
 bus canere docuit. Verum
 quum imperitius instru-
 mentum tangeret, incre-
 pavit eum Linus. At Her-
 cules incensus ira, plectro
 Linū percussum interfecit.

μέλλων βασιλεύειν) Aliæ editiones habent βασιλεύσει, quod ex Luciano & Demosthene probat Faber. Sed βασιλεύειν est in ipso ejus textu, & quia sequitur καθαρίζειν, rectius fuerit hoc saltem loco nihil mutari. S. βασιλεύσειν haber & Romana editio, quam hic sequendam existimo. Non tamen falluntur qui μέλλω etiam cum præsentī βασιλεύειν construunt. Xenophon enim eodem loco, μέλλων κλωπεύειν & μέλλων ἀψεύειν dixit in de La-cædam. Rep. K.

ἀλλ' εὖκ ἐπὶ) Faber. ἀλλ' εὖ ἐπὶ Benè. S. ἀλλ' εὖκ scilicet ἀψεύειν εὖκ, sed non item parum refert, sed maxime ejus interest, qui ex arte citharam velit tractare. Sic non opus est manu medica. K.

τὸ τῷ Λίνῳ πάθος) Locus hic videtur vitiosus, licet libri omnes ita habeant; etiam editio Romana, quæ est prima; scribendum autem πᾶσι. Ita namque Noster ipse infra cap 36. τὸ πᾶσι Σωκράτῳ πᾶσι ἀντιτόμενον. Interpretatio esset talis: Timuit nimirum, ut qui vir esset non plane imperitus, id quod Linus passus est, &c. Faber verba ὡν ἀπαίδευτος, expungit, at videtur Noster dare voluisse causam, cur de Lino cogitare potuerit citharædus, scilicet, quod esset μὴ ἀπαίδευτος, sicut nempe vulgo esse solebant. S. Bene ista quidem Schefferus: at quod τὸ πάθος mutatum ivit in πάθος, infectum vellem. ita enim locus elegantissimus male conturbatur. res in vado est, si post καὶ interpunctio minor reponatur, & subintelligatur πάθος. Timuit enim citharædus, ne, si infectum Alexandro responsum dedisset, sibi contingeret, quod Lino quondam. ille enim ab Hercule interfectus est, quod male citharam pulsantem ἀγροικότερον καὶ

ἀμψότερον, asperius & subrustice increpasset. vide Pausan. in Bœoticis. Apud Plautum in Bacchid. discipulus ad pædagogum.

εἶα, inquit, νῦν ἐστὶ ἐγὼ ὀρίνω Ἡρῶδες, σὺ δὲ Λίνος. confer Suidam in ἐμβολοῖς, & quos codex Konigianus habet Diodor. l. 4. Loënsen lib. 10. cap. 30. K.

Κ Ε Φ. λ β.

CAP. XXXIII.

Περὶ Σατύρου τοῦ αὐλητῆ.

De Satyro tibicine.

Σάτυρος ὁ αὐλητὴς Αἰεί-
φων τοῦ φιλοσόφου πολλὰ-
κις ἠκροῦτο, καὶ κηλέμενος
ἐκ τῶν λεγομένων, ἐπέλεξε

Satyrus tibicen persæpe
Aristonis philosophi dis-
putationibus intererat, &
his, quæ dicerentur, mire
affectus aiebat: Cur ego
non igni trado hoc nihil u-
tile telū? insinuans tibiam,
& quodammodo suam ar-
tem ad philosophiæ studi-
um comparatam extenu-
ans, & nihili æstimans.

εἰ μὴ ἐγὼ τὰδε τόξα φα-
εινῶ ἐν πυρὶ θείω;

τὸς αὐλῆς ἀνιτόμενος, καὶ
πρόσωπον τινὰ τῶν τέχνων ἐκ-
φαυλίζων παραβολῇ τῇ πρὸς
φιλοσοφίαν.

Αἰείφωνος) Chius fuit ille, Stoicæque philosophiæ. Laert. in Zenone eum Siren cognominatum refert, quia πειστικὸς ὡς καὶ ὄχλω πεποιημένος, Suada iuventus sessabat labris, & ad demulcendum populium factus erat. Ideoque & Satyrum tibicinem eloquentiæ suæ dulcedine adeo cepit, ut Philosophiæ amore incensus tibi-
as se exusturum minaretur. K.

εἰ μὴ ἐγὼ) Malletem τί μὴ ἐγὼ. S. Non vellet Vir doctissimus, si proverbialem ἀποσιώπησιν, quæ dicto omnem gratiam conciliat, animadvertisset. Dabo ex Homeri Iliad. Σ. integrum locum, ut res eo magis elucescat. Pandarus apud Poëtam, cum sæpius tela sua, quæ in hostem emiserat, irrita caderent, tandem iratus, ni domum, inquit, reversus, tela ista manibus meis confraeta in ignem coniecero, statim mihi hostis caput amputet opto: verba hæc sunt:

εἰ δὲ κε νοσήσω κὶ ἐφόψμαι ὀφθαλμοῖσι
 παρὶδ' εὐλῶ, ἄλοχόν τε κὶ ὑπὲρρες μέγα δῶμα,
 αὐτίξ' ἐπεὶ ἅπ' ἐμοῖο κἀγὼ τῆμοι ἀλόστειος Φῶς,
 εἰ μὴ ἐγὼ τὰδε τόξα φαεινῶ ἐν πυρὶ θείλω.

ex his versibus ultimum *Satyrus* suum fecit more veterum, qui *Homeri* versus, ut notissimos tum temporis, cum quodam scriptio-
 nis compendio vel ὑποσημειώσεις citare solent. confer *Aristoclem* a-
 pud *Euseb. Præp. Evang.* p. 757. K.

ΚΕΦ. λδ.

CAP. XXXIV.

Νόμῳ Λάκωσι, καὶ Ρωμαί-
 οῖς κοινός.

Lex Romanis & Lacedæ-
moniiis communis.

Ὅτι Λάκωσι, καὶ Ρωμαίοις
 νόμῳ ἴῳ, μὴ ἐξεῖναι τινι
 ὀφωνεῖν, μήτε ἄ βέλεται, μή-
 τε ὅσα βέλεται προσέτατον
 γὰρ διὰ τε τῶ ἄλλων σωφρο-
 νεῖν τὸς πολιτῶς, καὶ δὲ τῶ
 τραπέζης ἔχ ἡκίστα.

Lacedæmoniiis juxta &
Romanis lex erat, ne cui li-
citum esset obsonare quic-
quid vel quantū ipsi libe-
ret. Nam quum per alia ci-
ves ad temperantiā revo-
care voluerunt, tum non
minime per rationē mensæ.

μὴ ἐξεῖναι τινι ὀφωνεῖν) De *Laconibus* testatur *Dicæarchus*
 apud *Athenæum* lib. IV. De *Romanis*, censoriæ leges ac sum-
 ptuariæ, & inter eas *Lex Æmilia* præcipue, qua *Gellius* non modo
 sumptum cœnarum, sed ciborum genus & modum definitum fuisse
 tradit. Vide eum lib. II. cap. 24. S. Adde *Sarisburiens. Poly-*
crat. lib. 8. cap. 7. aut *Macrobius* potius lib. 2. *Saturn.* c. 3. unde
 sua descripsit *Sarisbur. Terullianæ* *Apologet.* c. 3. K.

ΚΕΦ. λε.

CAP. XXXV.

Ὅτι ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ γελᾶν οὐκ
 ἐξίω.

Quod in Academia ridere
non licebat.

Λόγῳ δὲ τις διαρρήει καὶ
 ἔτῳ Ἀττικῶς, ὅς λέγει, πρὸς
 τερῶν ἐν Ἀκαδημίᾳ μηδὲ γε

Fama etiam ille percre-
buit Attica, quæ refert, ne
ridendi quidem potestatem

λάσαι ἐξουσίαν εἶναι. ὕβρει
 γὰρ, καὶ ῥαθυμίᾳ ἐπὶ φρονῶντο
 τὸ χεῖρον ἄβατον φυλαχθῆ-
 ναι.

in Academia prius fuisse.
 Nam ab injuria & ignavia
 purum & inaccessum hunc
 locū servare conabantur.

Ἀκαδημία) A loco feriis consecrato risum Antiqui ab-
 esse voluerunt, quemadmodum nec in templis spueri aut emun-
 gi licuit. *Arian. Epist. lib. 4. ad hominem sordibus oblitum :*
ἀλλὰ κὲ εἰς τὰ ἱερὰ ἡμῖν συνέρχη τοῖσιν , ὅπως πλύσαι ἔνεόμισαι.
εἰδὲ ἀπομύζασθαι, ὅλος ἂν πλύσμα κὲ μύζα. imo etiam nobiscum,
templa ingrederis, ubi nec spueri fas est nec emungi, cum tu, quan-
tus quantus es, spiritum & mucus sis. *Rabbini* etiam risum suis
 Synagogis exesse jubent his verbis : **אין נוהגים בבית הכנסת**
קרית ראש כגון שחוק ושחקה בטלה ואין אוכלין
: בהן ואין שותין בהן *Non solent exercere in Synagogis lasci-*
vam petulantiam, vel ridento vel otiosa verba deblaterando, nec ibi
comedunt aut bibunt. **Col-bo** in **ממונה**. Locum
 Romæ, ubi non licuit despuere, *Varro* dabit de L. L. lib. IV. p.
 m. 26. *Naxianzenum* adde, qui in Epitaph Patris laudat in Non-
 nâ matre sua, τὸ σιωπῆ τιμᾶσθαι τὰ ἅγια, τὸ μήποτε νῶτα δοθῆναι
 τῆ σεβασμίᾳ τραπέζῃ, μηδὲ καὶ ἀπτυσθῆναι θεῖον ἔδαφος, quod silen-
 tio honoravit sancta, quod nunquam terga obvertit mensæ venerabili,
 nec sacrum conspuit pavimentum. K.

φυλαχθῆναι) MSS. B. & C. habent φυλάττειν. S.

Κ Ε Φ. λς.

Διὰ τί ὁ Ἀριστοτέλης ἀπέλιπε
 τὰς Ἀθήνας.

Ἀριστοτέλης .. ὅτε ἀπέλιπε
 τὰς Ἀθῶνας διέειπεν ἡ κείσεως,
 πρὸς τὸ ἐρόμενον αὐτὸν, τίς
 ἔστιν ἢ τῆ Ἀθῶναίων πόλις ;
 εἶπεν, παρακάλη ἄλλ' ἐν αὐτῇ

Ὀχρὴν ἐστὶ ὄχρην γηράσκει,
 σῦνον δ' ἐπὶ σύκῳ.

CAP. XXXVI.

Cur Aristoteles reliquerit
Athenas.

Aristoteles quum judi-
 ciorum metu Athenis pro-
 fugisset, interroganti cui-
 dam, qualis esset civitas
 Atheniensium? respondit,
 Pulcherrima, sed in ea post
 ficum ficus, pyra malaque
 priores excipiunt fructus :

τὸς συκοφάντας λέγων. Ἐ
 πρὸς τὸ ἐρόμενον, δὲ τί ἀπέ-
 λιπε τὰς Αθῶνας; ἀπεμείνα-
 το, ὅτι ἐ βέλεται Αθῶναίους
 δὶς ἑξαμαρτεῖν εἰς φιλοσοφί-
 αν· τὸ περὶ Σωκράτῳ πά-
 θῃ αἰνιττόμενον, καὶ τὸ καὶ
 αὐτὸν κίνδυνον.

sycophantas intelligens. Et
 interroganti, cur reliquisset
 Athenas? respondit: quo-
 niam noluiſſet committere,
 ut Athenienses bis pecca-
 rent in philosophiam: ob-
 scure Socratis mortem in-
 nuens, & suum periculum.

δέει τὴ κρίσεως) MSS. B. & C. ἀὰ τῷ κρίσειν. alter-
 utrum ex glossa est. S. Puto lectionem MSS. sapere explica-
 tionem τῆ δέει τῆς κρίσεως, μετὰ iudicii. Aristoteles Athenis
 Chalcidem demigravit. Nam Eurymedon Cereris hierophanta
 impietatis dicam philosopho impingere volebat, ut Laertius in vi-
 ta ejus tradit. alii impietatis reum fuisse volunt ob præna Her-
 miae Eunuchis scriptum. Origenes lib. I. contra Celsum τὸ περὶ
 Ἀριστοτέλους ἰσορρόμενον hunc in modum recenset. ἕλος ἰδὼν συγκα-
 τεῖαδ' μέλλον καὶ αὐτῷ διακασήριον ὡς κατὰ ἀσεβῆς, ἀὰ τινὰ διογ-
 ματὰ τῆ φιλοσοφίας αἰτῆ, ἃ ἐνόμισαν ἀσεβῆ οἱ Αθηναῖοι, ἀναχωρή-
 σασ δὲ τῆ Αθηνῶν, ἐν Χαλκιδί τὰς διαλεξὰς ἐποιήσατο, ἀπολογη-
 σάμενος τοῖς γνωρίμοις καὶ λέγων· ἀπίωμεν δὲ τῆ Αθηνῶν, ἵνα μὴ
 πρόφασιν δῶμεν Αθῶναίους τοῦ δεύτερον ἄγος ἀναλαβεῖν παραπλήσιον
 τῷ κατὰ Σωκράτους, καὶ ἵνα μὴ δεύτερον εἰς φιλοσοφίαν ἀσεβήσασι. hic
 (Aristoteles) iudicium sibi jamjam parari videns, ut impio, pro-
 pter quaedam philosophiae suae dogmata, quæ Athenienses putabant
 impia, Athenis discedens, Chalcidem scholam transtulit, ita disci-
 pulis suum excusans abitum: abeamus Athenis, ne ansam demus
 Atheniensibus iterum scelus piaculare, illi, quod in Socratem com-
 miserunt, simile perpetrandi, & ne secunda vice in Philosophiam
 sint impii. confer etiam Athenæum l. 15. pag. 696. Chalchide au-
 tem hausto veneno mortuum Suidas in Ἀριστοτέλης ait. Hesy-
 chius Milesius scribit καὶ ἀκαρδίῃνα πιεῖν ἀκόνηλον, condemnatum
 esse Aristotelem ad bibendum cicuta. quâ arte Plato Socratis
 poculum declinarit, vide apud Euseb. de Præp. Evangel. pag
 650. K.

πρὸς τὸ ἐρόμενον) Antipatrum regem intelligit. Vide
 Ammonium in vita ejus, ubi eadem. S.

Ὀχνη) Versus sunt Homeri quos leviter inflectit. Extant autem Odyss. H.

Ὀχνη ἐπὶ Ὀχνη γηράσκει, μήλον δ' ἐπὶ μήλω
 Αὐτὰρ ἐπεὶ σαφυλῆ σαφυλῆ, σύκον δ' ἐπὶ σύκω.

Ita prior legitur in melioribus, non Ὀχνη, ut est apud Nostrum. S. Utraque lectio, Ὀχνη & Ὀχνη apud autores recepta est. vide Laërt. in Vita Aristot. Hesychium in hac voce, Diodorum lib. 2. Hist. pag. 139. K.

καὶ αὐτὸν) Faber καθ' αὐτὸν. in MSS. B. & C. legitur εὐλιε κίνδυμον, quod præfero. S. Cæterum de multitudine Sycophantarum ἐπιπολαζόντων Athenis vide supra Nostrum lib. 12. cap. 52. Theopompus scripsit, κὴ ναυτῶν κὴ λωποδουτῶν, ἔτι δὲ ψευδομαρτυρῶν κὴ συκοφαντῶν κὴ ψευδοκλητῶν, Athenas plenas esse sceniis, nauis, grassatoribus, insuper & falsis testibus, sycophantis, & iis, qui causas falsis advocatis testibus tuebantur. Dalecampius ψευδοκλητῆρες apud Athenæum interpretatur p 258. apparitores, qui falsa renuntiant. & iterum notis in h. l. ea dicit, quæ nihil ad rem. Nam in foro Attico ψευδοκλητεῖεν erat falsos subornatosque ad causam probandam advocare testes, & qui hujus criminis accusatus convictusque erat, ψευδοκλητείας damnabatur, vide Pollucem l. 8. c. 6. Onomast. K.

ΚΕΦ. λζ.

Νόμος Κείων κατὰ γερόντων

Νόμος ἐστὶ Κείων, οἱ πάντες παρ' αὐτοῖς γερηρακότες, ὡσπερ ὅτι ξενία ὄρακαλῆντες εὐλιές, ἢ ἐπὶ τινα ἑορταστικῶν θυσίαν ἀνελεθόντες, καὶ σεφανωσάμενοι, πίνεσι κώνειον, ὅταν εὐαυτοῖς συνεδῶσιν, ὅτι πρὸς τὰ ἔργα τὰ τῆ παλῆιδι λυσιτελέντα ἀχρηστοί εἰσιν, ὑποληρέσσης ἢ ὅτι αὐτοῖς καὶ τ' γνώμης δὲ τ' χρόνον.

CAP. XXXVII.

Lex Ceorum de senibus.

Consuetudo est apud Ceos, ut ii, qui senio plane confecti sunt, tanquam ad convivium se mutuo invitent, aut ad quoddam solenne sacrificiū conveniant, & coronati cicutā bibant: quum sibi ipsis conscii sunt, se ad promovenda comoda patriæ inutiles amplius esse, animo jam ob ætatē delirare incipiēte.

Νόμος

Νόμος ἐστὶ) Habet *Heraclides* in *Rebuspubl.* sed ibi nominantur Κῶοι, prava forsitan scriptione. Adde *Strabonem* l. X. p. 486. & ibi *Menandrum.* vide quoque notas *Ios. Scalig.* in *Variationem de L. L.* Ait porro etiam in eos valuisse hanc legem, qui annum quadragesimum excessissent, qui numerus minor videtur, quam ut cum *Nostro* conveniat, qui γενηροκόσι tantum ait scriptam fuisse. Vide infra l. IV. cap. I. S. Forsan *Dn. Schefferus* incidit in versionem latinam *Strabonis* quæ habuit XL. annos. Græca aliud sonant, nempe προσέταται, ὡς ἔοικεν, ὁ νόμος τὰς ὑπὲρ ἐξήκοντα ἔτη γενηροκόσις κωνειάζεσθαι (ita enim pro κωνειάζεσθαι legit *Casaubon.*) Ἐξαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν προφήν. videtur autem lege cautum, ut qui sexaginta annos excesserant, cicutæ haustu necarentur, ne aliis deessent alimenta. *Valerius* tamen vidit etiam nonagenariam & summæ dignitatis fæminam veneno sumpto obiisse *Iulide.* vid. locum l. 2. cap. I. in *externis.* Cæterum quæ ratio cicutam bibendi ab *Auctore* subjungitur, ea *Stoicum* dogma refert. *Stoici* enim εὐλογον ἐξαγωγὴν existimabant, si senectus caperit concutere memorem, partesque ejus convellere, si corpus ministeriis fuerit inutile. *Seneca* epist. 58. 70. *Cato* etiam sapienti censet è vita excedendum, cum plura sunt aut fore videntur, quæ officia secundum naturam obeunda impediunt. apud *Ciceron.* lib. 3. de *Finibus.* vide & *Laërtium* in *Zenone.* *Alexandr. Aphrodis.* lib. 2. de *Anima,* ubi disputat contra *Stoicos,* quod virtus non sufficiat ad beatitudinem fol. 156. *Venet.* edit. Quod autem locum *Strabonis* supra laudatum attingit, *Stephanus* de *Urbibus* pro κωνειάζεσθαι legit ἀγωνίζεσθαι, quem satis mirari nequeo, videtur enim legisse apud *Strabonem* κωνειάζεσθαι vel κωνίζεσθαι, quæ vox ἀγωνίζεσθαι significat. Sunt verba *Casaubon.* mihi, quod aliorum pace dixerim, videtur legisse *Stephanus* ἀκονίζεσθαι ab ἀκόνιον vel ἀκόνιον, quod notat herbam venenatam, de qua *Poeta,*

Miscet aconita naverca,

esset itaque ἀκονίζεσθαι idem quod κωνειάζεσθαι, aconito scilicet vel cicutâ expugnare spiritum, vid. *Stephan.* de *Urbibus* in ἀκόνιον. K.

ΚΕΦ. λη.

CAP. XXXVIII.

Εὐεισκόμενά τινα πρῶτον
ἐν Ἀθήναις.

*Quadam Athenis primum
inventæ.*

Ὅτι ἐν Ἀθλώαις εὐρεθῆναι

Athenis ajunt primum

P 5

λέγεσθαι

λέγῃσι πρῶτον τὴν ἐλαίαν , καὶ
 τὴν συκλῶν , ἃ καὶ πρῶτον ἠγῆ
 ἀνέδωκε δίκαστε δῆναί, καὶ
 λαβεῖν εὖρον Ἀθλωαῖοι πρῶ-
 τοι. καὶ ἀγῶνα τὸ δὲ τὸ σω-
 μάτων πρῶτοι ἐπένοησαν, καὶ
 ἀπεδύσαντο , καὶ ἠλείψαντο·
 καὶ ἵππους ἔξευξε πρῶτῳ Ε-
 ριχθόνι.

repertam esse olivam & fi-
 cum, quæ primum etiam
 terra protulit. Item pœnas
 dare & repetere, primi A-
 thenienses instituerunt. Et
 certamen corporum primi
 invenerunt, & exuerunt se
 unxeruntque: & equos pri-
 mus Erichthonius junxit.

τὴν ἐλαίαν) Eadem Socrates apud *Platonem* in *Menexeno*.
Apollod. lib. 3. *Augustin.* C. D. lib. XVIII. cap. 9. & omnes,
 quotquot certamen *Minervæ* cum *Neptuno* prodidere, in quo o-
 lea primum producta putatur. S. *Justinus* l. 2. c. 6. K.

καὶ τὴν συκλῶν) Facit hujus rei mentionem *Athenæus* lib.
 III. cap. 2. δῆλον, αἰτ, τῆτο ἐκ τῆ καλεῖν τὰς Ἀθλωαῖας ἱερὰν συ-
 κλῶν τὸ τόπον, ἐν ᾧ τὸ πρότερον εὐρέθη. Habet hoc idem *Eustath.*
 Invenit autem ficum, seu potius à *Cerere*, hospitio recepta,
 primus obtinuit *Phytalus*. de quo *Pausanias* in *Attic.* p. m.
 35. S.

ἃ καὶ πρῶτον) Elegans locus, cujus sensum interpretes non
 videtur omnino assecutus esse. Opponit autem regionem *Athe-*
nienſium incolis, & quid vel hæc vel isti utile in publicum invene-
 rint, describit. S.

Δίκαστε) Id est, modum rationemque agendi in judicio,
 quem vulgo hodie processum nuncupant. Eo enim *Plinius* quo-
 que respicit lib. VII. cap. 56. quando ait: *Judicium capitis in A-*
reopago primum actum esse. Neque aliter *Justinus* lib. II. cap. 6.
 ubi *civilis ordinem disciplinae velut templum Athenas scribit habuisse.* S.
Æschylus in *Eumenid.*

κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν Ἀττικὸς λαὸς
 πρῶτας δίκας κείνοντες αἵματι· χυλῶ.
Audiat jam legem Attici cives

Primum de sanguine fuso judicium habentes.

ubi *Scholias* notandum putat, quod *Orestis* causa de matricidio
 prima omnium in *Areopago* cognita sit. *Lactant.* in XII. *Statii The-*
baid. generaliter ait, *primum Athenienses inter bona reliqua legum*
tabulas invenisse. K.

ἀγῶνα

ἀγῶνα) Hoc apud neminem invenio. S. Hippafus apud Athenæum γυμνάσιω Lacedæmoniiis deberi tradit lib. I. Deipn. p. 14. Phoius ex Anonymo de Vita Pythag. p. 716. Ἀθῶναιοὶ καὶ στρατηγικοὶ γενέσθω ἀρχῆθεν, καὶ γραφικῆς εὐρητικοὶ καὶ πάσης τέχνης βαναύσες τε καὶ πολεμικῆς, ἔτι δὲ καὶ λόγων καὶ μαθημάτων, Athenienses etiam à prima origine boni duces belli, picturaeque inventores fuerunt. omniumque artium, iam manuarum quam militarium, eruditionis etiam & disciplinarum. Servius ad hæc Virgil. 3. Æn. exercent patrias oleo labente palastras nudati socii notat, palastræ usum primum apud Athenienses repertum esse, id quod ad Nostrum apprimè facit. K.

Εριχθόνου) Virgilius lib. III. Georg.

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Ergo de quadrigis tantum capiendus est hic locus: quod & Plinius docet lib. VII. cap. 56. Bigas, inquit, primum junxit Phrygum natio. Quadrigas Erichthonius. Varro lib. 20. Mirabil. Erichthonium ajunt primum quatuor junxisse equos ludis, qui Panathenæica appellantur. Patet ex hoc loco, cur hoc capite de Erichthonio noster agere voluerit: quia scilicet Athenis primum hoc excogitavit. Pomp. Sab. Erichthonius filius Vulcani & Terræ, in Attica regione primus invenit quadrigam: Excogitavit hoc autem propter deformitatem pedum. Servius ad lib. prædictum Poëtæ: Vulcanus impetrato à Jove Minervæ conjugio, illa reluctante, effectum libidinis projecit in terram: inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus: Hic ad tegendam pedum fœditatem, junctis equis usus est curru, quo tegetet sui corporis turpitudinem. Mihi verosimilius, per draconteos pedes vel anguinos veteres non tam deformitatem ipsorum, quam tarditatem indicare voluisse. Unde & à Commodus, qui debiles pedibus fuere, velut dracones deformati, & ab ipso interfecti sagittis, ut Lampridius testatur. Quanquam alio respexerit Commodus, nempe, quod Gigantes, ista specie formantur. Volebat igitur hos, ut gigantes, configere. Sic extant inter emblemata Pignorii Mensæ Isaacæ subjecta aliquam multæ effigies Osiridis, cum draconteis pedibus, quibus proinde gigas fuisse significatur. Cur autem pedes istiusmodi gigantibus tribuerint, videat, qui volet, apud Crinitum, l. II. cap. 11. quanquam sententia ejus mihi non in omnibus satisfaciat. S.

Τί τινες πάλαι ἤσθιον.

Quid olim quidam comederint.

Ὅτι βαλάνες Ἀρχάδες, Ἀργεῖοι δ' ἄπιες, Ἀθλωαῖοι ὃ σῦκα, Τυρῳῆσιοι ὃ ἀχράδας δειπνον εἶχον, Ἰνδοῖκα λάμυς, Καρμανοὶ φοίνικας, κέγχρον δὲ Μαλιῶται καὶ Σαυρομάται, τέρμινθον δὲ καὶ καρδάμον Πέρσαι.

Arcades glandes, Argivi pyra, Athenienses ficus, Tirynthii vero sylvestria pyra comederunt, Indi arundines, Carmani palmas, Μᾶοτᾶ & Sauromatᾶ milium, Persæ terebinthū & nasturtium.

Βαλάνες) Hinc ab Apolline ipso dicti Βαλανηφάγοι. Vide *Raufaniam* in Arcadicis. S. *Galenus* lib. 2. περὶ τροφῶν δυνάμεως: ποδοῖς τ' σιτηρῶν ἐδεσμάτων ὁμοίως τρέφουσιν αἱ βάλανοι, καὶ τότε παλαιὸν, ὡς φασί, ἀπὸ τῶν μόνων διαζῶν οἱ ἄνθρωποι. Ἀρχάδες δὲ καὶ μέχρι ποδοῦ χρέους τ' ἄλλων ἀπάντων Ἑλλήνων τοῖς Δημησιῶσι καρποῖς χρωμένων, *Glandes æquo nutriunt ac culti ex frumento cibi, & antiquius quidem, ut ajunt his solis homines vitam tolerabant, Arcades vero etiam diutius, cum jam omnes Græci frugibus uerentur.* *Apollon.* apud *Philostat.* lib. 8. cap. 3. de Arcadibus ἀγροικῶτατοι; inquit, ἀνθρώπων εἰσὶ καὶ σῦδες ταῦτε ἄλλα, καὶ τὸ γαστρίζεσθαι τ' ἄνθρωπων, *homines sunt quam maximè agrestes & cum ob alia suis simillimi, cum vero ob quernas glandes, quibus se ingerunt.* Etymol. *Magnum* in voce Κριθῆ. ὅτι βαλάνες ἔτρωγον οἱ ἀρχαῖοι, τοσάυτας *glandes* rodebant antiqui. K.

Ἀπιες) ἀχράδας. *Plutarchus* in quaest. Græcis τὰς πρώτας Ἀργείων ὑπὸ Ἰνάχῃ καταχθέντας ἐκ τ' ἀγρῶν εἰς τὰ πεδία ἀχράσι διατρεφῆναι λέγει. *Hesychius* ἀχράδα, ἄπιον, Λάκωνες. Nulla ergo inter hos & Tirynthios differentia. S. Vid. *Meursii Laconica.* lib. 1. cap. 12. Peloponnesus olim *Αρια* dicta, ἀρὶ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτόν, ὃ τὰς ἀπιὰς φύει, quod abundaret ibi planta illa, quæ pyra gignit. *Athenæus* lib. 14. *Phanor.* in ἀπιῶ. hodie Morea appellatur, itidem ab arborum, quæ mora ferunt, frequentia. K.

ἀχράδας

ἀχρεΐδας) In MS. B. & C. est ἀχυράδας. S. Gl. Cyrilli ἀχρεΐς, Juniperum. Gl. Philoxeni, Pirum. altrum (l. pirastrum.) ἀχρεΐς. Etym. ἀχρεΐς, ἀγρία ἀπί. De his sylvestribus pyris cum Galeno l. c. dixeris συνὼν ταῦτα βρώματα, καὶ τῶν ἐκ ἡμερῶν, ἀλλὰ τοῖς ὄρεσι διασωμένων, sicut hæc sunt cibaria, idque non domesticorum & cicurum, sed in montibus pascentium. Cæterum quis ignoret unam quamque gentem non communi lege naturæ, sed his, quorum apud se copia est, vesci solitam? verbi gratia, Arabes & Saraceni & omnis eremi barbaria camelorum lacte & carnibus vivit, quia hujusmodi animal pro temperie & sterilitate regionum facile apud eos & gignitur & nutritur &c. E regione septentrionales populos si ad esum asinorum, camelorumque compellas, simile putabunt eorum vesci carnibus, ac si lupum comedere cogantur, aut corvum. In Ponto & Phrygia vermes albos & obesos, qui nigello capite sunt, & nascuntur in lignorum carie, pro magnis redditibus pater familiâs exigit, & quomodo apud nos attagen & ficedula, mullus & scarus, in deliciis computantur: ita apud illos ζυλοφάγον comeditse luxuria est. Quorsum Orientales & Libyæ populos, quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est. Hoc verum esse Iohannes quoque Baptista probat, &c. Syri & crocodilis terrenis, Afri etiam lacertis viridibus vesci solent. In Ægypto & Palestina propter bouum raritatem nemo vaccam comedit &c. Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorum nova feritas semicrudis vescuntur carnibus. Porro Ichthyophagi, gens errans in litore maris rubri, super petras solis calore ferventes assant pisces, & hoc solo alimento videntur. Sarmatæ, Quadi, Vandali & innumerabiles aliæ gentes equorum & vulpium carnibus delectantur. quid loquar de cæteris nationibus, cum ipse adolescentulus in Gallia viderim, Scotos, gentem Britannicam, humanis vesci carnibus, & cum per sylvas porcorum greges, & armentorum pecudumque reperiant, pastorum nates, & fæminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari. Hieronymi verba sunt lib. 2. adversus Iovinian. K.

Ἰνδοὶ καλάμεις) Consule Diodorum Siculum lib. II. Bibl. qui & ejusdem operis primo libro hunc Ægyptiorum veterum fuisse cibum scribit. S.

Σαυρομάται) Lege Plinium lib. XVIII. cap. II. S.

Κάρδαμον) Lege Xenophontem, Herodotum, & fragmenta Ctesiae veteris scriptoris rerum Persicarum. Cæterum cur eo cibo

cibo usi fuerint, Suidas aperit his verbis in Κάρδαμα. ἐπιχειρικὰ ἔρων τὰ κάρδαμα ἢ πύσματ'· ἢ Δ' ἢ τέτό φασι τὲς Πέρσαι χρεῖσθαι. φυλάττονται γὰρ πολλὰ πύειν, ἢ ἔρειν, ἢ ἀπομύτθουσαι. S. Rigidum & parcius vitibus, in morem Lacedæmoniorum, regnum Persarum fuit: ita, ut in pulmento sale uteretur & cardamo. Hieronymus in cap. VII. Danielis. confer. Strabonem p. 504. K.

ΚΕΦ. μ.

CAP. XL.

Πεὶ Σατύρων, Τιτύρων,
ἢ Σιλῶν.

De Satyris, Tityris, &
Silenis.

Ὅτι οἱ συγχορευτὰ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν οἱ ὑπὸ ἐνίων Τίτυροι ὀνομαζόμενοι. ἔχον δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τῆς τερτισμᾶτων, οἷς χαίρουσι Σάτυροι. Σάτυροι δὲ ἀπὸ τοῦ σεσηρένας. Σιλῶν δὲ ἀπὸ τῆς σιλλαίνειν. τῆ δὲ σιλῶν ψόγον λέγουσι μὲν παλαιᾶς ἑλισσαρένας. ἐσθῆς δὲ ἰὼ τοῖς Σιλῶσι, ἀμφίμαλλοι χιτῶνες. αἰνίττεται ὅ ἢ σελή, τῆ ἐκ τῆς Διονύσου φυτείας, καὶ τὰ τῆς οἰνῶδων, καὶ τὰ τῆς κλημάτων διάση.

Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant. Hoc nomen habuerunt à teretismatis i. e. lascivis & procacibus saltationibus, quibus gaudent Satyri. Satyri vero dicti sunt ab oris rictu. Sileni vero ἀπὸ τῆς σιλλαίνειν, quod est, conviciatoria scomata jacere, cum molesto quodam lusu. Vestitus autem erat Silenis, tunicæ utrinque villosæ. Refert is vesti-

tus vitium à Baccho plantationem, & vinearum palmittumque hirsutam densitatem.

Σάτυροι) Simiarum genus, teste Plinio lib. VIII. cap. 54. & Solino cap. 40. Has ergo Dionysius in deliciis habebat, sicut & hodie à magnis & principibus viris fieri videmus. Dioscorus Sicul. lib. III. Bibl. . Καὶ σατύρος φασὶν αὐτὸν (Διόνυσον) ἀπειλάγειν, ἢ τέρας ἐν ταῖς ἀρχήσεσι ἢ ταῖς τραγῳδίαις τέρεψιν ἢ πολλὰ ἠδονὴν παρέχεσθαι τῷ θεῷ. Adde reliqua. Plutarchus tamen hos Satyros, adulatores potius Dionysii fuisse censet.

Vide

Vide eum lib. de Adul. & Amici discrim. & *Lucianum* ὡς ἰσχυροῦς. S. Per *Satyros* hoc loco non intellexerim *Simias*, sed illos de plebe deorum infima, quos collusores & thiasotas *Baccho* dedit Gentilium vanitas. Noster vocat συγχορευτῶν Βάκχας, qui lusibus, choreis, jocis, habitu motuque corporum ad risum composito Deastrum oblectabant. Cæterum ridiculum judicat *Casaubonus* ὁ πάνυ σατύρους deducere παρὰ τὸ σεσημέναι, quod more irrdentium detorrio ac depravato vultu essent, quia etymon illud analogia, cujus maxima ratio habenda, destituitur. Probabilius existimat à σάττη Σατύρος & corruptione literæ unius σάτυρος dici. nec à veritate ablueret, in σάταρ Dorico verbo, quod ludere significat, originationem Satyrorum quærere. Tandem vero in eam definit sententiam, ut non absurde σατύρους, quasi ΔΙΥΙΤΟ esse dictos existimes, quia in speluncis atque montibus latere putabantur, unde in conspectum hominum raro venirent. Hæc ille lib. 1. de Satyr. Poëst. p. 52. & seq. vide & *Voss. instit. Poët.* lib. 2. cap. 19. *Hieron.* in vitâ *Pauli.* *Thuanum* lib. 123. *Cyper.* J. I. c. 12. *Königius.*

Τίτυροι) Vide *Arrianum* in *Lyb.* *Anonymus.* quem citat *Brodæus* in *Miscell.* ἀμέλει ἢ κὴ πῖθηκον θρέψει θεινὸς κὴ τίτυρον κτήσασθαι. S. *Anonymus* ille est *Theophrastus* in *Ethic. Character.* cap. 6. in quem locum *Casaubonus* pluscula congescit de *Tityris.* *Hesychio* Τίτυρος est σάτυρος, κάλαμος. K.

Κ Ε Φ. μα.

Πολλὰ ^{τῆ} Διονύσε με-
τωνυμίας.

Ὅτι τὸ πολυκαρπεῖν οἱ ἀρχαῖοι ὠνόμαζον φλύειν. ὅθεν τὸν Διόνυσον φλεῶνα ἐκάλουσιν, καὶ Προτρύγην, καὶ Σταφυλίτην, καὶ Ομφακίτην, καὶ ἑτέροις πῶς διαφόρως.

CAP. XLI.

Multa Bacchi cognomina.

Veteres uberem fructuum proventū verbo φλύειν significant. Unde Bacchum Phleonem appellarunt, & Protrygam, & Staphylitam, & Omphacitā, & aliis multis diversisque vocabulis.

φλεῶνα ἐκάλεον) *Etymologicum Magnum* aliter scribit hoc Bacchi cognomen in voce κρήνη, τὸ ἢ φλήνη, inquit, (σημαίνει τὸ)

τὸ Διόνυσον) διφραζέται. τινὲς μὲν γὰρ Δία ἔ' ἰ γράφουσιν αὐτό. τινὲς δὲ Δία τ' εἰ διφθόγγισ. Φλίϑ dupliciter effertur. vel enim simplici jota, vel diphthongo ei scribitur. in voce φλώ autem ita habet: Φλεύς ὁ Διόνυσος ἐν Χίῳ παρὰ τὸ εὐκλασεῖν, Bacchus dicitur in Chio Φλεύς ab ubertate fructus. Scholiast. Apollon. in Argon. non Φλεύς, sed, quod malim, φλυεύς legit, vel φλυῆς ἀπὸ ἔ' φλύειν τ' αἶνον, ὃ ἐστὶν εὐθλωεῖν. Cæterum Cuperus lib. 3. Obs. cap. 12. censet legendum pro φλύειν φλέειν, propter analogiam cum voce Φλεῶνα sed φλέειν, φλείειν, Φλιειν & φλύειν unum idemque verbum est, unde Bacchus Φλειῆς & Φλιῆς φλέως &c. promiscue dicitur. Sic Φεᾶ urbs Eleatica Homero Φεᾶ dicitur. Gentile autem est Φιεύς. K.

προστρέγῳ) De hac scriptioe dubito, putoque legendum προστρυγητῶ, aut προστρέγαιον. Pollux lib. 1. 23. inter cognomenta Deorum προστρέγαιοι. S. Uti Vir Doctus cap. 29. hujus libri de lectione vocis πλάνης pro πλανήτης dubitavit; ita sibi hoc quoque loco scrupulum putat injectum à προστρέγης pro προστρυγητής. Mihi utraque vox non displicet, adeoque προστρέγης Auctori servetur intactus. eadem forma in Orphicis Sol Φάνης dicitur, apud Macrob. Saturnal. 1. cap. 20. vel ut alii numerant. 28. qui aliis Φανητής. K.

ΚΕΦ. μϛ.

Περί τινων μαγνομένων
γυναικῶν.

Ελέγη καὶ Κελαινὴ Προί-
τη θυγατέρες, μάχλης ἡ αὐ-
τὰς ἢ τὸ Κύπρου βασιλῆς εἰρ-
γάσατο. ἐπὶ μέγας ἡ τὸ Πε-
λοποννήσου καὶ εἰς ἄλλας φασί
γυμναί μαγνομέναι. ἐξεφεί-
τησαν ἡ καὶ εἰς ἄλλας χώρας
τὸ Ἑλλάδος, παράφοροι ἔσαι
ὑπὸ τὸ νόση. ἀπὸ ἡ ὅτι καὶ
τὸ Δακεδαίμονίων γυναιξὶν
ἔπεισέ τις οἶστρο βακχικὸς,

CAP. XLII.

De quibusdam amentibus
fæminis.

Elegam & Celænam filias
Proëti regina Cypri ad me-
retriciã vitã impulsit, quæ
in quibusdã Peloponnesi
locis visæ sunt nudæ furen-
tesque discurrere. Erupe-
runt etiã in alias regiones
Græciæ, agitatae impulsæ-
que isto morbo. Audio et-
iam Lacedæmoniorũ fæ-
minas œstro Bacchico per-

κῆ

καὶ τῶν Χίων. καὶ αἱ τῶν Βοιω-
 τῶν δὲ ὡς ὀνδρώτατοι ἐμά-
 νησαν, καὶ ἡ τραγωδία βοᾷ.
 μόνως δὲ ἀφλυγιάσαι τὴν χρεΐ-
 ας ταύτης λέγουσι τὴν Διονύσου
 τὰς Μινυῶν θυγατέρας, Λευ-
 κίππῳ, Αἰσιππῳ, καὶ
 Ἀλκιδόῳ. αἴτιον δὲ, ὅτι ἐπό-
 θεν τὰς γαμέτας, καὶ διὰ τῆ-
 το οὐκ ἐγένοντο τῶν θεῶν μαγ-
 νάδες, ὃ δὲ ὀργίζεται, καὶ αἱ
 μὲν περὶ τὰς ἰσθμῶν εἶχον, καὶ
 ἐπονῆντο περὶ τὴν Εργάνῳ, εὖ
 μάλα φιλοτίμως. ἀφνω δὲ
 κητοί τε καὶ ἀμπελοὶ τὰς ἰσθμῶν
 περιείχον, καὶ τοῖς ταλάροις
 ἐνεφώδον δράκοντες. ἐν
 δὲ τῶν ὀρόφων ἔσαζον οἶνε καὶ
 γάλακτι σαρόνες. τὰς δὲ
 εἰς ταῦτα ἀνέπειθεν ἐλθεῖν
 εἰς τὴν λατρείαν τῶν δαίμονος.
 ἐνταῦθα τοὶ καὶ πάθον εἰργά-
 σαντο ἔξω Κιθαρωνῶν, ἢ
 μείον τῶν ἐν Κιθαρωνῶν. τὴν γὰρ τὴν
 Λαυρίππου παῖδα ἔτι ἀπα-
 λὸν ὄντα, καὶ νεαρόν, διεσά-
 σαντο, οἷα νεβρόν, τὴν μανίας
 ἀρχάμηναι αἱ Μινυάδες, εἶτα
 ἐντεῦθεν ὅτι τὰς ἐξ ἀρχῆς
 ἦσαν Μινυάδας. αἱ δὲ ἐδίω-
 dum juvenem, Minyades furore imbutæ discerpserunt,
 hinnulum esse putantes, atque inde ad prius comemora-
 tas Minyadas pervenerunt: quæ quum eas ob admif-

citas fuisse, & Chiorum,
 item Bæotorum mulieres,
 quasi divino furore con-
 citatæ insanierunt: idque
 tragædia vociferatur. Solas
 vero Minyadas, Leucip-
 pen, Aristippen & Alci-
 thoen, ajunt hanc Bacchi
 choream detrectasse ob
 eam causam, quod ma-
 ritos ambirent: nam id-
 circo bacchari in hono-
 rem dei noluerunt. Is ex-
 canduit, & quum illæ telis
 operam navarent, atque o-
 pificio lanæ summo cum
 studio incumbèrent, con-
 festim hederæ racemique
 telas circumdederunt: in
 calathis dracones nidus
 posuerunt, & à summis te-
 ctis lactis vinique stillæ
 dimanarunt. Verum,
 quum ne his quidem re-
 bus ad cultum dei adduci
 possent, tum invasit eas fu-
 ror extra Cithæronem non
 levior quam in Cithærone.
 Nam Leucippæ filium te-
 nerum adhuc, & admo-

κον αὐτὰς δὲ τὸ ἀγ. ἐκ
 δὴ τέτων ἐγένοντο ὄρνιθες.
 κ, ἢ μὴ ἡμεῖς τὸ εἶδ. εἰς
 κορώνω, ἢ δὲ εἰς νυκτεῖδα,
 ἢ δὲ εἰς γλαῦκα.

sum scelus infēquentur,
 in aves sunt mutata: & una
 assumpsit formam corni-
 cis, altera vespertilionis,
 tertia noctuæ.

Ἐλέγη κὶ Κελαΐη) Longe aliter hæc narrat *Apollodorus*
 lib. II. Bibl. filiasque Præti, Lyshippen, Iphinoen & Iphianassam no-
 minat. S.

γυμναὶ μαινόμεναι) Quas postea Melampus pastor sana-
 vit helleboro. Vide, quæ ex Plinio, Dioscoride, ac Sexto Philo-
 sopho notat *Politianus* lib. I. Misc. cap. 50. S.

Λακεδαιμονίων) Idem *Theophrastus* apud Suidam, voce
 Βάκεις. S.

τεῖς Μινυῶν θυγατέρας) Paulo aliter hæc memorat *Plutar-
 chus* in Quæst. Græcis, hæcque Μινυῶν nomina fuisse scribit: Λο-
 κίππη, Αρσίππη, κὶ Αλκαθία. Leucippe vero filium *Ιππασσον* vo-
 catum esse. *Antoninum* vide in *Metam.* qui mediam *Αρσίππη*
 vocat. Porro hic Μινύς pro Μινυῶν legendum rectè monuit *Cu-
 perus* lib. 3. Obs. cap. 12. S. Fateor equidem ita loqui etiam
Anton. *Metamorph.* X. Μινύς, inquit, ἔρχομαι ἔγγονοιο θυγατέρας
 Λοκίππη, Αρσίππη κὶ Αλκαθία, Orchomeni filio *Minyæ* filia fue-
 runt *Leucippe*, *Arsippe* & *Alcathoe*. Sed hoc nihil impedit, quo-
 minus *Noster* scripserit Μινυῶν, ob eam, quæ maximè in orando va-
 let, numerorum libertatem, Nam & *Livius* sæpè sic dicit, Romanus
 prælio victor, cum Romanos vicisse significat, & contra *Cicero* ad *Bru-
 tum*, populo, inquit, imposuimus & oratores visi sumus, cum de se
 tantum loqueretur, quod genus non orationes modo ornat, sed etiam
 quotidianus sermonis usus recipit. *Quintil.* lib. 8. Instit. cap. 6.
 Eadem Enallage Græci Μινυῶν dicunt sæpius pro Μινύς. ita *Strabo*
 lib. 9. καλεῖ Μινυῖον τὸν Ορχομενὸν ἀπὸ ἔθνους ἢ Μινυῶν. ἐντεῦθεν
 ἢ ἀπικησά τινας τὸν Μινυῶν εἰς Ἰωλκὸν φασιν, ὅθεν τὰς Ἀργοναύτας
 Μινύας λεχθῆναι, vocat autem (Homerus) *Orchomenum Minyæum*
 à gente *Minyarum*, atque inde quosdam ex *Minyis* coloniam in *Iol-*
cum deduxisse ajunt, unde *Argonautæ* διέλι *Minyæ*. vide *Apollon-
 Argonaut.* lib. I. & ibi docta Scholia. *Pausan.* in *Bæotic.* pag.
 310. Fuit *Minyas* ille *Orchomeni* vel potius *Neptuni* & *Her-
 mippæ* filius, qui *Orchomeniis* à se dedit *Minyarum* nomen, ge-
 nuitque iterum *Orchomenum* juniorem, qui sine filio decessit. K.

ἐπόθεν γαμέτας) Interpres, quod *maritos ambirent*. melius, quod *maritos* (absentes scilicet vel mortuos) desiderarent. & paulo post meminit textus filioli, quem Leucippe jam ex marito susceperat. Ergo *ambire* hic non potest quadrare. K.

ἐκ τῶν ὀρόφων) ē laquearibus. Anton. Metam. X. ἐκ τῶν κελόντων ἑρρύθη, è pedibus texcorii mali fluxit ei nectar & lac. quod magis videtur convenire cum mulierum *ισκεργία*. K.

καὶ πάθος) *Faber καὶ ἄγος*. quam emendationem ait esse certam. Sed hic scribendum foret ἄγος, aspero spiritu. Sic enim *piaculum* significat. Sane infra quoque habetur ἄγος τὸ ἄγος. Unde Faber emendationem suam haurit. Verum & eo loco ἄγος scribendum. S. Cur rejicienda sit vox πάθος, causam non dixit Faber. ideoque vulgata sine ulla ratione ejicienda non est lectio. πάθος Græcis notat etiam *indignum quodvis & horrendum facinus, calamitatemque gravissimam, morbos puta, mortem, cadem &c.* Arrianus lib. I. de Alex. ἀναβ. πάθος Ἐκλιτικὸν vocat Thebarum everisionem. τὸ πάθος Οσιριδος, quid sit, notum satis. ita hoc loco πάθος, filioli inter Baccharum manus discerpti miseram notat mortem. Cæterum nec τὸ ἄγος aspirandum videtur, si Thucydidi credimus, qui Κυλόνειον ἄγος habet l. I. pag. 82. Cyrillus de different. Vocum ab Erasmo Schmidio editus. ὁ ἄγος dux, τὸ ἄγος scelus, piaculum, τὸ ἄγος veneratio, res venerationem habens ἄγιος sanctus, ἄγιος, μιαιρὸς, impurus est Etymol. Magno in ἄγιος. K.

ἔξω Κιθαρωνῶνος) Cithæron mons Bœotix, Dionysio sacer, ubi Orgia celebrari mos fuit. Vide Ovid. & Strabonem. Ita que mallem illud ἔξω Κιθαρωνῶνος reddere; *procul a Cithærone*. Nam *extra montem* hoc quidem sensu Latine dici non existimo. S. Sensus Auctoris esset. *Tum vero designarunt facinus extra Cithæronem domi scilicet) non inferius eo, quod in Cithærone peractum.* per πάθος τὸ ἐν Κιθαρωνῶνι intelligitur Penthei cædes, quem mater Agave in Cithærone membratim discerpit, cum eo venisset Baccharum exploraturus orgia. Apollod. l. 3. K.

οἶα νεβρον) Solebant nempe Orgia Bacchi tali ritu celebrari. S.

ἦξαν) Faber legit ἦξαν benè. vide *Nostrum* II. 44. S. Lectio vulgata nata est ex incuria typographorum. Nam Romana Editio dudum legit ἦξαν, quod postliminio in suum locum restituendum duxi. est enim integre ἦξαν. vide *Plut.* π. π. α. K.

Μινυάδας) Cuperus, probante Gronovio, legit Μαινάδας, & certe illas ipsas, intelligit, quas supra dixit μαυνομάδας. S. Res eodem recidit, quocunque legas modo. Μινυάδες enim hoc loco erant μαινάδες, & vice versa. Vulgatam tamen præfero. Nam non tantum Minyæ filii dicuntur Μινυάδας, verum etiam omnes Orchomeniorum mulieres, quorum mariti dicti sunt Μινυάες. vide Schol. in Apollon. lib. I. Argonaut. K.

ΚΕΦ. μγ.

CAP. XLIII.

Περὶ κιθαρωδῶν ὑπὸ τῶν Συβαρειτῶν φονευθέντων.

De citharædō à Sybaritis occiso.

Ἐν Συβάρει κιθαρωδῶν ἀγῶνιστῶν ἐν τῇ ἀγωνίᾳ, ἡ δὲ ἐπιπέτατος ἐπὶ τῇ Ἡρᾷ, στασιασάντων ὑπὲρ αὐτῆς τῆς Συβαρειτῶν, καὶ τὰ ὄπλα λαβόντων ἐπ' ἀλλήλους, φοβηθεὶς ὁ κιθαρωδὸς σὺν αὐτῇ φοβῇ κατέφυγε εἰς τὴν Ἡρᾷ βωμόν. οἱ δὲ ἐδὲ ἐνταῦθα ἐφείσαντο τῷ κιθαρωδῶ. ὀλίγω δὲ ὕστερον ἐδόκει αἷμα ἐν τῇ Ἡρᾷ ναῶ ἀναβρῦειν, ἐδὲ ἐλαττον πηγῆς ἀενάης. Συβαρίται δὲ ἐπεμψαν εἰς Δελφούς. ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίνατο.

Quum Sybare citharædus caneret in certamine, quod in honorem Junonis erat institutum, inter Sybaritas propter eum est orta contentio, quumque mutuo ad arma venirent, citharædus cum ipsa stola confugit ad aram Junonis. At illi ne in isto loco quidem manus à citharædo abstinerunt. Paulo vero post sanguis videbatur in Junonis templo scaturire, non secus quam ex perenni fonte. Sybaritæ, quum oraculum Delphicum consultum misissent, tale responsum acceperunt:

Βαῖν' ἀπὸ ἐμῶν τειπέδων, ἔτι τοι φόνος ἀμφιχέρεσι, Πηλὺς ἀποσάζων ἀπὸ λαίνης ἐδὲ ἐρύκει. Οὐ σε θεμισεύσω, Μυσῶν θεράπωνια κατέκτανες,

Cede meis mensis, manibus nam sanguis adherens, Destillansque recens, prohibet tibi limina templi. Non tibi fata canam: ma-

Ἡρῆς

Ἡρῆς πρὸς βωμοῖσι, θεῶν
τίσιν οὐκ ἀλεείνας. Τοῖς δὲ
κακῶς ῥέξασι δίκης τέλει
ἐχὶ χρονισόν, οὐδὲ ἀπαρά-
τητον, ἐδὲ εἰ Διὸς ἔργουσι
εἶεν· Ἀλλ' αὐτῶν κεφαλῆσι,
καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσιν
εἰλείπται, καὶ πῆμα δόμοις
ἔπι πῆματι βάνει. ἢ δὲ δίκη
οὐκ ἐβράδυνε. Κροτωνιά-
ταις γὰρ ἐναντία ὄπλα θέ-
μενοι, ἀνάσχοι ὑπ' ἐκείνων
ἐγένοντο, καὶ ἢ πόλις αὐτῶν
ἠφανίσθη.

gna Junonis ad aram, Mu-
sarum innocuum stravisti
cede ministrum. Non im-
mortales hoc dii patientur
inultum. Siquis enim pru-
dens, scelerata à mente
profectum, committat faci-
nus, gravis hunc prope pœna
sequetur. Non exorabit,
neque si genus ab Jove sum-
mo duceret: ipse suo collo,
collisque nepotum, hoc læet,
& generi cumulatim da-
mna ferentur. Neque ul-

tio tardata est. Quum enim adversum Crotoniatas bel-
lum gererent, subacti sunt ab illis, & civitas eorum sub-
versa est.

αἶμα ἐν τῷ τ' ἡρας ναῶ) Meminit hujus prodigii Athenæ-
us lib. XII. cap 4. ubi de reliquo Sybaritarum excidio. S.

εἴ σε θεμιστεύσω) τὸ θεμιστεύω solenne fuit interrogantibus
verbum. Ita enim interrogationem incepisse ferunt, qui oracu-
lum consulebant: ὦ τύχη καὶ Λοξία τῷ δέ τι θεμιστεύεις; ὁ fortuna
& Λοξια quid vel quomodo alicui respondes? *Simplic.* in 2. *Phys. A-*
ristot. fol. 75. K.

ἀπαραιτήτον) Faber παραιτητὸν sensu contrario. Scriben-
dum igitur ἐδὲ παραιτητόν. S. Nihil mutandum. constat enim
Atticos sæpe negativas particulas inculcare orationi καὶ πλεονασμόν.
vide *Budæum* in comment. G. L. p. m. 1178. & seq. *Apollon.*
lib. I. Argon.

ἐδὲ μὲν ἐδὲ ἄλοχον Κλείτη φθιμένοιο λέλειπται
καὶ πόσι μετόπισθε

Thucyd. l. 3. ὅλυν πόλιν ἀφθεῖραι μάλλον ἢ ἐ τὰς αἰτίας, *urbem to-*
tam magis ire perditum potius, quam mali Autores. ubi Scholia,
ἢ ἐ λυφασίς φετιγὴ &c. καὶ τῇ συνθείᾳ δὲ πολλάκις παρελκόμεναι
ἀποφάσει χρώμεθα, ἐ μὲ τὸν Δία. ἐ μὲ γὰρ Ἀπόλλωνα, ὡς καὶ τὸ,
ἀπαγορεύω σοι μὴ ποιεῖν. *negatio ἐ abundat &c.* *Vimur autem*

in communi usu loquendi etiam superfluis negationibus; ut, non non per Jovem, & μὴ οὐδὲ non per Apollinem, huius generis est etiam illud: prohibea tibi, ne facias. Nec opus adeo est, ut longius exempli in hunc modum perambulet. Noster ipse largam eorum messem de tuo debet. P. H. Anim. lib. 10. cap. 33. οὐκ ἐδύνεοντο οὐκ ἔτι. non poterunt amplius. & lib. 15. cap. 1. & μὴ & δύνανται. vide inuicem in g. Cicero hoc dicendi genus l. V. de fin. bon. & ma. inuicem usus est. Itaque, inquit, ne se jucundissimis quidem nos somnium uiros pretemus, Endymionis somnum nobis nolimus dari. ubi frustra sunt, qui uelimus legerunt. Interim non pugnaverim cum iis, qui hic geminam negationem non tam πλεονασμὸν quam eniphasin majoremque negandi vim inferre uolunt. confer & Phavorinum in ἀποφάσεις δύο &c. Est itaque τὸ εἰδὲ ἀπαραίτητον, idem quod εἰδὲ παραίτητον stylo Attico. His addam locum ex Aristotele Nostro geminum germanum lib. 2. Physic. ἀπορήσειεν ἂν τις ἄγχι ποτε εἰδὲ τῶν ἀρχαίων σοφῶν τὰ αἴτια εἰδὲ γένεως καὶ φθορᾶς λεγόν, εἰδὲ τύχης εἰδὲν διάρσις, dubitet aliquis, cur nemo ex antiquis sapientibus, qui causas generationis & corruptionis percensent, de fortuna nihil definiuerit. Alexander Aphrodis. commentario in h. l. accusat Philosophi dictionem ὡς ἀκατάλληλον, ut male coherentem dicendum enim erat, εἰδὲ τύχης τε διάρσις, de fortuna aliquid definiuit, διότι προκεταί τὸ ἀποφαντικὸν εἰδὲ εἰδὲς. quia negativa jam ante in uoce εἰδὲς extat. Hæc Alexander eadem ratione ductus, qua Tanquill Faber notis in h. l. His occurrit Simplicius & Platonem ait ab Aphrodisiensi multo magis reprehendendum fuisse, qui dixit (l. 7. de LL.) εἰδὲς εἰς εἰδὲν εἰδενὸς ἂν γένοιτο ἄξιον, quibus cum convenit illud Euripidis in Cyclope: αἰκέει εἰδὲν εἰδὲς εἰδενός. addit denique Simplicius, καὶ θαυμάσιαι μάλιστα εἰδὲς τὸ χωρίον, καὶ σαφῶς, καὶ ἀκριβῶς, καὶ ἐν τρεπλικῶς ἠρμηνευμένον, quæ uerba innuat non frustra geminari negationes apud Græcos. K.

Κ Ε Φ. μ δ.

CAP. LXIV.

Περὶ τινὸς δειωμένου βοηθῆν τοῖς ἑτέροις, καὶ μὴ βοηθῆν καὶ ἑτέροις βοηθῆν
 τῷ μὲν, ἀπὸ τοῦ χάου
 τῷ δὲ

De quodam, qui poterat
 quidem sociis auxilium ferre, non
 autem uolebat: & alio qui uo-
 lebat succurrere, infeliciter
 autem cesserat.

Νεανίσκοι

Νεανίσκοι τρεῖς εἰς Δελ-
 φῆς ἀφικόμενοι θεωροὶ συμ-
 πολίται κακέρχοις συμπέρι-
 τυγχάνουσιν. ὁ ἓν εἰς ἀπέδρα-
 τὴς ληστὰς, ὁ δὲ ἕτερος αὐ-
 τῶν συωπελάκη παρ' λοιπῶν τῶν
 κακέρχων, τῶν ἄλλων προανα-
 λωθέντων. καὶ τῶν μὲν ληστῆ
 ἡμαρτεν, ὥσε δὲ τὸ ξίφος
 κατὰ τῶν φίλων. παρ' ἀποδράν-
 τι ἔν η Πυθία ἀνείλε τὰδε·
 Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρῶν
 πύλας οὐκ ἐβοήθεις· Οὐ σε
 θεμισδῶσα, περικαλλέει ἔξι-
 θι νῆς. καὶ παρ' ἑτέρῳ δὲ ἀνεί-
 λε τὰδε, ἐρομένῳ τῶν Πυθίαν.
 ἐκλεινας τῶν ἐταῖρον ἀμύων,
 ἔσ' ἐμίανεν Αἴμα, πέλεις δὲ
 χέρας καθαρῶτερος, ἢ πα-
 ρ' ἡδῶ.

Purior es manibus nunc, quam prius esse solebas.

Tres adolescentes ejus-
 dem civitatis, iter Delphos
 ad consulendum oracu-
 lum facientes, in latrones
 incidunt. Unus correpta
 fuga, declinat latrones. A-
 lius vero, quum reliquis
 interfectis impetum face-
 ret in superstitem ficari-
 um, à latrone aberravit, in
 socium vero ensen impu-
 lit. Ei igitur qui fugerat, tale
 responsum ab oraculo da-
 tum est : *Occidi socium
 presens es passus amicum.
 Non tibi vaticinor, sacrote
 proripe templo.* Et alteri
 consulenti, talia respondit
 Pythia : *Defendens socium
 verso mucrone necasti :*

τρεῖς) Atqui duorum tantum mentionem facit in sequen-
 tibus. Scribendum igitur est δύο. Et sic habet *Simplicius* ad *Epi-*
ctetum cap. 39. ubi hæc ipsa est historia. Nisi forte mavis τινές,
 quod est propius à veteri scriptura. Sic putabam olim. Nunc nil
 in tuto, etsi *Simplicius* tantum loquatur de duobus. Sunt enim
 revera tres apud *Nostrum* : unus, qui aufugit, alter qui pu-
 gnans aberrat à latrone, tertius, qui ferro transfigitur, idcirco
 alius est ab eo, qui aufugerat, quod & inde patet, quia fugitivus
 ille oraculum consuluit. K.

ὁ ἢ ἕτερος) MSS. B. & C. ὁ ἢ δεύτερος. quod probō. S.
 MSS. lectio explicat τὸ ἕτερος. Nam ἕτερος ἐπὶ δύοιν, ἄλλος
 ἐπὶ πολλῶν. ἕτερος de duobus, ἄλλος de multis dicitur. *Thomas*
Magister in *Eclog. Atticis*. K.

ἑσθήεις) Simplicius habet ἑσθμύνας & μοχ, ἤλυθες ἑκα-
 δαροὺς πῶκε μεθ' ἐξίθι σηκῶ. S.

ἢ ἑταίρον) Simplicius σόν, quod rectius. ἔσε μιάνει αἷμα
 φόνε· σὺ πέλεις καθαρώτερον. S.

ΚΒΦ. με.

CAP. XLV.

Χρησμός Φιλίππῳ δο-
 θείς.

*Oraculum Philippo red-
 ditum.*

Φιλίππῳ, Φασί, χρησθή-
 ριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν
 Τροφωνίῳ, φυλάττωμαι δεῖν
 τὸ ἄρμα. ἐπεῖνον ἐν δεξιᾷ
 χρησμός, λόγῳ ἔχει μηδέ-
 ποτε ἀναβῆναι ἄρμα. διπλῆς
 ἐν ὅπῃ τέτοις ὑπόρρει λό-
 γῳ. οἱ μὲν γάρ φασι, τὸ
 Πυρσανίξ ξίφος, ᾧ τὸ Φί-
 λιππων διεχρήσατο, ἄρμα
 ἔχειν ὅπῃ τὸ λαεῖς διαγεγλυμ-
 μένον ἐλεφάντινον· ὁ δὲ
 ἕτερον, τὸ Θεβαϊκὸν, τὸ κα-
 λουμένον Ἄρμα, περιελθόντα
 λίμνῳ, ἀποσφαγῆναι. ὁ
 μὲν πρῶτον λόγῳ, δημώ-
 δης· ὁ δὲ, οὐκ εἰς πάντας
 ἐξεφοίτησε.

Philippum in Bœotia
 ferunt in aede Trophonii
 responsum accepisse, ut ca-
 veret sibi à curru. Illum igitur,
 metu oraculi, nunquã
 ascendere currum voluisse
 perhibent. Hinc jam du-
 plex fama evulgata est.
 Nam alii dicunt, Pausaniæ
 gladium, quo Philippum
 peremit, in capulo currum
 ex ebore sculptũ habuisse.
 Alii vero, quum circumiret
 Thebaicam paludem, cui
 Currus nomen erat, truci-
 datum esse. Atque prior
 sermo vulgaris est, posteri-
 or vero non ita frequens.

Φιλίππῳ) Vide *Valer. Maximum* lib. I. cap. 8. meminit
 & *Cicero* de fato. Similia oracula vide apud *Plut.* sine *Lyfandri*,
Suidam voce *Δαφίδας*, & alios. S.

διεχρήσατο) Hoc vero vocabulum alibi haud legas : ideo
 mihi admodum est suspectum, neque dubito, quin scribendum
 sit διαχρήσατο. Διαχρήσκειν pro interficere legitur etiam apud *Ar-
 rian.* S. Hanc notam Viro docto non excidisse perquam vel-
 lem. Διαχρήσατο pro interficere Græcis elegantioribus usitatissi-
 mum

mum est. Herodianus lib. 3. cap. 11. ἐπὶ ἀμφοτέρωσιν Διὰ χερῶσιν, cum utrumque interfecisset. & alibi Pollux lib. 6. cap. 44. ἀποχεῖσθαι, Διὰ χερῶσιν inter occidendi vocabula numerat. Thomas in Eclogis Διὰ χερῶσιν τὸν θείνα κῆ Διὰ χερῶσιν κῆ διεργάζομαι κρεῖττον ἢ φονεύω, elegantius dixeris Διὰ χερῶσιν i. e. interficio hunc vel illum vel Διὰ χερῶσιν &c. quam φονεύω occido &c. Herodotus etiam καθὰ χερῶσιν in hac significatione habet lib. 1. vide Etymol. Magnum in ἀπεχερῆσαντο. Habeat ergo Noster saluum sibi suum διεχερῆσαντο. K.

λίμνῳ) Omnes alii urbem vocant illum locum. Pausan. in Bœot. ἐξῆς τῆ πόλεως (de Thebis loquitur) ἐρείπια ἐστὶ Ἄρματος κῆ Μυθαλασῶ. Stephanus Ἄρμα, πόλις Βοιωτίας τῆ Ταυαργικῆς. adde Strabonem, Hesychium & alios. videndum igitur, an vocabulum λίμνῳ hic rectè se habeat? S. Bœoticæ urbes sæpe juxta lacus & paludes leguntur conditæ apud Strabonem lib. 9. Παισαν. Βοιωτ. pag. 299. ubi sæpe accidit, ut lacus esset urbi ὁμώνυμος: quod autem Ἄρμα nomen fuerit & lacus & pagi, id vel inde aliquis suspicetur, quod illud Oppidum etiam dictum sit λέγεται Ἀμφιαράς, balnea Amphiarai, ut Phavorinus tradit voce ἄρμα. Lactantius Placidus lib. 8. Thebaid. Staii ad versum

*Jamque erit illa dies, quo te quoque conscia facti
Templa colent &c.*

Nam urbe relicta migrabat in Piræum : quumque ibi habitaret, omnes naves quæcunque in eo subducerentur, suas esse putabat, & in album suum referebat, sicq; dimittebat eas. Quod si quæ salvæ & integræ in portum ingrederentur, supra modum gaudebat. Multos autem annos hoc morbo tenebatur. Demum frater ejus profectus è Sicilia, tradidit eum medico ut sanaretur, atque sic eum reliquit væcordia. Sæpissime igitur suæ in amentia oblectationis mentionem faciebat : & se nunquam cumulatus gaudium percipisse dicebat, quam quum

Θρασύλλῳ ὁ Αἰζωνεύς) Auctor hujus rei Heraclides Ponticus apud *Athenæum* in fine lib. XII. Sed ibi Θρασυλλάῳ Ἀζωνεύς vocatur. Melior tamen Nostri lectio. Nam Αἰζωνῆ apud Athenienses tribus Cæcropidis non Ἀζωνῆ. vide *Meursium* in lib. de Pop. Ath. S. Similem morbum tangit *Arist.* de mirab. auscult. pag. 183. huc etiam intendit digitum *Horat.* lib. 2. ep. 2. K.

Κ Ε Φ. κς,

Περὶ Ηλέκτρας.

Ξάνθῳ ὁ ποιητὴς τῶν με-

CA P. XXVI.

De Electra.

Xanthus, poeta carmi-
λῶν,

λῶν , ἐγένετο δὲ ἔτι πρῶτος
 ἑσθλῆς Στρεσίχου τοῦ Ἰμε-
 ραίης , λέγει τὴν Ἠλέκτραν ἔ
 Ἀγαμέμνονος ἔ τῆτο ἔχειν
 τὸν ὄνομα πρῶτον , ἀλλὰ Λαο-
 δίκην ἔπει δὲ Ἀγαμέμνων
 ἀνήρθεη , ἔ δὲ Κλυταμνήστραν
 ὁ Αἰγίσθος ἔγημε , καὶ ἔβα-
 σιλῶσεν , ἄλεκτρον ἔσαν ,
 καὶ καταγηῶσαν παρθέον ,
 Ἀργεῖοι Ἠλέκτραν ἐκάλε-
 σαν , διὰ τὸ ἀμοιρεῖν ἀνδρὸς ,
 καὶ μὴ πεπρωμένης λέκτρας ,
 brem Electram eam Græci nominarunt , quod expers
 mariti vixerit , & lectum conjugalem non cognoverit.

πρῶτος) Casaubonus monet πρῶτος legendum
 esse. Athenæus lib. XII. εὐθὺς ὁ μελιποῖος πρῶτος ἂν Στρε-
 χους , ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Στρεσίχου μαρτυρεῖ. Idem probat Faber quo-
 que. possis credere scripsisse πρῶτος. Suevit enim Nolter ali-
 quando uti positivo pro Comparativo, vide Indicem in Positi-
 wus. S. Mihi placet τὸ πρῶτος, quod in textu est, si modo
 rectè accipiatur. Ut enim πρῶτος, inter alia denotat, prio-
 rem antiquioremque esse, uti patet ex hoc loco Tatiani contra Gen-
 tes: καὶ τῶ πρῶτος καὶ τὴν ἡλικίαν πρῶτος μᾶλλον, ἢ πρῶτος
 ἀπὸ πηγῆς ἀρροσόμενοις ἔλασι. fides potius habenda est illi qui ata-
 te prior antiquiorque est, quam Græcis ex fonte hausturis: ita pu-
 tem apud Nostrium πρῶτος Στρεσίχου sonare, antiquior Stesicho-
 no. quanvis τὸ πρῶτος non ab ipso Æliano, sed ejus potius
 compilatore esse crediderim. K.

Ἠλέκτρα) De Electra, Laodicea (Λαοδίκη) prius dicta
 habes apud Eustath. ad Iliad. I. S. Ad Electræ nomen allusum
 ἔ Sophocle in dramate hujus nominis:

πᾶσι δὲ ἀλγεῖν ἐς τοσένδε ἔ χρόνος,
 ἄλεκτρα γηράσασθαι ἀνυμέναιά τε.

*Dolendi rationem habet quæ jam diu
Consenuit, thori & hymenæi nefcia.*

vide *Etymol. Magnum & Phavorin.* in Ηλέκτρα. sunt qui *Laodicea* ab *Electra* distinguant. vide *Phavorin.* in voce *Αγαμέμνων*, qui tamen voce *Χρυσόθεμις* sibi non constare videtur. Κ.

ΚΕΦ. κζ.

CAP. XXVII.

Πεὶ Παμφαῖς δῶρε , καὶ
Διοτίμκ.

*De Pamphaïs dono , &
Diotimi.*

Ὅτι Παμφαῖς ὁ Πει-
νήδης Κροίσω τῷ Λυδῷ , τῷ
πατρὸς αὐτοῦ πενήντη ,
τριάκοντα μνᾶς ἰδωρήσατο.
ῥαλαβῶν δὲ τῷ ἀρχῶν,
μισθὸν ἄμαξαν ἀργυρεῖς ἀ-
πέπεμψεν αὐτῷ.

Ὅτι Διογένης λαβῶν πα-
ρὰ Διοτίμκ τῷ Καρυσίε νόμισ-
μα ὀλίγον, ἔφη·

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δίδωεν, ὅσα
Φρεσὶ σῆσι μενοινᾶς,
Ἀνδρᾶ τε, καὶ οἶκον.
ἰδοκεὶ δὲ πως ὁ Διοτίμκ
μαλθακώτερον εἶναι.

Pamphaës Prienenfis
Cræso Lydo, superflite ad-
huc ipsius patre, triginta
minas dono dedit. Qui
quum inaperiũ accepisset,
currum argento plenum ei
remisit.

Diogenes, acceptis pau-
cis numis à Diotimo Ca-
rysto dixit.

*Dii tibi dent animo quan-
tum cupis ipse. Videbatur
autem animo molliore &
effœminato esse Diotimus.*

Παμφαῖς ὁ Πεινήδης) Idem *Nicolaus Damascenus* in Ex-
cerpt. nisi quod *χιλίας σατῆρας* dono dedisse scribat, quod est ve-
ro similis. Sed & de *Cræso* ait, ei currum *μισθὸν χρυσίε* misisse
Pamphai. hunc Pamphaën Ephesium facit *Nicolaus* ille l. c. Κ.

Διοτίμκ τῷ Καρυσίε) Puto eundem innuere, quem supra
lib. 2. cap. 41. inter bibones numeraverat. Ibi autem est Athe-
niensis, ut hoc patris ejus nomen fuerit, sed nunc scriptum cor-
rupte. S. Romana Editio legit *Καρυσίε*, & ipso literarum du-
ctu insinuat, legendum *Καρυσίε*, *Carystii*, quod in textum admit-
tere non dubitavi. Κ.

οὐκ ἔστι θεοὶ) Versus Homeri Odysf. 6. quibus Ulysses Ναι-
 ψαε, Alcinoi filix, nuptias maritumque apprecatur. Diogenes
 vero ad Diotimum, qui mollis erat & muliebris patientiæ, transfert, atque ita testè sub voti titulo hominis perversam pathicam-
 que libidinem perstringit. Supplenda etiam versio latina hoc
 modo :

*Dii Tibi dent, animo quantum expetis ipsa, maritum
 Scilicet atque domum.*

Apud Latinos etiam usitatum, ut, si quem viderent mollem vesti-
 tu, incessu, victu, gestibus, & aliis, eum dicerent *Virum quaerere.*
Scalig. Auson. Lectio. I. cap. 27. K.

Κ Ε Φ. κη.

C A P. XXXIII.

ὅτι ὁ Φερεκύδης φθειρίσιν
 ἔπαθεν δι' ἀθεότη-

ἑνδεκάτοιο. Ἰ. Ἰ. ἀ. Ἰ. Ἰ. Ἰ.

Φερεκύδης ὁ Σύειος τὸν
 βίον ἀλγυνότατον ἀνθρώπων
 κατέστρεψε, τοῦ παντὸς ἀπὸ
 σώματός ὑπὸ τῶν φθειρῶν
 ἀναλωθέντος, καὶ γυμνέ-
 νης ἀγρᾶς ἀπὸ τῆ ὄψεως,
 καὶ ἐκ τῶν σωήθων ἐξέκλινε
 σωκσίαν. ὁπότε δέ τις προσ-
 ελθὼν ἐπαυθάνετο, ὅπως
 διάγῃ; διὰ τῆ ὁπῆς κατὰ τῆ
 θυρᾶν διείρα; τὸν δὲ ἀκτύλοιο,
 ψιλὸν γεγονότα τῆ σαρκὸς,
 ἐπέλεξεν ἔτω διακρίσθαι καὶ
 τὸ πᾶν ἀπὸ σώμα. λέγουσι
 δὲ Δηλίων παῖδες, τῆ θεὸν τὸν
 ἐν Δήλῳ μινίσαντα ἀπὸ τοῦτο
 ποιῆσαι. καθήμενον γὰρ ἐν
 Δήλῳ μετὰ τῶν μαθητῶν, ἀλλὰ

*Quod Pherecydes in phiti-
 riāsen incidereit, propter im-
 pietatem in deos.*

Pherecydes Syrius mi-
 ferrime omnium hominū
 vitam exegit, toto suo cor-
 pore à pediculis exeso atq;
 consumpto. Et quum fœ-
 da turpisque facies evalif-
 set, abstinuit à consortio fa-
 miliarium, & eos fugiebat.
 si vero quis accederet, &
 interrogaret, quomodo ha-
 beret? per foramen januæ,
 digito, qui prorsus emar-
 cuerat, exteso respondit, ita
 totum corpus suū habere.
 Dicunt autem Delii, deum
 in Delo ira comotum & in-
 dignatione, hunc ei mor-
 bum injecisse. Nam quum

τε πολλά, φασί, ὡς ἔ' εαυτῆ
σοφίας εἰπῶν, καὶ οὐκ ἔ'
τῆτο, μηδενὶ τῶν θεῶν θυσαί,
καὶ ὁμῶς ἐδὲν ἥτιον ἠδῶος βε-
βαιώκεναι, καὶ ἀλύπως ἐ μείον
τῶν ἐκατόμβας καταθυόων.
ὑπὲρ ταύτης ἔν ἔ' κκφο-
λογίας βερυτάλλω ζημίαν
ἐξέτισεν.

hecatombas sacrificarent.
Hujus igitur vani sermo-
nis gravissimas pœnas dedit.

quodam tempore in ea in-
sula federet cum discipulis
suis; atque quum alia mul-
ta de propria sapientia ja-
ctitaret, tum præcipue il-
lud, quod etiam si nulli deo-
rem sacram faceret, nihilo
injucundius neque tristius
vitam ageret, quam qui
Hujus igitur vani sermo-

Ἔ παντὸς αὐτῷ σώματι) MSS. B. & C. αὐτῆ, quod
puto esse præferendum. S. Vulgata satis commoda. K.

ὑπὸ τῶν φθειρῶν) Laërtius auctor, quosdam tradere eum
in agro Magnésio esse mortuum, alios è monte Corycis se ipsum
dejecisse. Ab his omnibus dissentit Plutarchus in Pelopida, ubi
refert, hostiæ instar, ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀναρεθέντα, καὶ τὴν
δορὰ αὐτῆ κατὰ τι λόγιον ὑπὸ ἔ' βασιλέων φερεσμένον. De Phe-
recyde tamen firmat idem Plutarchus in Sylla, Pausan. in Atticis,
Aristot. lib. V. Animal. cap. 31. Sammonicus Serenus, Suidas,
Apulejus Floridis, & Noster infra lib. V. cap. 2. Plinius lib. VII.
cap. 51. Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore ejus erum-
pente expiravit. Serpentes hoc loco sunt id genus animalium,
quos φθειρῶες appellat Ælianus. testis ille ipse Plinius lib. IX.
cap. 33. Nascuntur inquit, intra hominem tinea tricenum pe-
dum, aliquando ἔ' plurimum longitudine, jam in carne exanimi,
viventium quoque hominum capillo, qua scditate ἔ' Sylla dictator
ἔ' Alcman ex clarissimis Græciæ poëtis obiere. Porro his quos
Plinius enumerat, adde Acastum Pelix filium ex Helladii Chro-
stomathia apud Photium. Et ex Plutarchi Sylla, Callisthe-
nem Olynthium, Mutium Jctum, & Eunum quendam. S. His
subnecte Herodem, Act. 12. qui ἡρόδωσκι σκοληκόβρωσκι ἐξέψυξε,
à vermibus corrosus expiravit. Alexandrum Pseudomannin, qui
ἀπέθανε σκοληκῶν ζέσας, mortuus est vermibus exestuans. Lucianus
in vita ejus: Pheretimam, Cyrenatum reginam, quæ ζωσκα
εὐλαίων ἐξέζεσε, vivā pediculis ebulliit, Herod. lib. 4. in fine. Pla-
tonem denique, de quo Myronianus in ὁμοίσις φρεσὶ Φίλωνα παροί-
μας



ρίας μνημονεύειν ἐπὶ τῶν Πλάτωνος φθειρῶν, ὡς ἕτως αὐτῆς τελευτήσαντι, in libro, quem inscripsit, ὁμοία, ait, Philonem proverbii, Platonis pediculi, mentionem fecisse, ac si hoc mortis genere defunctus esset. Laërtius in Vita ejus, ut & Spreusippum, Platonis successorem. Laërt. in vita ejus, Arnulphum imperatorem *Rotemich Fasciculo temporum. Democritum ex M. Antonino lib. 3. de Vita lib.* Cassandrum Antipatri filium, de quo Pausanias in Bœoticis: ἐπλήθη ὑδέρῳ καὶ ἀπ' αὐτῆς, ζῶντι ἐγένοντο εὐλαί. Suidas de nescio quo in λέξει. ὁ δὲ φθειρῶν ἐκζέσας ἐδιώρθησθε καὶ μικρὰ λειῶντο ἀποθνήσκει, illi vero pediculis scaturiens exesusque & sensim contabescens moritur. Mitto alios tam è veteri quam recentiore historia, qui à parvis illis animalculis, quæ inter cutem & crinem gigni solent è concretis sordibus, justo Dei judicio exesi sunt. Vel Cl. Bochartum Hieroz. P. 1. p. 620. 21. vide, qui plura dabit exempla. Qui tamen, hæc non sine magno errore ad phthiriasin referri alibi probavimus, inquit, pag. scil. 583. ubi refellere satagit eos, qui τὸ σκωληκώερωτον, Act. XII. de pediculis explicant, cum Lucas velit Herodem à veris vermibus erosum esse, ac si pediculi veri vermes non sint. certè Isidorus Orig. lib. XII. cap. V. *Pediculi*, inquit, *vermes cutis, à pedibus dicti.* imo etiam serpentes dicuntur à Plinio lib. 7. cap. 51. & Apulejo in Florid. Nec ad rem facit, quod pediculi vivis, non mortuis infesti sint, moriturique hominis corpus deserant. Nam vivi utique adhuc sunt, quorum corpora phthiriasis exedit, tam lentâ tæbe, ut sentiant se mori. vide *Ælianum* lib. V. V. H. cap. 2. Nec Plinius dubitat affirmare etiam in carne exanimi generari pediculos. lib. XV. cap. XXXIII, in morbo pediculari scilicet. confer Aristot. Hist. An. lib. V. cap. XXXII. Non equidem diffiteor Auctores non φθειρας, sed σκώληκας vel εὐλαί, nominare locis à Bocharto laudatis: sed hoc partim κατ' εὐφημισμὸν factum, quo male ominata verba vitare solebant Ethnici: unde sæpius φθειρῶν circumlocutione designant, & ipsos pediculos modo terra & fæda capitibus animalia, modo animalia exesura corpus ἐπιφθασικῶς appellant. vide *Valerium* lib. 1. cap. 1. & *Plinium* l. c. & alibi. partim ex usu Græcæ linguæ, ut quæ promiscuè utitur his vocibus, cum de morbi hujus fœditate sermo est. Quapropter legas eundem à quibusdam dici εὐλαίς, ab aliis vero φθειρῶν efferuisse. vide *Suidam* in ἀπάνατο. & *circulio*, σκώληξ, vermis, in *Gl. Cyrilli* audit φθειρ σίτης, pediculus frumenti, & *Scarabæum*, qui & *Taurus*, sunt qui pediculum terre appellant.

Plin.

Plin. lib. 30. cap. 6. Quapropter apud S. *Lucam* συναληγοῦρω-
 7⊕ adhuc mihi tantundem valet ac *Hesychio* φθειρόρω7⊕ in de
 Vit. Philos. K.

τὸ ἐν τῷ συνήθων ἐξέκλινε συνουσίαν) Illud ἐν hic est su-
 spectum. vix enim recte dicitur συνουσία ἐν συνήθων. puto scriptum
 fuisse τὸ μὲν τῷ, videturque exigere sequens ὅ, quod ferè ad μὲν
 refertur. S. Absit ut corrigamus, quod *Nasser* passim adhibet in-
 ter styli elegantias. Hoc enim modo circumloqui amat adjectiva,
 ut hoc loco sit ἢ ἐν συνήθων συνουσία, ἢ συνήθως vel συνήθων, con-
 suetudo familiarium. ita lib. 6. *Hist. Anim.* cap. 15. ἢ ἐξ ἐμῆ μνή-
 μη i. e. ἐμῆ, mea commemoratio. vide indicem in ἐν. K.

Δὲ τῷ ὀπῆς) *Pythagoræ* ad se venienti ita digitum mon-
 strasse scribit *Aristoxenus* de vita *Pythag.* & docet *Laërtius* in vita
 ejus &c. *Heraclides* in republica *Sami*orum. Imo meminit ipse
 in epistola ad *Thaletem*, & tangit *Synesius* in encomio *calvitiei*. S.
 Non tantum digitum per foramen invitentibus ostendit, verum
 etiam adjecit, cum percontarentur, quomodo valeret, χρωτι δῆ-
 λον, *Laërt.* vel, ut *Suidas* habet, χροί δῆλον, vel ex cute summa ar-
 paret. quod deinde in proverbium abiit de rebus manifeste in de-
 terius fluentibus. K.

τῷ θεῶν ἐν Δήλῳ) *Tan. Faber* corrigit, θεῶν τῷ ἐν Δήλῳ,
 quod & *Cl. Menagio* ad *Laërtium* displicuit. S. Ego hic quoque
 manum abstinuerim criticam. K.

μολύσαντα αὐτῷ) Ethnicis quoque creditum est, morbum
 pedicularem à divina nemese enormiter peccantibus immitti. *Pau-
 san.* in *Boeoticis* τῆτον μὲν (Σύδαν) τοιαῦτα ἔς τε *Ἑλληνίδας πόλεις*
 καὶ θεῶς τῶν *Ἑλλήνων ἐκμανέντα ἐπέλαθεν ἀχαρισία τῆ νόσῳ πασῶν*
φθειρῶν ἧ λώθησεν (malim ἀπλώθησεν,) ἢτε πρότερον εὐτοχία
ἔς τοῖστον περὶ ἡλ.θ. ἐν αὐτῷ τέλῳ. illum vero adeo in Græcās urbes
*Græcorumque Deos furentem morbus invasit omnium fœdissimus. pedi-
 culis enim plenus defloruit, & prior illa felicitas hunc finem sortita*
est. Unde Sidon. Apollin. lib. 3. ep. 3. morbum Sullanum dixit
hanc pestem, ubi Savaro. K.

ΚΕΦ. κθ.

CAP. XXIX.

Κόσμος εἶναι ἀπείρητος γελοιῶς
 Ἀλέξανδρῳ ἐπίδυσεν.

Mundus esse infinitos, Ale-
 xander ridicule credidit.

Οὐ γὰρ διὴ δυνάμεαι πεί-

Non possum mihi ipsi

V 2

Ἰβ

Θειν ἑμαυτὸν, μὴ γελᾶν ἐπὶ
 Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου,
 εἶγε ἀπείρους ἀπέων εἶναι τι-
 νας κόσμους, λέγοντι. Δημο-
 κρεῖτε ἐν τοῖς συγγραμμάσιν,
 ὅδε ὠϊᾶτο, μηδὲ τοῦ ἐνὸς κῆ-
 κοινῆ κρατῶν. πόσον δὲ ἐπὶ
 αὐτῷ Δημόκριτος ἐγέλασε
 καὶ αὐτὸς, τί δεῖ καὶ λέγειν;
 ὧ ἔργον τῆτο ὤ.

imperare, quo minus ri-
 deam Alexandrum Philip-
 pi filium. Siquidem quum
 audiret Democritum in
 quibusdam libris infinitos
 mundos constituere, in-
 doluit quod ipse nondum
 unius dominium teneret.
 Quantum vero eum deri-
 serit Democritus, quid o-
 pus est referre, quum hoc fuerit ei consuetum & propri-
 um?

ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ) Historiam habet *Val. Max.* lib. VIII. cap.
 15. & alludit *Juvenalis* Sat. X. v. 168. S.

Δημοκρεῖτε) *Plutarchus* Anaxarchum talia differentem au-
 divisse scribit lib. de Tranq. sed hic forte protulit ex isto. S.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ
 Ἱστορίας

Βιβλίον πέμπτον.

ΚΕΦ. α.

Ὅτι Ταχὸς δι' ἀβροτέραν
 διαίταν ἐτελεύτησεν.

ΤΑΧὸς ὁ Αἰγύπτιος, ἕως
 μὲν ἐχρῆτο τῇ ὀπιχω-
 εῖῳ διαίτῃ, καὶ ἀτελῶς
 διεκίω, ὑγιεινότεα ἀνδρῶ-
 πων διήγη. ἔπειθ' εἰς Πέρσας
 ἀφίκετο, καὶ εἰς τῶν ἐκείνων
 πρυφλῶ ἐξέπεισε, τὸ ἀνδρες τῶν
 σιλίων οὐκ ἐνεγκῶν, ὑπὸ δυσ-

ÆLIANI VARIÆ
 Historiæ

LIBER V.

CAP. I.

*Quod Tachos propter lautio-
 rem victum vitam finierit.*

TAchos Ægyptius, do-
 nec usus est vernaculo
 victu, & frugaliter vixit,
 omnium hominum fuit
 sanissimus. Postquam vero
 ad Persas venit, & in illorū
 luxum delapsus est, quum
 non posset ferre insolent-

εντελείας

εντερίας ἢ βίον κατέσβεψε, tiam ciborum, vitam dys-
 ἢ τρυφῆς ἀλλαζάμεν Θ Δά- enteria finivit, & luxuriam
 νατον. cum morte cominutavit.

εἰς Πέρσας) Eo enim confugit metu Agefilai regis Lace-
 dæmoniorum, quem quod propter brevitatem corporis risisset, in-
 festum sibi fecerat. Vide *Athenæum* lib. XIV. *Plutarchum* in
 vita Agefilai. Cæterum qui Nostro Ταχῶς, Cornelio Nepoti
 Thacus scribitur in Agefilao cap. ult. §. 2. S. *Diodor.* lib. 15.
Tachum ait ab *Agefilao* adjutum regnum Ægypti recuperasse. id
 quod de belli initio acceperim. postea enim ad *Νεβανεβιν* transit,
 Tachumque ad Persas confugere compulit. K.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

Φερεκύδης πῶς τέθνη-
 κεν.

*Quomodo mortuus sit Phe-
 recydes.*

Ὅτι Φερεκύδης Πυθαγόρου
 διδάσκαλῶ ἐμπροσθῶν εἰς ἢ
 ἀρρώστιαν, πρῶτον μὲν ἰδρῶ
 ἰδρῶτα θερμὸν, ἰξώδη, ὅμοιον
 ὡς μύξαις, ὑστερον δὲ θηριώ-
 δη, μετὰ δὲ ἐφθειράσθη καὶ
 διαλυομένων τῶν σαρκῶν εἰς
 τὰς φθειράς, ἐπεγένετο τῆ-
 ξις, καὶ ἔτω ἢ βίον κατήλ-
 λαξε.

Pherecydes præceptor
 Pythagoræ morbo corre-
 ptus, primum emisit sudo-
 rem calidum, viscosum, &
 mucori simillimum: post-
 ea vero beluinum: deinde
 pediculi creverunt: quum-
 que carnes in pediculos
 dissolveretur, tabes secuta
 est, & ita animā exhalavit.

Φερεκύδης) Vide, quæ notavi sup. 4, 28. & adde *Aristot.*
 V. de Anim. cap. 285. S.

ὅμοιον ὡς μύξαις) Vix hæc lectio bona. quid enim vult
 illud ὡς? annon illud ipsum quod ὅμοιον? igitur aut delendum
 aut scribendum ο. ταῖς μύξαις S. Nihil hoc quidem loco re-
 jiciendum. Nam ὡς sæpe per pleonasmum elegantem Græcis
 usurpatur. *Polybius* lib. 1. pag. 52. ὡς ἐπὶ τῷ Λιβύης, ubi vide
 notas Clar. Jac. Gronovii, *Herodianus* lib. 3. cap. 11. δειμύτεροι
 ὡς πρὸς τὰς ἐνοίας οἱ ὑπὸ τῷ ἀνατολίῳ ἀνδρωποῖ. *Orientalis ac-
 mine ingenii valent præ cæteris*, ubi frustra sunt qui ὡς Latine red-

dere conati sunt. Suidas ad τὸ , ὡς γ' ἐμοὶ κείνη , παρέλκει ὡς , inquit. vide indicem in ὡς. Cæterum quod ad rem ipsam attinet, notavit Phoius ex Agatharicide, acridophagorum genti πτερωτὰ γλῆ φθειρῶν, alatos quosdam pediculos è corporibus subnasci, καὶ τῶν θηρίων ἐκφύσεως καὶ λεπτῶν ἀναχομῶν ἰχώρων, una cum animalculis enatis tenui exoriente sanie &c. Strabo l. 16. Geogr. de eadem gente. τὰ τετραράκοντα ἔτη στανίως ὑπερβιάσιν, ἀπὸ θηριμύτης αὐτῶν τὸ σαρκός. quod reddit Xylander. raro quadragesimum superant annum, carne jam inferiorem versa. malim, carne jam in bestiolas vel pediculos resoluta. Hoc enim signat hoc loco τὸ ἀπὸ θηριμύτης. K.

ΚΕΦ. γ.

CAP. III.

Περὶ τῶν Ἡρακλείων σηλαῶν.

De Columnis Herculis

Αἰριστοτέλης τὰς νῦν Ἡρακλείους σήλας καλεμένας, περὶ κληθῆναι τέτο, φησὶ, Βειάρεω καλεῖσθαι αὐτάς· ἐπεὶ δὲ καθῆρε γλῶ καὶ θάλασσαν Ἡρακλῆς, καὶ ἀναμφιλόγως δειργέτης ἐγένετο τῶν ἀνθρώπων, τιμῶντες αὐτὸν, καὶ μὴ Βειάρεω μνήμην παρ' ἐσθ' ἐποιήσαντο, Ἡρακλείους δὲ προσηγόρευσαν.

Aristoteles affirmat eas columnas, quæ nunc Herculis appellantur, antequam hoc nomen sortirentur, Briarei dictas esse. Postquam vero Hercules terram mareque purgasset: & sine dubio bene meritus esset de genere mortalium, tum Briarei nomen eos neglexisse, & Herculis columnas nominasse.

Βειάρεω.) Locum Aristotelis ignoro, dubitoque an in iis extet, quæ ad nos ex multis ejus viri scriptis pervenerunt. Interim veram esse lectionem credo ex Hesychio, apud quem Βειάρεω σήλας explicantur αὐτῶν Ἡρακλείων λεγόμεναι. Porro quis hic Briareus fuerit, cujus mentio fit hoc loco, non sum satis certus. Puto tamen eum intelligi, quem crudelissimum tyrannum fuisse, alioque nomine Ægeum appellatum docent Virgilius lib. VI. Æneid. Servius ad eum locum, Apollonii Scholiastes, Timocles apud Athenæum lib. VI. Pausanias in Corinthiacis & alii. Erasmus Chiliad. 1. cent. 7. vetustissimum Herculem sic nominatum

tum scribit, auctorem non laudat. Sed forte habet ex *Scholiasse* Pindari, qui hoc Herculis inter alia cognomentum asserit fuisse, & *Gyraldus* monet in Syntagm. Imo potius ex Clearcho, qui apud *Zenobium* in ἔτϙ ἀλλϙ Ηρακλῆς, meminit Briarei καλε-
 μῆς Ηρακλῆος ante Tyrium Herculem, quem & ad columnas istas ait profectum, & sic inde acceperint nomen. *Eustath.* ad *Dionys.* Perieg. de iisdem columnis: olim vocabantur Saturni colum-
 νῆα, deinde columna Briarei, nam usque ad illos montes protende-
 bantur eorum fines. S. Briareus, Ægæon, Gyges est gigascen-
 timanus, tribus nobilis nominibus, de quo inter alios *Phavorin.*
 in Αἰγαίῳν. *Demetrius Caletianus* Briareum unum ex Cyclopi-
 bus ait fuisse, qui habuit filios Sicanim & Ætnani. apud *Διο-
 nem Prusæum* vocatur, θεὸς πρεσβύτερος, ἔ πλείσασ μὲν κεφαλῶν,
 πλείσασ δὲ χεῖρες, additque illi ipsi litem, quæ inter Neptunum
 & Solem de possessione Corinthi fuit, suo arbitrato decidendam
 à litigantibus commissam esse, in *Corinthiaco.* confer & *Τρεzem* in
Lycophron. K.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

Περὶ φυτῶν τινῶν ἐν Δήλῳ
 θαλάσσιων.

*De plantis quibusdam na-
 scentibus in Delo.*

Ὅτι ἀναθηλαγ λόγϙ ἐστὶ
 Δήλιϙ φυτὰ ἐν Δήλῳ,
 ἐλαίαν καὶ φοῖνικα· ὧν ἀψα-
 μένλω ἢ Λητῶ, ἀφ' οὗς λατο-
 κῆσαι, τέως ἔ δλωαμένλω
 τῆτο δρῶσαι.

Fama est, in Delo pro-
 venisse olivam & palmam:
 quibus tactis Latonam su-
 bito partum edidisse:
 quum ante id facere non
 potuisset.

ὧν ἀψαμένλω) *Hyginus* fab. CXL. *Ibi* (in Delo insula)
Latonæ oleam tenens parit Apollinem & Dianam. Adde fab. LIII.
 & *Catull.* Hymno ad Dianam. Vindicant hoc tamen sibi *Ephesii*
 apud *Tacit.* III. An. cap. 61. S. *Scholiasstes Apollonii* in lib. I.
Argonaut. ἔδϙ ἐστὶ ταῖς κύσσας τῶν παρακειμένων λαμβάνεσθ ἢ
 λατοκρίζειν ἐαυτῶς τῶν ἀλαγθῶν, ὡς καὶ ἡ Λητῶ ἐλάβετο ἔ φοῖνικος.
*solent parturientes præcipua quædam arripere atque ita dolores suos le-
 vare, quemadmodum & Latonæ palmam comprehendit.* K.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

Περὶ Ἐπαμινώνδου ἀκτημο-
σύνης, καὶ μεγαλοφροσύνης.

*De Epaminonda inopia, &
animi magnitudine.*

Ἐπαμινώδης ἓνα εἶχε
πέλιωνα, καὶ αὐτὸν ῥυπῶντα.
εἴ ποτε δὲ αὐτὸν ἔδωκεν εἰς
γναφτίον, αὐτὸς ὑπέμενε
ἕκκοι δὲ ἀπορίαν ἑτέρη. ἐν
δὴ τέτοις τὴν περιουσίαν, τὴν
Περσῶν βασιλέως παρέμψαν-
το αὐτῷ πολὺ χρυσίον, ἔ-
περσῆκαλο. καὶ εἴ τι ἐγὼ νοῶ,
μεγαλοφρονέστερον ἢ δι-
δόντα ὁ μὴ λαβών.

Epaminondas unam so-
lum habebat vestem, eam-
que sordidam: si quando
vero eam misisset ad fullo-
nam, ipse se domi conti-
nere ob indigentiam alte-
rius cogebatur. In tanta
igitur bonorum copia
quum ei Persarum rex ma-
gnam vim auri dono mi-
sisset, non accepit: &, ut

mea quidem fert sententia, celsiore animo fuit is, qui
aurum non cepit, quam qui donavit.

Ἐπερσῶν βασιλέως) Artaxerxis. Rem prolixè descri-
bit Cornelius Nepos in Epaminonda. S.

ΚΕΦ. ΣΤ.

CAP. VI.

Περὶ Καλάνου ἐμβουλίας
τιλδουτῆς.

*De ultronea morte Ca-
lani.*

Ἀξίον δὲ καὶ τὸ Καλάνου τὴν
Ἰνδῶν τέλῃ ἐπαμείσαι; ἄλλος
εἴ ἂν εἶπεν ὅτι καὶ ἀγαθῆ-
μα. ἐγένετο δὲ τοιοῦτον, Κά-
λανος ὁ Ἰνδῶν σοφιστῆς μα-
κρὰ χαίρειν φράσας Ἀλε-
ξάνδρῳ, καὶ Μακεδόσι, καὶ
τῶν εἰῶ, ὅτε ἐβελήθη ἀπολύ-
σαι αὐτὸν ἐκ τῆς σώματος.

Est & Calani Indi finis
dignus quem laudemus,
alius dixisset quem admire-
mur. Fuit autem ejusmodi.
Calanus sophista Indus,
quum longum vale dixisset
Alexandro, Macedonibus
& vitæ, quando seipsum è
corporis vinculis liberare

διεσῶν,

δισμῶν, ἐργένηλο μὲν ἢ πυ-
 ρὰ ἐν πῆ καλλίσῳ προαστείῳ
 τῷ Βαβυλωνίῳ, καὶ ἡ τὰ
 ξύλα αὐτὰ, καὶ πρὸς δωδίαν
 εὖ μάλα ἐπίλεκτα, κέδρε,
 καὶ θυό, καὶ κυπαρίθι, καὶ
 μυρσίνης, καὶ δίαφνης, αὐτὸς
 δὲ γυμνασάμενος γυμνά-
 σιον τὸ εἰωθὸς, (ἦν δὲ αὐτὸ
 δρόμος,) ἀνελθὼν ὑπὲρ μέσης
 τῆς πυρᾶς ἔστη ἐσεφανωμένῳ
 καλάμῳ κόμῃ καὶ ὁ μὲν
 Ἡλιῶ αὐτὸν προσέβαλλεν.
 ὁ δὲ αὐτὸν προσκυύει. καὶ
 τῆτο ἡ τὸ σῶθῆμα εἰς τὸ
 ἐξάσπειν τὴν πυρὰν τοῖς Μα-
 κεδόσι καὶ τὸ μὲν ἐδραῖτο,
 ὁ δὲ περιληφθεὶς τῷ φλογός,
 ἀτρέσως εἰσῆκει, καὶ ἔ πρό-
 τερον ἀνετράπη, πεινὴ διε-
 λύθη. ἐνταῦθα, φασίν, ἐκ-
 πλαγῶσαι καὶ τὸν Ἀλέξαν-
 δρον, καὶ εἰπεῖν, ὅτι μείζονας
 ἀντιπάλους αὐτῷ Κάλανῳ
 κατηγωνίσασαο. ὁ μὲν γὰρ πρὸς
 Πῶρον, καὶ Ταξίλλῳ, καὶ Δα-
 ρείῳ διήδησεν· ὁ δὲ Κάλαν-
 ος, πρὸς τὸν Πόνον, καὶ τὸν
 Θάναλον.

volebat, extructa & appa-
 rata pyram Callisto sub-
 urbio Babylonis ex lignis
 aridis & ad provocandam
 bonam fragrantiam dele-
 ctissimis cedro, thyo (vel
 thuiο) cupressο, myrto, &
 lauro, ille solitum exerciti-
 um obivit, (erat autem id
 cursus) & accedens in me-
 dia strue constitit corona-
 tus foliis arundinum, af-
 fulgente sibi sole quem
 ipse adorabat: atque hoc
 dederat signum Macedoni-
 bus, ut pyram incende-
 rent, quod quum fecissent,
 ille circumdatus flammis
 immotus constitit: neque
 ante collapsus aut subver-
 sus est, quam expirasset.
 Tunc ajunt Alexandrum
 cum stupore quodam ad-
 miratum dixisse, Calanum
 potentiores hostes debel-
 lasse, quam se. Nam Ale-
 xander cum Poro, Taxila
 & Dario bellum gesserat:
 Calanus vero cum labore
 & morte.

τὸ Καλῶν τῷ Ἰνδῷ τέλει) Adde *Plutarchum* in Alexan-
 dro. *Strabonem* lib. XV. *Diodorum Siculum* lib. XVII. *Bibl.*
Athenæum lib. X. *Ciceron.* de *Divinat.* I. & *Quæst.* *Tusc.* II.

Arrianum lib. VII. *Val. Max.* lib. I. cap. ult. *Suidam.* Cæterum hunc *Calanum* sic à salutando vocatum à Græcis, qui sua lingua *Sphines* dicebatur, memorat *Plutarchus* supra dicto loco. S. *Clearchus* ἄπει ὕπνε: καλεῖται δὲ ὡς φασιν οἱ φιλοσοφοὶ παρὰ μὲν Ἰνδοῖς Καλλάνοι, παρὰ δὲ Σύροις Ἰσδαῖοι, τὸ ἄνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς τόπης. dicuntur autem *Philosophi* apud *Indos* quidem *Callani*, apud *Syros* vero *Judæi*, nomen trahentes à loco. quod ultimum apertè falsum est. K.

ἐκ τῆς σώματος δεσμῶν) Nam & hi æternum animum credebant. Pertinet huc quod *Calanus*, cum in rogam ascenderet, dixisse fertur: O præclarum discessum è vita, cum, ut *Herculi* coniigit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit. *Cicero*. S. Animam ἀτεχνῶς ἐν τῷ σώματι ἀφαιδεδεμένῳ plane in corpore vincetam *Plato* in *Phædone* ait. alius apud *Eusebium*. corpus vocat *θυλάκιον κρεῖττιον* sacculum carnis in *Odysseæ* pag. 1450. *Marcion* cum suis hanc doctrinam cupide arripuit dixitque τὸ σῶμα δεσμός ἐστι ψυχῆς καὶ πάντων τῶν κακῶν αὐτὸ ἐστὶ αἴτιον. corpus est anima vinculum & omnium malorum causa, quod refutat eleganter *Origenes* *Dial. contra Marcionitas.* pag. 138. Edit. *VVeistemanæ.* Eodem verò argumento contra ipsum *Origenem* qui à *Propheta Jeremia* animas dici δεσµώτιδας voluerat, utitur *Methodius* ἄπει ἀναστάσεως λόγῳ apud *Photium* pag. 479. Ed. *Hæsch.* K.

ἐν τῷ Καλλίῳ) Hoc solus autor noster. Melius alii, iudicio *Bocharti* *Par. 1. Geog. Sac.* lib. IV. cap. 13. quia *Calanus* moriturus dixisse fertur, se *Alexandrum* μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν *Βαβυλωνί* ὄψεσθαι, quod non conveniret, si *Babylone* fuisset mortuus. Refert *Plut.* & *Arrianus.* Etiam *Καλλίον* esse nomen proprium suburbii, ut *Interpres* censuit, ambigo, & autores idoneos hujus rei adhuc quæro. S. Error *Interpretis* fluxit ex eo, quod *Princeps Editio*, quam aliæ secutæ sunt, habuit ἐν τῷ *Καλλίῳ* παρασίῳ. illud grandiusculum & unciale K nominis proprii auctoritatem conciliavit appellativo. scribendum autem *καλλίῳ*. Nam in pulcherrimo *Babylonis suburbio* pyram *Calano* exstructam dicit. Et imitatur *Noster Thucydidem*, qui lib. 2. de *Ceramico*, Atheniensium publico Sepulchreto, ἔστιν, inquit, ἵππὶ καλλίῳ παρασίῳ τῆς πόλεως. Sunt quidem, qui alibi in *Persia* id factum scripsere, sed mirum adeo non est, nec novum Græcis scriptoribus, ut in historia *Calani* adversis inter se frontibus concurrant. Componatur saltem *Arrianus* lib. 7. cum

cum *Nostro*, & erit contradictionum messis uberrima. *Athenæus* lib. X. *Χάρης* &c. *ᾨὲ Καλάνος* (εἶπε) τῷ *Ἰνδῷ φιλοσόφῳ*, ὅτι ρίψας ἑαυτοῦ εἰς πυρρὴν ἐνημεμένῳ ἀπέθανε. quod in ardentem se miserit rogi atque ita obierit. *Onesicritus*, qui *Alexandri* gubernavit navem & coram vidit *Κάλανον καϊόρμον*, combustum *Calanum*, inquit, quod ἐμπρόσθε εἰς τὸ πῦρ, in ignem insiliens perierit, *Noster* vero aliud. Solebant quidem non ita agere *Brachmanes*, ἀλλ' ἐπειδὴν νήσωσι πλησίον παραστάντες, ἀκίνητοι ἀνέχονται παρασπίρμενοι, εἴτ' ἐπιδύναντες, καὶ χημία καίουσιν, ἕλ' ὅσον ὀλίγον ἐντρέψαντες τὴν κατακλίσεως. postquam rogi constituxerunt prope astantes se adiuri patiuntur immobiles, deinde ascendentes & in uno eodemque corporis habitum durantes, vivuntur, nec vel tantillum immutanti reclinatum corpus. *Lucianus* in *Vita Peregrini*. *Philo Jud.* in de *Abrahamo* refert, *Ἰνδῶν τὴν γυμνοσοφιστῶν ἀρχὴν*. Ἐν τῷ ἐπειδὴν ἀρχῇ) καθ' ἡμέραν λαμβάνειν ἢ μακρὰ καὶ ἀνιάτῳ νόστῳ τὸ γῆρας, πρὶν βεβραϊῶν κρηθῆναι, πῦρ ἀψυλῶν, αὐτὰς ἐμπροσθεν, ὀλυμαμένους ἔτι πρὸς πολλὸν ἰσως ἀντιχεῖν, *Indorum Gymnosophistas etiamnum, senectute, morbo illo diuturno & insanabili, ingruente, antequam plane ingravescat, se ipsos rogo incenso comburere, etiamsi longius fore oblectari senio possint.* *Calanum* quoque spontanea sui ipsius exustione senectutis mala occupare voluisse *Arrianus* indigitat lib. VII. vide *Cicero* V. *Tusc. Quæst.* & *Strab.* pag. 720. *Ammian.* l. 29. cap. 9. K.

καὶ *Ἰρύς*) *Gesnerus* legit, καὶ *Ἰύς* vel *Ἰύις*. S. *Ἰρύς* retinendum. Ita enim *Noster* etiam in *Hist. Anim.* lib. 14. cap. 14. *τεθῆλος τε αἰεὶ Ἰρύον, semper virens junco.* *Hesychius* more *Grammaticorum*, *Ἰρύον, εἶδος βοτάνης.* *Suidas* meminit *Ἰρύνης ψάθης* tegetis ex junco confectæ. vide *Plinium* l. 21. cap. 18. K.

Ἐπιληφθεὶς τῷ φλογός) Patet excidisse, ὑπὸ, ut sit ὑπὸ φλογός, ille flamma circumdatus &c. K.

ἀτρέσως) MSS. B. & C. ἀτρέπτως. atque ita legit interpres in suo, & legendum esse docent sequentia. Nam ἀτρέσως est sine timore. quod hic non attenditur. S. Cur hoc loco ἀτρέσως intrepidè non attendendum causam video nullam. Nam τὸ ἀτρέσων, animus timore vacuus efficit gignitque τὸ ἀτρέπτον, i. e. erectum sui que similem vultus, corporis & animi constantiam. ἀτρέσων οἰκῆν ex *Euripide* habet *Noster* l. 3. H. A. cap. 15. & alibi. K.

πρὶν δὲ διαλυθῆναι) Antequam in cineres diffluit. hæc enim *Ἀλάσις* hoc loco innuitur. K.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VII.

Περὶ Αναχάρσιδος.

De Anacharside.

Οἱ μὲν Σκύθαι περὶ τὴν
ἑαυτῶν ὠλανῶνται. Ἀνα-
χάρσις δὲ, ἅτε ἀνὴρ σοφὸς, καὶ
περαιτέρω προήγαγε τὴν
ὠλανίαν. ἦκε γὰρ εἰς τὴν Ἑλλά-
δα, καὶ ὁ Σόλων ἐθαύμασεν
αὐτόν.

Scythæ in sua tantum re-
gione oberrant. Anachar-
sis vero, tanquam vir sapien-
tia eximia munitus, etiam
ulterius suum errorem
produxit. Venit enim in
Græciam, & apud Solonem
in magna fuit admiratione.

οἱ μὲν Σκύθαι) Adde Laërtium in ipsius vita. S. Plutarch.
in Solone & in Convin. 7. Sapient. K.

καὶ περαιτέρω προήγαγεν) More veterum sapientum. Ex-
emplo sunt Thales, Plato, Solon, plurimique alii. Hinc & Laër-
tius de Socrate, ἀπιδήμιος σὺν ἐδέηθη, καθάπερ οἱ πλείους. vide
Diodor. Sicul. lib. I. Bibl. S.

ΚΕΦ. Η.

CAP. IIX.

Πῶς τινες τὰ σκώμματα
ἤνεγκαν.

Quomodo aliqui tulerint
scommata.

Τὰ σκώμματα καὶ αἱ
λοιδοεῖαι ἐδέν μοι διοκεῖ δὴ-
νασθαι. εἴαν γὰρ σερεῖας γνώμης
λάβωνται, καθάλλευσται.
εἴαν δὲ ἀγνῶν καὶ ταπεινῆς,
ἔχουσε καὶ ἐ μόνον ἐλύπησε
πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἀπέκτενε.
τέτων ἀποδείξις ἐκεῖνα ἔσω
Σωκράτης μὲν ἐν κοιμωδῆ-
μων, ἐγέλα. Πολιάγρῳ
δὲ, ἀπήξαστο.

tur, ridebat: Poliagrus vero, seipsum strangulabat.

σερεῖας

σερεῶς γνώμης) Musonius apud Stobæum serm. XVII. Μὴ πρόψυχον τὸ ἀγανακτεῖν, ἢ ἐπιλείνεσθαι τῶν τοιούτων. πρῶτος δὲ καὶ κούχως οἴσειν τὸ συμβᾶν, ἐπεικὴ πρόπον τῆτο τῆ βελομῶν εἶναι μεγαλόφρονι. Adde reliqua. Seneca Consolat. ad Helviam: *Nemo ab alio contemnitur, nisi à se ante contemptus est. Humilis est projectus animus fit isti contumelia opportunus, &c.* & libro de constantia Sapient. cap. 10. *Sapientis à nullo contemnitur, magnitudinem suam novit, nullique tantum de se licere, renunciat sibi & omnes has, quas non miseras animorum sed molestias dixerim, non vincit, sed ne sentit quidem.* Adde Hugonem Grotium lib. II. cap. 1. §. 10. de I. B. & P. S. Luc. in Piscatore. οἶδα, ὡς ὅσα ἂν τι ὅσο σκάμματι & χεῖρον ἤλοι, ἀλλὰ τενανλίον ὅπερ ἂν ἢ καλὸν ὡπερ τὸ χρυσίον, ἀποσώμενον τοῖς κόμμασι λαμπροτερον ἀποσιλβεί, καὶ φανερωτέρα γίνεται, scio, quod nihil convitiis fiat detestius, quam potius, quod pulchrum in se est, ut, aurum iestibus concussum, splendidius emicat & illustrius redditur. Quapropter convitiatores non querunt illi, dere dentem solido, sed fragili, ut Horatii verbis utar. Lacedæmonii autem à pueris didicerunt τὸ σκάπτειν καὶ σκωπτόμενον μὴ δυχεραίνειν, scommata dicere & dicta æquo animo pati. Qui vero tenerioris frontis erant, eadem deprecabantur & statim ἐσκώπτων ἐπέπαυτο. vide præter Xenoph. in de Rep. Lacædam. Porphyrium lib. IV. τῶν ἀπὸ χῆς. p. 52. K.

ἐγέλα) Seneca de const. cap. 18. Musonius apud Stobæum sermon. 20. S.

ΚΕΦ. Θ.

Περὶ Αἰριστοτέλους.

CAP. IX.

De Aristotele.

Αἰριστοτέλης ἀσωτῶσα-
μεν & τὰ ἐκ τῆ πατρὸς
χρήματα, ὥρμησεν ὅτι στρα-
τεῖαν. εἶτα ἀπαλλάττων κα-
κῶς ἐν τῆτω, φαρμακοπό-
λης ἀνεφάνη. παρεισρυεῖς δὲ
εἰς τὸν περὶ πατον, καὶ ὡδρα-
κῶν τῶν λόγων, ἀμείνων
quum forte in peripatum venisset, & audiens docen-

Aristoteles abliguritis
omnibus pecuniis, quæ ex
hæreditate parentis ad
ipsum devenerant, in mili-
tiam profectus est. Deinde
quum sinistre malisque a-
vibus hoc ei procederet,
pharmacopolam egit. Et

πεφυκῶς

πεφυκὸς πολλῶν , εἴτα ἐξ
 περιβάλετο, ὡς μετὰ ταῦτα
 ἐκτίσατο.

tium sermones, quum na-
 tura multis esset præstan-
 tiore, habitum sibi com-

paravit, quem deinde in opus produxit.

Αριστοτέλης) *Suidas* : Τίμαιός Φησι καὶ Ἀριστοτέλης , εἶναι αὐτὸν εὐχερῆ , θρασυῶ , ἀσπιδιῶ , ὀψιμαδῶ , μισθὸν ὑπάρχοντα , καὶ τὸ πλεονεκτήσιον ἰατρικὸν ἀποκεκλειότα . πρὸς δὲ , γαστρίμαργον , ὀφθαλμικῶν ἐπὶ σῶμα φερόμενον ἐν πᾶσι . *Athenæus* lib. VIII. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης καὶ Ἀριστοτέλη τὸ φιλόσοφον ὀψοφάγον Φησι γεγονέναι . *Apud eundem* dicto libro *Epicurus* ἐν τῇ ἀπὸ ἐπιτηδωμάτων ἐπιτολῇ , prodit , ὅτι καθ' ἑαυτὸν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατιᾷ ἀγέρησε , καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων , ἐπὶ τῇ φαρμακοπωλείῃ ἦλθεν . εἴτα ἀναπεσθαιμὲνος ἔπι Πλάτωνος ἀεικλίτες Φησι παραβαλὼν ἑαυτὸν ἀσπιδιῶσι τοῖς λόγοις , ὅτι ἂν ἀφύης , καὶ καὶ μικρὸν εἰς τὴν θεωρητικὴν ἐξῆλθεν . Sed hæc omnia falsa sunt & ficta . Vide eruditissimum *Cassiodorum* ad *Laërtii Epicurum* , ubi similia de *Aristotele* dicuntur verius , quam probantur . Adde *Francisci Patricii Discussion. Peripatet.* Tom. I. l. I. pag. 2. ut suadent notæ *Codici Borgiani* S. Adeas licet etiam excerpta *Polybii de Virtut. & Vitiis* p. 1393. & 99. quem *Suidas* , ut solet , ad verbum exscripsit . Cæterum *Aristotelem* plurimi dentatis chartis dictisque lacerarunt . *Themistius* enim *Orat. IV.* ait . Κηφισιδώρης καὶ *Eubulidas* καὶ *Τίμαιος* , *Δικαιάρχης* καὶ *στρατὸν ὄλον* τῶν ἐπιτηδωμάτων *Ἀριστοτέλει* &c. *Cephesidoros* , *Eubulidas* , *Timæos* & *Dicaarchos* totumque exercitium *Aristotelis Stagiritæ* infestum qui potero facile percensere ? quorum orationes etiamnum virulentos & contentiosos spirant animos . Quibus adde *Alexinum Eriticum* , *Democharem* , *Lyconem Pythagoricum* . ex *Aristotele Peripatetico* lib. 7. de *Philos.* cuius ῥῆσιν dabit *Euseb.* lib. 14. *Præp. Evang.* p 791. ubi inter alia habet , eorum , qui *Aristotelem* calumniati sunt , καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ βιβλία τεθνηκέναι τῶν σωματίων μακρόν . Κ.

Κ Ε Φ . κ

C A P . X .

Νηῶν πινῶν , καὶ ὀπλιτῶν
 ἀριθμὸς , ἐς οἰ Ἀθηναῖοι
 ἀπώλεσαν

Navium aliquarum & *at-*
matorum numerus , quos ami-
serunt Athenienses.

Νηῖται

Νηϊτῶν ἑξήκοντα Ἀθηναῖοι εἰργάζοντο ἑαυτοῖς ἀεὶ φιλοπόνως, κατὰ χρόνον δὲ τὰ μὲν καλοῦσθαι, τὰ δὲ ἠτιώμενοι, ἀπώλεσαν, τετάρεις μὲν ἐν Αἰγύπτῳ διακοσίας, οὐδὲν τῶν πλεονάσασιν· περὶ Κύπρον δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἐν Σικελίᾳ τεσσαράκοντα καὶ διακοσίας· ἐν δὲ Ἑλλησπόντῳ διακοσίας. ὁπλίται δὲ ἀπώλοντο αὐτοῖς ἐν Σικελίᾳ μυριάδες τεσσαρες, χίλιοι δὲ ἐν Χαρονεῖᾳ.

Athenienses semper summo studio navium classem sibi compararunt: & pro temporis intervallis nunc victores, nunc victi amiserunt, triremes in Ægypto ducentas, una cum supplementis; in Cypro centum & quinquaginta, in Hellesponto ducentas. Armaturæ gravis milites eis perierunt in Sicilia ad quadraginta millia, in Charonea mille.

νηϊτῶν ἑξήκοντα) Pleraque hujus capituli debentur *Isocrati*, in *Oratione de Pace* p. m. 417. εἰς Αἰγύπτον μὲν γε Διακοσίαι πλεύσασαι τετάρεις αὐτοῖς πληρώμασι διεφθάρησαν. περὶ δὲ Κύπρον πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἐν δὲ τῷ Πόντῳ μυρίας ἑπτάστας αὐτῶν καὶ τῶν συμμάχων ἀπώλεσαν, ἐν Σικελίᾳ δὲ τέτταρας μυριάδας καὶ τρεῖς τεσσαράκοντα καὶ Διακοσίας. τὸ δὲ τελευταῖον ἐν Ἑλλησπόντῳ Διακοσίας. τὰς δὲ καὶ ἑλέκα καὶ πέντε καὶ πλείους τέττων ἀπολλυμένας, καὶ τὰς καὶ χιλίας καὶ διχιλίαις ἀποθνήσκοντας, τίς ἂν ἐξαριθμῆσαι; *ducentæ quidem naves in Ægyptum solventes cum ipsis classiariis perierunt. circa Cyprum vero centum quinquaginta. In Ponto suorum & auxiliorum militum gravis armaturæ decem millia desiderarunt. in Sicilia autem quadraginta millia cum ducentis quadraginta triremibus. In Hellesponto ducentæ amissæ sunt. quoties autem modo decem, modo quinque, aut plures pessum ierint, & mille vel bis mille homines cæsi sint, quis quæso enarraverit?* Conferantur ista cum *Æliano* & apparebit eum *Isocrati* lectorem imitatoreque sedulum fuisse. K.

Διακοσίας) *Diodorus* habet τετρακοσίας. vide eum lib. XI. & XIII. convenit magis *Thucydides*. lib. I. quanquam ad ducentas istas accessisse & ipse dicat naves quinquaginta. Belli porro cum Ægyptiis mentionem facit etiam *Justinus* lib. III. cap. 6. S.

σὺν τοῖς πληρώμασι) De hoc nihil ante dictus auctor. Navestantum accendisse scribit. Cæterum quæ fuerint πληρώματα apud Græcos, dixi lib. II. cap. 3. de Militia Navali. S.

πρὸς κύπερον) An eo bello, quod duce Cimone ibi gestum? atqui tunc fuere victores. vide *Corn. Nepot.* S.

ἐν δὲ σικελίᾳ cui bello Nicias præfuit. Habes omnia apud *Thucydidem* lib. VII. *Diodorum* lib. XIII. & *Plutarchum* in Nicia. S.

ἐν Ἐλλησπόντῳ) Ad Ægos Potamos, superati à Lacedæmoniorum duce Lysandro. vide *Diodor.* prædicto libro. S.

Χίλιοι δὲ) Et plures, bello cum Philippo. Consule *Diodor.* lib. XVI. & *Suidam* voce *Δημοσθένους*. S.

Κ Ε Φ. ια.

CAP. XI.

Περὶ Θρακῶν βασιλέως ὠμότητος καὶ τῶν αὐτῶν υἱῶν.

De crudelitate regis Thracum erga liberos.

Ὁ Θρακῶν βασιλεὺς, (τὸ δὲ ὄνομα λεγέτω ἄλλῃ,) ὅτε ὁ Ξέρξης ὅπῃ τι τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευεν, εἰς Ροδόπων τὸ ὄρεον ἀπέδρα· τοῖς δὲ ἐξ πατρῶν αὐτῶν σωσεβέλας μὴ στρατεῖν ὅπῃ τι τὴν Ἑλλάδα. διήλον δὲ, ὅτι φιλέμῳ υἱῷ ὁ ἀνήρ. οἱ δὲ οὐκ ἐπειάθησαν. ὑπεστρέφαντες δὲ αὐτῶν πάντα ἐξετύφλωσε, μὴ ποιήσας ἑλλητικά.

Rex Thracum (nomen alius dicat) quum Xerxes in Græciam bellum importaret aufugit in montē Rhodopen. Sex vero suis filiis consulebat, ut ne contra Græciam arma caperent: ex quo manifestum est, eum Græcis bene cupivisse. Verum quum illi patri morem non gessissent, reversis omnibus oculos

eruit, rem perpetrans homine Græco indignam.

Ὁ Θρακῶν βασιλεὺς) Habet, ut opinor, ex *Herod.* lib. 7. quoniam & ipse nomen ejus non prodit. Tantum enim ita scribit ὁ τῶν Βισαλλέων βασιλεὺς γῆς τε τῆς Κρησιτικῆς θρηῆξ. Nisi velimus θρηῆξ esse nomen proprium ejus regis, quod non credit *Ælianus*. S. Nec quisquam opinor crediturus est. K.

ἑλληνικά) MS. C. ἑλληνικῶς. S. Iterum explicat MSi. Iectio *Nostri*. ἑλληνικά enim Atticè, communiter ἑλληνικῶς dicitur. K.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

Ὅτι ὁ Δημάδης ἐξημιώθη, ψηφισάμενος θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον.

Demades multatus, quod decretum fecerat, ut Alexander in Deorum numero haberetur.

Οὐ δύναμαι δὲ Ἀθλιωάων μὴ ἐφιλεῖν ταῦτα. ἐκκλησίας ἕως Ἀθλιωάοις παρελθῶν ὁ Δημάδης, ἐψηφίσασθε θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τεισκαμδέκαλον. τὸ δὲ ἀσελείας ὁ δῆμος τὸ ὑπερβάλλον μὴ ἐνεγκῶν, ζημίαν ἐτιμήσατο πρὸς Δημάδει ταλάντων ἑκατόν, ὅτι θνητὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ὄντα ἐνέγραψε τοῖς Ολυμπίοις.

Non possum non hoc factum Atheniensium exofculari. Convocata Atheniensium concione Demades surgens, decreto iussit, ut Alexander scriberetur deus decimus tertius. At populus impietatis magnitudinem non ferendam ducens, Demadi irrogavit multam centum talentorum, quod Alexandrum mortalem & hominem ascripsisset Olympicis.

τεισκαμδέκαλον) Præcipui, quos Græci veteres colebant, diierant duodecim, vel οἱ δωδεκα à numero appellati, quos *Ennius* his versibus comprehendit.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Meminit *Pausanias* in Atticis. σοῦ, inquit, ὅπισθεν ἀποδόμην) γραφῆς ἔχουσα θεὸς δωδεκα καλεσθῆναι. His Demades adscribi vult Alexandrum, eumque decimum tertium constitui. S. Demades ille Macedonico conductus auro quævis scribere aut facere in gratiam Regis Alexandri ausus est, & deinde absurda psephismata vel decreta his verbis tueri: τῆτο τὸ ψήφισμα ὅσον ἐγὼ ἔγραψα, ἡμὰ πόλεμον, τῷ Ἀλεξάνδρῳ δόξατι γραφῶν, illud decretum non ego scripsi, sed bellum, idque Alexandri hastâ. *Demetr. Phalerens* de Elocut. *Plutarchus* in Vita *Phocion*. ait, eum

X

solicum

solitum dicere, neminem fore, qui sibi vitio vertat hæc vel illa dicta vel facta *πολιτῶν ἄρχῃ ναύαρχον τὴ πόλιν*, cum res urbis naufragas administraret. Tandem illum ipsum Macedones, quorum totus fuerat, una cum filio miserrimè trucidarunt. *ibidem*. Cæterum *Joh. Stobæus* Ser. 147. habet, Philippum Alexandri patrem etiam *τελοκαίδεκατον θεόν*, decimumtercium Deum cognominatum, cum Cleopatrx filix nuptias ingenti pompa celebraret, & posttridie in theatro interfectus jaceret. Vide locum & adde *Diodor.* lib. 16. pag. 480. 82. imprimis *Æneam Gazæum in Theophrasto* pag. 43. adi supra lib. 2. cap. 19. & notas *Salmasii in Histor. August.* p. m. 138. Breviter, voluit Alexander *πάρεδρος* haberi XII Deorum, quos Græci dicebant *Ολυμπίαις*, & Athenienses dedicatâ arâ publice colebant. vide supra l. 2. c. 9. K.

εκατὸν) Tanta vero summa hominem privatum & rhetorem multatum, vix est verisimile. Quid? si cum *Athenæo* scriberemus *δέκα ταλάντων*. Videretur profecto vero propius. Habet autem *Athenæus* hanc historiam l. VI. c. 13. S. Etiam si populus Atheniensium majorem multam Demadi irrogasset, is tamen nihil solvere aut voluit aut potuit. Septies enim convictus de vi legibus & decretis illatâ infamiaque notatus, publicè dicendi libertatem amiserat. Nec tamen multam impositam vel ex parte solvit. *Plut.* in *Phoc.* K.

τοῖς Ολυμπίαις) h. e. *τοῖς δώδεκα*. Idem enim sunt, & sic dicti, quod Jovi, cum à Titanibus oppugnaretur, auxilio venissent. *Diodorus Siculus* lib. IV. *Ζεὺς τῆς μὲν συναγωγῆς ἀρχὴς τῶν θεῶν μόνος ἀνόμασιν Ολυμπίαις*. S.

Κ Ε Φ. 17.

CAP. XIII.

Ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι ἀγγίστροφοι πρὸς νεωτερισμῶς.

Quod Athenienses ad novas res proclives fuerint.

Ἦσαν δὲ ἄρα Ἀθηναῖοι δεινῶς εἰς τὰς πολιτείας ὀφθαλμοί, καὶ ὀφθαλμοὶ πρὸς τὰς μεταβολὰς πάντος μάλλον. βασιλείαν μὲν γὰρ ἤνεγκαν σωφρόνως ὅππῃ Κέκροπος,

Athenienses omnino ad commutandos reipublicæ status erant versatiles, & omnium propensissimi ad vicissitudines. Nam regnū Cecropis, Erechthei, The-

καὶ

καὶ Ἐρεχθίδεωσ, καὶ Θησεύωσ, καὶ τῷ Κοδριδῶν κάτω. τυραννίδεσ ἐπειράθησαν ὑπὸ τῷ Πησιπραλίδεωσ. ἀεισοκρατία δὲ ἐχρήσαντο μέχρι τῶν τετρακοσίων. εἶτα ὕστερον δέκα τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔττε ἦρχον τὴ πόλεωσ. τελευταίων δὲ ἐγένετο ἀναρχία ὡς τὸ τῶν τριάκοιτα κατὰστασιν. ταύτῃ δὲ τὸ ἔτος ἀγχιζροφον μετὰβολῆ τὴ τρόπεσ, εἰ ἐπαμειν χρεῖ, ἀλλὰ ἔγωγε τῆτο οὐκ οἶδα.

sei & Codridarum postea moderate tulerunt. Tyrannidem experti sunt sub Pifistratidis, Aristocratia usi sunt usque ad quadringentos, deinde singulis añis in posterū decem ex civibus remp. gesserunt. Postremo quum triginta tyranni constituerentur, coorta est confusio & sine magistratibus resp. fuit. Hanc tam proclivem comutationem morum, an laudare æquū sit, ego sane ignoro.

Αθηναῖσι &c.) Ingenium Atheniensium plane temporarium & propitio Vertumno natum præter sacrum ex Act. 17. & profanum Platonis Comici testimonium apud Sextum Empiricum p. 70. adversus Mathematic. satis ostendit Dio Chrysof. in πολιτικῶσ ubi ait, ἐκατηγοροῦσιν ἀλλήλων, ὡσ ἐξελεύσασιν, ἐ τὰσ μὲν εἰσ τῶν βέλῶ εἰσάγασιν ἢ ἑτέρωσ ἐξάγασιν; ἐχ ὡσπερ ἐν σεισμῶ πάντα κινεῖ) ἢ πάντα μετέωρα εἰσ, καὶ ἔθεν βέβαιον. εἰσ τῆτο ἦκασιν, ὡσε μὴ ἀρκείαδ τοῖσ αὐτῶν ἡγεμόσιν, ἀλλ' ὡσπερ ἐν τοῖσ ἀνιάτοισ νοσήμασιν, δέονται ξένων ἰατρῶν. nonne se invicem accusant, ejiciunt? nonne alios in senatum legunt, alios inde pellunt? annu omnia, ut in terra motu fluctuant, omnia in suspensō sunt nihilque stabile. eò tandem devenitum, ut suis ducibus non contenti quasi in morbis incurtabilibus peregrinis opus habeant medicis. Hæc ille de populo Attico. K.

Αεισοκρατία δὲ ἐχρήσαντο) Observant viri docti, perperam collocata esse hæc Æliani verba, quia si hunc ordinem retinemus, decem illi archontes fuissent ante triginta tyrannos, quod tamen & contra historiam, & contra Nostrum ipsum est, qui decem hos illis triginta alias postponit. Igitur eruditissimus Joannes Meursius in Archont. lib. III. hæc verba ita collocat &

emendat. *Αεισοκρατία ἣ ἐχρῆσαντο μέχρι τῆς τετρακοσίων. εἶτα ὑπερον ἐγένετο ἀναρχία πρὸς τὴν τῆς πεντακοντα κατὰ τὴν τριάντων πόλεως.* Hoc, inquit, vult dicere Ælianus. *Varias mutationes experii Athenienses, postquam denique anarchiam paterentur, cum Triginta imperarent, tandem rursus è civibus suis constitutos, qui annos singulos, more pristino, principatum urbis tenerent.* Adde, quæ hic ipse disputat. cap. 10. Fortunæ Atticæ, nam id integrum huc pertinet. Consule etiam *Maussacum* ad Harpocrat. p. m. 153. & *Sigonii* Remp. Athen. S. Videtur *Noster* voluisse hoc capite non tam seriem temporum, quam temporarium & mutabile Atheniensium ingenium proponere, quo aliam atque aliam Reipublicæ formam amplexi sint, iterumque abjecerint, ideoque si non exacte observat rationem ordinemque chronologicum, id ei, ut à scopo suo alienum, fraudi ne sit. sufficit, si nobis Athenienses *νεωτεροποιῖς* exemplis probet per saturationem congestis. *Nec non & illud nimia est superstitionis, ut quæque sint tempore, ea etiam facere ordine priora: non quia frequenter sit hoc melius, sed quia interdum plus valent ante gesta, deoque levioribus superponenda sunt,* inquit *Quintil.* lib. IX. cap. IV. Confer *Plinium* lib. 3. epist. 9. *Rabbinorum* huc ibat regula: *אין מוקדם ומאוחר בתורה* non est præmissum & postpositum in lege, id est, non ea ordinis in historiâ sacrâ habetur ratio, ut suo quæque tempore reddantur, sed interdum quod ordine postponendum erat, primo loco ponitur ob dignitatem rei, & vice versa. v. *Abenesr.* Gen. II. *Noster* autem ordinem invertere non sine causa voluit. Cum enim decem viri instar herbæ solstitialis paulisper floruerint, nec ad eò Rem turbaverint publicam, inter quadringentos oligarchicos & triginta tyrannos eos inculcavit medios, uti *Nestor* Homericus *κακὸς εἰς μέσον ἔλασεν.* ipsos autem triginta Tyrannos, qui sua ambitione gravissimis patriam calamitatibus affecerunt, loco dedit ultimo, ut omnium perditissimos. Præterea non opus est ut turbatum historiæ ordinem existimemus, si verba, *εἶτα ὑπερον δέκα* &c. accipiantur non de decemviris, qui Triginta Tyrannos exceperunt, sed de eo tempore, quo abrogato CCCC. imperio Athenienses iterum τὸ σύστημα τῆς πολιτείας ἐκ τῆς πολιτῶν συνεστήσαντο, *statum Reipublicæ ad civium auctoritatem revocarunt.* *Diodorus* lib. 13. Biblioth. pag. 165. Numerantur equidem novem archontes, qui in democratia summæ rerum præerant: *Nostro* autem placuit numerus rotundus, ut fieri amat in historia. & quomodo de decem-

decenviris illis, qui Triginta tyrannis surrogati sunt, vere dixerit *Noster*, καθ' ἑκάστων ἔτ' ἤρχον τ' πόλεως, quotquot annis praefuerunt urbi? Vix enim degustarunt magistratum, cum eo iterum abire coacti sunt. Hoc suæ expositioni non convenire vidit *Meursius*, ideoque mendum in δέκα quæsit invenitque. legit enim δὲ κ'. Sic emendatio peperit emendationem! Quod supra dixi de numero rotundo vel præpostera narratione simplicius est nec novo tibicine egere videtur. Si tamen nec illud placuerit erudito Lectori, reliquum utique nihil aliud fuerit, quam ut mendum agnoscamus in voce δέκα, *Nostrumque* dicamus scripsisse εἰνέα, quod primum in ἐνδεκα, inde in δέκα transit. Vice versâ *Meursius* apud *Xenophontem* lib. 2. Græc. Histor. p. m. 373. pro ἐνδεκα rectè legendum censet δέκα. Emendationem Ἐ δέκα in εἰνέα etiam approbat *Edvardus Simsonius Chronici* P 3. pag. 73. Cæterum nec in eo videtur *Noster* exactè seriem temporum observasse, quod Ἀρχόντες perpetuos, decennales, & annuos, qui inter Reges & Pisistridarum tyrannidem medii fuerunt, non recensuit, quamvis hunc saltum non tam *Æliano*, quam ejus compilatori tribuerem. K.

ΚΕΦ. ΙΔ.

CAP. XIV.

Νόμ' Ἀττικὸς περὶ σωμάτων ταφῆς, ἢ βοῶν σφαγῆς.

Lex Attica de corporum sepultura, & boum macellatione.

Νόμ' καὶ ἔτ' Ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχη σιώματι ἀνθρώπου, πάντως ὀπιβάλλειν ἀπὸ γῆς, θάπτειν δὲ πρὸς δυσμάς βλεπόντας. καὶ τῆτο δὲ λῶ φυλαττόμενον παρ' αὐτοῖς. βῆν ἀρότῳ, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺ ἀρότρω, ἢ καὶ σὺ τῇ ἀμάξῃ, μηδὲ τῆτον θύειν, ὅτι κ' ἔτ' εἶν ἂν

Lex etiam hæc inter Atticas scripta fuit. Si quis in infepultū cadaver hominis incidat, saltē ei terram injiciat & ita sepeliat, ut ad occasum spectet. Hoc etiā servatum custoditumque apud ipsos est: Bovem aratorem, qui jugū trahit, vel cum aratro, vel cum plastro, ne mactes: quoniam ille etiam agricola est, &

γεωργός , καὶ τῷ ἐν ἀνθρώποις humano generi laborum
καμάτων κοινωνός. socius.

ὁς ἀν ἀτάφῳ) Vide *Peitium* de LL. Athen. adde *Sophocl. Schol.* in *Antigon.* ubi de hac consuetudine , & *Fabium* decl. 5. S. πάντως γῆν ἐπιβάλλειν , hic est , ad minimum aliquot terræ aut pulveris pugillos mortuo injicere prætereuntem. *χυτὴ γῆ* , dicitur illi paulatim congesta terra , *Scholia Græca* in *Sophoclis Antigon.* ubi de hujusmodi mortuo , qui scilicet ita sepultus erat , ait , ἐκ τῆς βλάβῃ τῷ τεταμμένῳ , ἀλλ' ὡς εἶχε ἐπιβεβλημμένη τῷ ἡαίμῳ. τὸ δὲ ἐποίησεν ὁ θεῖος νόμος χάριν. οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἀταφον κῆ μὴ ἐναμνησάμενοι κόνιν , ἐναγχεῖς εἶναι ἐδόξαν &c. λόγῳ ᾧ ὅτι Βυζύγης Ἀθήνησι κατηρέσατο τῆς ἀερορῶσι ἀταφον σῶμα. non alitè terra erat obrutus , sed obiter injectus pulvis. idque fecit legis respectu , qui eum sepelivit. Qui enim mortuum insepultum videbant , nihilque pulveris illi inspergentes præteribant , piaculum commississe videbatur. Ajunt etiam Athenis Buzygem devovisse eum , qui corpus hominis præteriens insepultum seneret. vide *Horat.* lib. I. *Carm. Od.* 28. & ibi *Acronem* , *Notrium Hist. An.* lib. 2. cap. 42. Huc facit ex *Suida* fragmentum Auctoris nescio cujus : ἰδὼν ναυηγῆ σῶμα ἐρίμεμενον ἀκιδῶς κῆ ὀλιγώρως , παρελθεῖν ἐκ ἐτόλμησα. ἀλλὰ ἔθαψα τῷ τεθνεῶτα , θεῖμα τῷ ἡλίῳ ὑδάμῃ φίλον δῆπρῶτων ἀνθρώπων θεσμῶ. cum in corpus naufragi temerè abjectum insepultumque incidissem , non ausus sum præterire , sed mortuum sepelivi & lege humanâ speculaculum soli nequaquam gratum contexi. in voce ἀκιδῆς. *Quintil. Declam. VI.* Inde ignotis quoque corporibus transeunium viatorum collatitia sepultura , inde injecta ab alienis humis. Ne verò solis hominibus hæc lex videatur lata , *Ægyptii* de accipitre tradunt , illum non tantum hominis mortuū vicem dolere , verum etiam jacenti γῆν ἐπαμήσαδ' εἰς τὰς ὀφθαλμοὺς , ἐν οἷς τὸ ἡλιακὸν κατοικεῖν πεπιστεύασι φῶς , terram inspergere oculis , quibus solis , (cui accipitrem sacrarunt) lumen inesse credunt. *Porphyr.* περὶ ἀποκῆς ἐμψύχων. lib. IV. pag. 54. ex *Plutarcho* de *Iside & Osir.* *Servius* in *Virgil.* 6. *Æneid.* Qui de pietatis generibus scripserunt , primum locum in sepultura esse voluerunt. unde , quum ponitiscibus nefas esset cadaver videre , magis tamen nefas fuerat , si visum insepultum relinquerent. Genus autem sepulture fuerat , injectio pulveris. *Philo* de *Hebræis* suis : μὴ ταφῆς νεκρῶν (lect. vulg. malim præ νεκρῶν *Vergeri*) ἐξείργειν , ἀλλὰ καὶ

καὶ γὰρ αὐτοῖς, ὅσον γε εἰς τὴν ὁσίαν, προσεπιβάλλειν, mortuorum sepultura ne intercedas, sed etiam terræ aliquantulum, dicis saltem gratia, eis superinjice, apud Euseb. de Prepar. Evangel. p. 358. & 368. ubi eadem ex Iosepho allegata. K.

 summis deliciis haberet. K.

ἀχιτῶν) Sine tunica. Ita Philosophi & imprimis Cyni-
 ci leguntur in publicum prodiisse ἀχιτῶνες. de Cleanthe Læ-
 rtius (φασὶ) ἠγέμενον τῶν ἐφήδων ἐπὶ τινὰ θεῶν ὑπ' ἀνέμω παρὰ
 γυμνωθῆναι

γυμνωθῆναι καὶ ὀφθῆναι ἀχίτωνα , cum ad spectaculum quoddam du-
ceret ephobos , a vento resflante eum fortè nudatum & sine tunica vi-
sum ajunt. qua de re applausu ab Atheniensibus ornatus est. in
Græco legitur προκλιῶ pro κρότω. Philosophus enim crocoto, ve-
ste muliebris, non ornatus, sed oneratus esset. Gellius in Noct. Att.
lib. 7. cap. XII. Viri Rom. primo quidem sine tunicis, toga sola ami-
Eti fuerunt &c. Didorus lib. XI. de Gelone : ἀχίτων ἐν ἱμα-
τίῳ περιελθὼν ἀπελογήσατο, in veste sine tunica prodiit seque de-
fendit. confer omnino Dionem Chrysostom. orat. περὶ τῆς χήμα-
τος. K.

περικαλόμηνος αὐτὸν) Gesnerus, αὐτὸν. Faber περικαλό-
μηνος censet mutandum in περικαλόμηνος. S. Causam mutandi
nullam video. K.

νεανικώτερα) Faber νεανικώτεροις. non assentior. S. Bene. K.

ἀλλ' οἱ γὰρ νέοι) Eadem Plutarchus in Laconicis senten-
tiis, sed planius sic memorat. Πρεσβύτης γυμνός, τῇ αὐτῇ
ἀγωγῇ ἐχρήσατο. πρὸς τὸν πυθόμενον διότι σφοδρῶς χειμῶνος ὄντος ἀχίτων
περιέχευε , εἰς τὸτο τῆς ἡλικίας ἦκων, ἵνα , ἔφη, οἱ νέοι μιμῶνται πα-
ραδειγμα ἔχοντες τὰς πρεσβυτάτας καὶ ἀρχαίας. Docet nos hic lo-
cus, quomodo intelligenda sint hæc Nostri verba, ὡς νεανικώτε-
ρα τῆς ἡλικίας ἐπιχειρῶντα , & quæ paulo ante leguntur, καὶ ἀχίτων
περιέχει. Dum enim eandem vivendi rationem scribit tenuisse,
morem Spartanorum respicit, qui Juvenibus nudis pedibus ince-
dere, humi cubare, unica tantum veste uti præcipiebant.
Quemadmodum ex Xenophonte discimus in Rep. Laconum. Sen-
sus igitur est, perperam quibusdam visum agere, quod sic ince-
deret, ut juvenis. Quod nec pedes calceis muniret, nec togæ
interiori pallium vel tunicam injiceret. Sed & Justinus verba
hinc intelliguntur, quæ extant lib. III. cap. 3. ubi ait, Juvenibus
non amplius una veste uti toto anno Lycurgus permisit. Unam nem-
pe vestem hic non accipi debere eam, quam quis festis & ne-
fastis diebus induit, licet ea pallium cum toga & interula unica,
calceisque sit; sed specie unam, hoc est περιβόνα solum, uti No-
ster vocat, absque calceis, absque ulla alia veste, quæ una ge-
stari posset vel deberet. S.

τέλειον) Scilicet ἵππον. ita Græci appellant justæ ætatis
equum, qui opponitur πώλῳ, pullo equino. vide Pollucem lib. I.
cap. XI. Cæterum apud Græcos præne in proverbium abiit
hæc locutio : ὡς πώλῳ τὸν τέλειον, ut pullus equum majorem,
imitatur vel sequitur. Plutarchus in Præcept. Sanit. ita corpus
otio

otio curandum monet, ut animo ad necessarios usus pransum paratumque sit, & ἄθλησιν ἰππῶν πῶλος ὡς ἅμα τρέχει, & pulli instar pondum a lacte depulsi juxta equum currat. & Orat. 2. de Sarcophagia. ἀρχὴ μοχθηρῆς διαίτης ἄθλος ἰππῶν πῶλος ὡς ἅμα τρέχει πᾶσα τρυφή καὶ πολυτέλεια, omnis luxus & profusus sequitur exorientem male vivendi rationem, ut pullus iberibus inhians matrem. Est autem locutio ex Simonide. K.

ΚΕΦ. ΙΔ.

Περὶ φιλοσόφων στρατηγῶν
καὶ πολιτεύσασάντων.

Τί δὲ, οὐκ ἦσαν καὶ οἱ φιλοσοφοὶ τὰ πολέμια ἀγαθοί; ἐμοὶ μὲν δοκῶσιν· εἶγε Αρχύταν μὲν εἶλοντο ἑξάκις στρατηγὸν Ταραντῖνοι. Μελισσὸν δὲ ἐναυάρχησε Σωκράτης δὲ ἐστρατεύσατο τρεῖς. Πλάτων δὲ καὶ αὐτὸς εἰς Τανάγραν, καὶ εἰς Κόρινθον. τὴν δὲ Ξενοφῶντι στρατείαν καὶ στρατηγίαν, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἄδικοι, καὶ αὐτὸς δὲ ὁμολογεῖ ἐν τοῖς περὶ Κύρου λόγοις. Δίων δὲ ὁ Ἰππαιεὶς τὴν Διονυσίαν τυραννίδα κατέλυσε. καὶ Ἐπαμεινώνδας Βοιωτάρχων ἐν Λακεδαιμονίᾳ ἐνίκησε Λακεδαιμονίους, καὶ τῶν Ρωμαίων, καὶ τῶν Ἑλλήνων σφῶντι ἐγένετο. πολλὰ δὲ καὶ Ζώνων ὑπὲρ Ἀθηνῶν ἐπολιτεύσατο πρὸς Ἀνίβρονον.

CAP. XIV.

De philosophis qui militaverunt & republicas gesserunt.

An vero non fuerunt bellandi periti etiā philosophi? Mihi sane videntur. Siquidem Archytam sexies ducē elegerunt Tarentini. Melissus vero classi præfuit. Socrates ter in militiam profectus est. Plato etiam ipse fuit in oppugnatione Tanagræ & Corinthi. Xenophontis autem militia & imperatorium munus quum multi alii descriperunt, tum etiam ipse de se fatetur in libris de Cyro. Dion item Hipparini filius Dionysii tyrannidem evertit, & Epaminondas Bœotarchus ad Leuctram missus, superavit Lacedæmonios, & tum inter Romanos tum inter Græcos

ἔδ' ἐν γὰρ διοίσει, εἴ τις δ' ἄ γνῶ- primus fuit. Multum etiam
 μης ὠνῆσέ τινας εἴτε δι' ὀπλων. pro Atheniensibus in rep.
 confecit Zenon, contra Antigonum. Nihil enim
 interest, sive quis sapientia & consilio, sive armis alios
 juvet & promoveat.

φιλόσοφοι &c.) Contradicit apud Athenæum lib. V. De-
 motochares sive Crates. ὡστερ, inquit, ἐκ θυμῶνος εἰς ἀνδύνατο
 καὶ ἀσκηδύασα λόγῳ, (ἕτως) εἰδ' ἐκ Σωκράτους ἐραλιώτῳ. τί γὰρ
 ἀσπίδι σύνθημα καὶ βακτηρία; quemadmodum ex thymbra lanceam
 nemo confecerit: ita nec militem ex Socrate. quid enim commercii est
 baculo philosophico cum clypeo? Philosophiam contra tuetur Syne-
 stus Sermone ad Pæonium pag. 308. & seq. ubi pluribus exemplis
 ostendit, antiquam fuisse philosophiæ & rei militaris cognationem,
 quas hodie ἡ σενὸς ἰσθμὸς distinguit. vide & epist. 103. ad Pylæ-
 menem; Macrobius lib. 2. in Somnium Scipion. c. 17. sæpe evenit,
 ut idem pectus & agendi & disputandi perfectione sublime sit, &
 scilicet utroque adipiscatur exercitio virtutum. Romulus nobis in pri-
 mo genere ponatur, cujus vita virtutes nunquam deseruit, semper
 exercuit. Secundo Pythagoras, qui agendi nescius, fuit artifex
 differendi, & solas doctrinæ & conscientię virtutes secutus est. sens
 in tertio ac mixto genere apud Græcos Lycurgus & Solon; inter Ro-
 manos Numa & Catones ambo, multi que alii, qui & philosophiam
 hausserunt alius, & firmamentum reipublicæ præstiterunt. Soli enim
 sapientiæ otio deditos ut abunde Græcia tulit, ita Roma non nesci-
 vis. K.

ἐξάκις ἐρατηγὸν) Diogenes Laërtius septies eum Imperato-
 rem fuisse scribit, cum alias per leges semel tantum fieri liceret.
 καὶ δὲ ἐπ' ἑξάκις ἦ πολιτῶν ἐσρατήγησε. Adde Strabon. lib. VI. S.

Μέλιος) Ithagensis filius, Samius, vel ut alii volunt,
 Milesius. Plutarchus advertus Colotem: Μέλιος δὲ τ' πατρί-
 δ' ἐρατηγῶν Ἀθλωαίης κατεναυμάχησε. Vide eundem in Themis-
 tocle, & Laërtium in vita ejus. S.

Σωκράτης) Vide supra III. cap. 17. S.

Πλάτων) καὶ αὐτὸν φησιν Ἀριστοξένος τρεῖς ἐσρατεύσας, ἀπαξ
 μὲν εἰς Τάναγραν, δευτέρου δὲ εἰς Κορινθον, τρίτου ἐπὶ Δηλίῳ, ἔνθα
 καὶ ἀεισεύσαι. Laërtius. S.

ὡδὲ Κύβη ἀναβάσεως) Nam in his de se ipse scribit non u-
 no loco. S.

Δίων)

Δίων) Prolixe *Plutarchus* in ipsius vita, meminit & *Noster* aliquoties. Numeratus autem inter sapientes & Philosophos, quia *Platonis* auditor fuit. S.

Επαμινώνδας) *Lysis* Tarentini, *Pythagorei* discipulus. *Cornel. Nepos* in ipsius vita cap. 2. S.

ἡ τῶν Ρωμαίων) *Faber* corrigit *Θηεάων*. Non repugno, tantum propius scripturam Veterem puto esse, si legamus Βοιωτῶν. S. Ego integrum servarem *Nostri* iudicium, quo *Epaminondam* inter primos Romanorum Græcorumque duces numerat. *Primus erat, sed inter primos. præcedebat alios dignitate (virtute), sed & alios sequebatur, ex Hieron. epist. ad Pammach. dicas licet.* Nam vox *primi* ambigua est, aut enim eum significat qui omnes antecedit, aut quem nemo, inquit *Grocius* l. 2. de I. B. & P. confer de voce πρώτος epistolam *Reinesii* 46. ad *Dauumium*. K.

Ζώνων) *Citticus*, *Cratetis* Discipulus. Vide *Lærtium*. S.

ὑπὲρ Αθωαίων ἐπολιτεύσατο πρὸς Αντίγονον) Sensus hic est: *Zeno* multum profuit reipublicæ Atheniensium, apud *Antigonum* regem *Macedoniæ*, quia & honestis disciplinis animum ejus instituit, amicumque populo Atheniensium fecit. Non enim hostis *Antigoni* *Zeno* fuit, aut adversarius, quod *Interpres* opinatus esse videtur, sed ejus amicissimus. *Lærtius*: Απεδέχεται αὐτὸν (Ζώνων) ἡ Αντίγονος, ἡ εἴ ποτε Αθωάζει ἤκει, ἤκεν αὐτῆ. Extant quoque epistolæ *Antigoni* ad *Zenonem*, quibus eum rogat ut ad se veniret, & alia multa amicitiae inter eos summa documenta. Quare illud πρὸς, non contra vel adversum, sed apud explicandum est. Cæterum utilitates beneficiaque, quæ Athenienses ab *Antigono* ceperunt, haud parvæ sunt. Nam *Cassandrum*, qui urbem & *Munychiam* præsidio tenebat, expulit, populo libertatem restituit, foedus cum eo amicitiamque contraxit, denique frumenti vim ingentem & materiae largitus est. ut docet *Diodorus* lib. XX. S.

εἰδὲν ὅδ' οἰοῦσι) Nisi quod hoc etiam præstantius. Nam temere in acie versari & manu cum hoste conflagere, immane quiddam & beluarum simile est. At non perturbari in rebus asperis, præsentis animi vii consilio, nec à ratione discedere, præcipere cogitatione futura, & aliquando ante constituere, quid accidere possit in utramque partem, hæc sunt opera magni animi. Vide *Ciceronem* lib. I. *Officiorum*, ubi latissime de hac re disseritur. S. Et *Ammonium* in voces V. *Porphyrii* statim ab initio commentarii, *Dionem Chrysof.* Orat. 49. K.

εἴ τις ἀφ' ἑωυτοῦ) Gesnerus legit , εἴτε vel εἴτι τις. Ego retinendam lectionem puto, vel scribendum εἴ τις. K.

ΚΕΦ. ΙΕ.

CAP. XV.

Πῶς οἱ τῶν Μιτυληναίων σύμμαχοι ἀφιστάμενοι ἐτιμωρήθησαν.

Ἡνίκα τῆς θαλάσσης ἤρξαν Μιτυληναῖοι , τοῖς ἀφισταμένοις τῶν συμμάχων τιμωρίαν ἐκείνῳ ἐπέηρτησαν , γραμματᾶ μὴ μανθάνειν τὰς παῖδας αὐτῶν , μηδὲ μυσικῶν διδάσκεισθαι , πασῶν κολάσεων ἠγασάμενοι βαρυτάτην εἶναι ταύτην , ἐν ἀμαθίᾳ καὶ ἀμυσίᾳ κατὰβιώναι.

Quomodo Mitylenensium socii defectionis pœnas dederunt.

Quum maris imperium tenerent Mitylenenses, sociis, qui desciscebant, hanc pœnam imposuerunt, ut liberos suos non docerent literas, neque artes liberales, omnium suppliciorum hoc gravissimum iudicantes, in inscitia & ignorantia artium liberalium vitam transigere.

(γραμματᾶ μὴ μανθάνειν) *Ut filii illorum ne prima quidem literarum elementa discerent. Ammianus de Juliano eadem ignorantia damnante Christianos lib. XXII. & XXV. illud autem inclementis obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros Rhetoricis & Grammaticis, ritus Christiani cultores. Eunapius in Proxresii vita. Ἰουλιανὸν δὲ βασιλεύοντος, τότε ἔπαυσε εἶναι ἐξεργόμηνος, εἶδοκε γὰρ εἶναι χριστιανός. Sub Juliano docendi loco exclusus, quia videbatur esse Christianus &c. Ναχιανχένος Oratione I. σηλιτοβίωσῃ contra Julianum refert, illum callide finxisse, τὴν θεοκείας ὄντα τὸν ἑλλῶνα λόγον, ἀλλ' ἔτ' ἑλλῶσῃ, καὶ ἀφ' ἑωυτοῦ, ὡς ἀλλοτριῶν καλῶ φῶρας, τῶν λόγων ἡμᾶς ἀπέλασεν. religionis esse ut fures alieni boni, eruditione prohibuit. alio loco hæc Juliani verba repetit, ἡμεῖς ποῖοι φησὶν οἱ λόγοι, ὧν καὶ τὸ σέβειν θεῶν ἡμῶν δὲ ἡ ἀλογία καὶ ἡ ἀγροικία καὶ εἶδεν ὑπερ τὸ πισθῶσθαι τὴν ἡμετέρας ἐστὶ σοφίας. Nostra est, inquit, eruditio, quibus Græcè loqui & Deos colere proprium est. Ad vos autem pertinet ruditas, & rusticitas, vestraque non ultra τὸ crede assurgit sapientia. K.*

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. 15.

CAP. XVI.

Περὶ Ρώμης, Ρώμης, Ρωμύ-
λα, καὶ Σεργίας.

*De Roma, Remo, Romulo,
& Servia.*

Ὅτι Ρώμη ὑπὸ Ρώμης καὶ
Ρωμύλα ἐκτίθη, ἢ Ἀρεως καὶ
Σεργίας παίδων. ἡ δὲ αὕτη
μία ἢ Αἰνείε ἀπογόνων.

Roma condita est ab
Remo & Romulo, filiis
Martis & Servia, quæ una
erat ex prosapia Æneæ.

Ρώμης) Ita & *Polyarchus* in *Romulo*, quod noto, ne quis
putet mendum fuisse. Nam alii malunt Ρέμῳ. vide *excerpta*
Peiresciana Valesii. S. Sæpius Græci Ράμῳ quam Ρέμῳ. vide
Dionys. Halicarn. lib. I. *Servius* in lib. I. *Æneid.* *Remus est Romus;*
à Romi nomine, inquit, *Romani* appellati. *Ut autem pro Romo Ro-*
mulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quod gaudet dimi-
nutione. K.

Σιλβίας) Ante legebatur Σεργίας. Sed vitiose, uti pa-
tet ex omnibus, qui de initiis urbis Romæ scripserunt. *Polyænus*
scribit Σιλβίας, Græci alii Σιλβίας, quomodo & *Robertus Tilius*
lib. VII. Loc. Cont. cap. 13. censet emendandum. Potest No-
ster Σεργηλείας scripsisse, nam & ita scribitur in tabella Cysinī
templi, uti notat *Salmasius* ad *Solin.* pag. 13. In *Chron. Alexand.*
Ἡλία scribitur, quod mutant in Ἰλία, ut sit, ab ὕλη, Sylva. S.
Non temere mutandum Σεργίας, quod Græcis idem videtur esse,
quod Σιλβίας. Primum enim ε συγγενές τῷ λ, & sæpe propter
hanc cognationem hæ duæ literæ inter se permutantur, ut ὕδρηλοι
pro ὕδρηλοι, *Scholias* *Apollon.* deinde Græcis non infrequens, ut ἰ
Latinorum per ε efferant. unde habemus *Καπετάλιον*, *Βρεττανία*,
Δομestριανός &c. pari modo dictum Σεργία: cum qua lectione con-
venit, quod in *excerptis Photii* ex *Appiano* legitur. τὴν θυγατέρα
ἢ Ρέα Σεργίαν, ἵνα ἄπαις Ἀρμείνης, &c. καθίστησι, *Filiam autem*
Rheam Serviam vel (ut Latini dicunt) *Sylviam*, ut sine liberis vi-
veres, sacerdotem designat. Cæterum in *Chronico Alexandrino* pro
Ἡλία non dubitarem legere Ἰλία. hoc enim Rheæ fuit cogno-
men. *Dionys. Halic.* lib. I. τινὲς γράφουσιν Ρέα, Ἰλίαν δ' ἐπικλησιν. K.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Περὶ Εὐδόξου εἰς Σικελίαν
ἀφικομένου.

*De Eudoxi adventu in
Siciliam.*

Ὅτε εἰς Σικελίαν ἦκεν Εὐ-
δόξος, χάριν αὐτῷ πολ-
λῶ ὁ Διονύσιος τὸ ἀφίξινος
ἤδει. ὁ δὲ ἐδέντι πρὸς ταῦτα
θωπύσας ἐδὲ ὑποδραμῶν
Ἀφικόμῳ (εἶπεν) ὡσπερα-
νεὶ πρὸς πανδοκέα ἀγαθόν,
παρ' ᾧ κατήγετο Πλάτων:
ὁμολογήσας, ὅτι μὴ δι' ἑκεί-
νον, ἀλλὰ διὰ τῆτον ἀφίκετο.

Quum Eudoxus in Sici-
liam venisset, verbose Dio-
nysius ei gratias egit ad-
ventus. At ille nihil adula-
tus, neque insinuando oc-
cultans: Veni, inquit, qua-
si ad bonum cauponem,
apud quem Plato diverte-
ret: confitens se non ipsi-
us, sed hujus causa venisse.

Εὐδόξος) Vide Laërtium in vitâ ejus. & Strabonem lib.
17. pag. 554. & lib. 14. 451. Synesius in Dione memoriâ lap-
sus est cum Κηρίδιον Εὐδόξον, ait fuisse ἀνδρα τὸ πρῶτον τὸ Αε-
σοτέλης ὁμιλητῶν, inter Aristotelis discipulos principes. τὸ Πλάτωνος
ἰταίρων potius fuit, secundum Strabonem lib. 14. K.

ΚΕΦ. ΙΗ.

CAP. XVIII.

Ὅτι οἱ Αἰγύπτιοι καρτερεῖ ἐν
ταῖς βασάνοις, καὶ πρὸς Ἰν-
δῶν γυναικῶν.

*Quod Aegyptii patientes
sint tormentorum & de mulie-
ribus Indicis.*

Αἰγυπτίες φασὶ δεινῶς
ἐγκαρτερεῖν τὸ βασάνοις, καὶ
ὅτι θάττον τεθνήσκειται ἀνὴρ
Αἰγύπτιος σφραζέμενος, ἢ
τάληδες ὁμολογήσει. πρὸς
Ἰνδοῖς δὲ αἱ γυναῖκες τὸ αὐτὸ
πῦρ ἀποθανῆσι τοῖς ἀνδράσιν
ὑπομένονσι. φιλόμικνται δὲ
αἱ γυναῖκες πρὸς τῆτον τοῦ

Ægyptios ajunt patien-
tissime ferre tormenta: &
citius mori hominem Æ-
gyptium in quæstionibus,
tortum examinatumque,
quâ veritatē proderet. Apud
Indos vero eundem ignem
cum mortuis viris, uxores
audent ingredi. Conten-

ἀνδρὸς

ἀνδρὸς , καὶ ἡ κλήρω λαχῶ- dunt autem ambitiose de
σα συγκαίεται. hoc, defuncti uxores : cui
vero fors obtigit, ea simul comburitur.

τ' ἀληθῆς) Non dubito de secretis regis hæc accipienda esse. ea enim pronuntiare apud Ægyptios sub pœna severissima prohibitum erat, *Diodorus* lib. I. Τῶν μὲν τὰ ἀπόρρητα τοῖς πολέμοις ἀπαγορεύσαντων ἐπέταρτεν ὁ νόμος ἐκτέμνεσθαι τὴν γλῶτταν. Itaque non metus, non spes eliciebat vocem, inquit *Curcius* lib. IV. cap. 6. Quod autem Noster scribit τ' ἀληθῆς, eo pertinere atbitror, quod quidvis aliud, quam veritatem, dicere solerent, atque sic figmentis spem quærentium frustrari ac eludere, more Papyrii Πιᾶtextati, de quo legas apud *Gellium* lib. I. cap. 32. S. τ' ἀληθῆς hoc loco latius patet, & ad quævis vera tegenda extenditur. *Ammianus* in fine lib. XXII. Erubescit apud eos (Ægyptios) si quis non insituiando tributa plurimas in corpore vibices ostendat, & nulla tormentorum vis inveniri adhuc potuit, quæ obduratum ullius pectus atrociniis elicere potuit, ut nomen proprium dicat. Cicero in Orator. Partit. alii aut natura corporis aut consuetudine dolendi aut metu supplicii aut mortis, vim tormentorum pertulerunt. *Apulejus* lib. X. *Metam.* de servo triverberone. Nec rota vel equuleus more Græcorum tormentis ejus apparatus jam deerant. Sed obfirmatus mira præsumptione, nullis verberibus ac ne ipso quidem succubuit igni &c. Nec mirum desperatissimum illum latronem, certum extremæ pœnæ, quæ more majorum in eum competit, cruciatus istos ut leviores faciliè tolerare. *Lexæna*, muliercula Attica, tam patiens tormentorum fuit, ut nullis fodiculis ab ea verum extorqueri potuerit. *rupit* (Tyrannus) verbera, fodiculas laxavit, solvit equuleum, priusquam officeret ut tyrannidii conscios indicaret, ut *Valerii* verbis utar lib. 3. ubi plura exempla legere est de patientia tormentorum. vide & *Alciat. emblem.* 13. & ibi *Claudium Minoem*. Ex alio fonte Christianorum martyrum patientia defluxit, quæ inter acerbissimos cruciatus vocem gemitusque in potestate habuerunt. De *Essæis* Judæorum gemina germana tradit *Porphyrus* lib. IV. Ὡς ἀποχῆς ἀψύχων. οἱ δὲ τ' ἀσκήσεως τσαύτην πεποίη) τὴν καρτερίαν, ὡς σρεβλῆμοι κὶ λυγιζόμοι κὶ καιόμοι κὶ ἄφ' πάντων ὀδύνοντες βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τ' νομοθέτῃ ἢ φάγωσι τ' ἀσυνήθων. εἰδ' ἕτεροι ὑπομείναι. διέδειξαν ἢ

τῦτο εἶπε πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ : ἵπει εἰδὲ κολακεῦσαι τὴν αἰκίαν
 ῥήθην ἢ δακρύσαι ὑπομῆσαι. μειδιῶντες δ' ἐν ταῖς ἀλγηδοσίν, κα-
 τακτανδύμενοι τὰς βασάνους προσφερόντων, εὐθυμοὺς τὰς ψυχὰς ἠφί-
 σαν, ὡς πάλιν κριμύμενοι. καὶ γὰρ ἔρω) παρ' αὐτοῖς ἦδε ἡ δόξα.
 Ex rigido vitæ instituto eam sibi comparatim tolerantiā, ut tori,
 distenti, adusti, & per omnia crudelitatis tormenta lacerati, nec
 Legislatori convitium facere, nec cibos capere insolitos sustinuerint.
 id quod in bello adversus Romanos testatius factum est. nam tor-
 quentibus blandiri aut lachrymas profundere in tantum abnuunt, ut
 in mediis doloribus subridentes & torroribus illudentes hilaresque ani-
 mas efflarint, ut qui eas aliquando recepturi essent. Hæc enim o-
 pinio alias apud ipsos radices egit. De Plejade fratrum Macca-
 borum, quos μηδαμῶς θραυθέντας μηδὲ ἐνδόντας πρὸς ἴδους,
 nequaquam animis fractos nec doloribus (tormentorum) succumben-
 tes miramur. vide Originis Protrepticon ad Martyrium, quod
 κειμήλιον, Clariss. Amiciss. Dn. VVestenio, Fil. Professori Eloquent.
 apud Basilienses dignissimo, humanior orbis jure merito debet.
 Ethnicos adversus tormenta firmiores exhibent etiam Tertullianus
 ad Martyres & Clemens lib. 4. Stromas. de Hispanis τοῖς πάλαι
 Justinus lib. 44. cap. 2. sæpe tormentis pro silentio rerum credita-
 rum immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitæ ce-
 lebrasset. Eadem etiam bello Punico servi illius patientia, qui ultus
 dominum inter tormenta risu exultavit, serenâque lætitiâ crudelita-
 tem torquentium vicit. K.

Παρά Ἰνδοῖς) Eadem Valer. Maximus lib. II. cap. 6. Ci-
 cero Tuscul. lib. V. Plutarchus libr. An vitiositas ad infelicitatem
 sufficiat. Solinus cap. V. Nicolaus Damascenus lib. de mo-
 ribus Gentium. Plurimique alii. Strabo lib. XV. lege hoc san-
 citum scribit apud eos, quia aliquando mulieres, quod plus a-
 marent adolescentulos, à viris secedere, eosque venenis tollere
 solerent. Quo igitur veneficia desinerent, hanc legem latam esse.
 Probat idem Diodorus, exemploque declarat lib. XIX. Similem
 alias consuetudinem observarunt Thracæ, de quibus Herodotus.
 Adde quoque Stephanum Schediasm. V, 10. S.

Ἐπὶ τῆς ἑ ἀνδρὸς) Hoc Ἐπὶ τῆς, aut glossema est, aut
 referendum ad φιλολιμῆν). Utrum vero horum fiat, frustra pro
 τῆς, νεκρῆ substituitur, quod tamen nonnemini placuit substi-
 tuti. Faber legit Ἐπὶ τῆς ἑ γέρας. At vero MSS. B. & C.
 φιλολιμῆν) δὲ Ἐπὶ τῆς αἰ γοιᾶνες ἑ ἀνδρὸς, quæ lectio mihi
 optima videtur. S. Lectio MSSorum indicat, quo pacto
 vulgata

vulgata non corrigenda, sed intelligenda sit. Est enim in *Antiochore Hyperbaton*, ut apud *Thucyd.* lib. V. pag. 371. ἢ οἱ πρέσβεις ἀφικόμενοι αὐτῶν pro οἱ πρέσβεις αὐτῶν α. *Et legati eorum cum advenissent.* Similiter apud *Nostrium* αἱ γυναῖκες πρὸς τῆς ἄνδρος pro γυναῖκες ἔ ἀνδρός π. τ. De re ipsa *Philo Jud.* in de *Abrahamo.* ἦδη ἢ ἡ γυναῖκα παραποφρονόντων ἀνδρῶν ὁρμησαι γεννηθῶτα πρὸς τὴν αὐτὴν πύρρον ἢ ζῶντα τοῖς ἐκείνων σώμασιν ὑπομείνας συναναφλεχθῆναι. *Jam etiam mulierculas (ajunt) viris factis præteritis, ad eundem rogam præ gaudio festinare, vinasque sustinere una cum ipsorum corporibus comburi.* vide & *Propert.* l. 3. Eleg. 7. *Melam.* lib. 2. cap. 2. *Solinum* lib. 17. *Serv.* in *V. Æneid.* pag. 367.

Κ Ε Φ. Ι θ.

CAP. XIX.

Περὶ Σόλωνος στρατηγήμα-
τος ἑστῆς Μεγαρέων, ἢ πῶς
ἔπειτα ἐκείνων λόγους
ἐκράτησεν.

Σόλων εἰς τὴν ὑπὲρ Σαλαμῶν μάχην ἐστρατήγησε, καὶ δύο νεῶν Μεγαρέων κρατήσας, μετεβίβασε στρατηγὸς Ἀττικὸς εἰς αὐτάς, καὶ τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα τοῖς οἰκείοις περὶθεῖς, καὶ μεθορμιαθεῖς δι' ἀπάτης, πολλὰς δὲ Μεγαρέων κατέκοψεν ἀνόπλους. ἐκράτησε δὲ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἢ λόγων δεινότητι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν ἔλεγχων τὸ πλεον ἐνεγκάμενος. ἀρχαῖας γὰρ θήκας ἀνοίξας, ἀπέδειξε πάντας Ἀθλιώτας πρὸς δύσιν κειμένους κατὰ τὸ πατριώιον αὐτοῖς ἔσθ. τὸς

De Strategemate Solonis
contra Megarenses & quomodo
deinde verbis eos vi-
cerit.

Solon in bello de Salamine suscepto, ducem egit: & captis duabus navibus Megaricis, duces Atticos in eas imposuit, atque hostiū arma suis militibus induenda dedit: sicque dolo trajiciens per insidias multos Megarensium circumveniens inermes trucidavit. Vicit autem eos etiam verbis, non eloquentia, sed argumentis & rebus ipsis convictos. Referatis enim antiquis monumentis, ostendit omnes Athenienses versus occasum patrio

δὲ Μεγαρεῖς εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχεν
πεθαμμένους. ἔκειναν δὲ τῷ
δίκῳ Λακεδαιμόνιοι.

Megarenfes vero temere &
fine difcrimine fepultos ef-
fe. Judicaruntque caufam
Lacedæmonii.

καὶ δύο νεῶν) Ad *Plutarchum* in vita Solonis, imprimis
vero *Meursium* in Solon. cap. 7. de ftrategemate vero *Julium*
Frontinum lib. IV. cap. ultimo, S. Varia & diffona ab Hifto-
ricis traduntur de hoc Solonis ftrategemate. Alii enim *Pififtra-
zo*, alii *Soloni* vindicant. videntur autem ambo in focietatem
hujus operis veniffe. nam & *Nofter* meminit *στρατηγῶν Ἀπικῶν*,
ducum Atiæcorum, quos Solon, qui confilii auctor, in hoflicas
naves impofuit. Non enim iis affentior, qui pro *στρατηγῆς* legunt
στρατιῶτας. illi enim continentur voce οἰκείῃς, quæ paulo poft fe-
quitur. K.

τῆς στρατηγῆς) Legendum *Faber* putat, *στρατιῶτας*. Pro-
bo. *Frontin.* lib. IV. cap. 7. eadem, quæ ceperat, *navigia*, *Athe-
nienfi milite complevit*.

κατέκοψεν ἀνόπλους) MSS. B. & C. αἰθλας, forte fcripfe-
rat ἀνάθλας. S.

πρὸς δύοσιν κειμήρις) Vide fupra lib. V. cap. 14. S. *La-
ërtius* ait in *Solone*, Athenienfium νεκρῆς πρὸς ἀνατολὰς ἐτραμμῆρας,
mortuos ad orientem converfos in fepulchris jaciffe. cui fuffraga-
tur *Thucydidis Scholiaftes*, dicens, omnes Græcos, ἐπ' ἀνατο-
λὰς ποιεῖν ὄραν τῆς νεκρῆς, facere, ut orientem fpectent mortui. Hos
ego putem de facie mortuorum Orienti obverfâ accipiendos ef-
fe. Jam vero mortui, qui ubique gentium fepeliuntur fuprini,
non potuerunt faciem habere orientem verfus, nifi ante capita
fpectaverint Occidentem. De hoc totius capitis fitu verfus oc-
cidentem loquitur *Nofter* & qui cum *Noftro* tradunt Athenienfi-
um fepultos πρὸς δύοσιν κείθαι, *occafum verfus fitos efle*. Hoc
malim quam cum *Cafaubano* dicere *Laërtium* aut alios fecutum efle
auctores, aut memoria lapfum. K.

ΚΕΦ. κ.

CAP. XX.

Περὶ γέροντος Κεῖς τὴν τρίχα
βαψαμῆρας.

De fene Ceo, qui capillos
vinxerat.

Ἀνὴρ εἰς Λακεδαιμόνα

Ceus quidam ætate pro-
αἰφίκετο

ἀφίκετο Κείθ, γέρον ἤδη ὦν, τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζῶν, ἠδέϊτο δὲ ἐπὶ τῷ γήρα, καὶ δεξέταυτα τῶν τεύχεα πολλῶν ἔσαν ἐπειράτο βαφῇ ἀφανίζεν. παρελθὼν ἔν ἐς τὴν Λακεδαιμονίαν, καὶ τοιαύτῳ ὑποφαίρων τῷ κεφαλῷ, ἐκέῖνα εἶπεν, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀφίκετο. ἀναστὰς ἔν Αρχίδαμῳ, ὁ τῷ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, τί δὲ ἂν, ἔφη, ἔστῃ ἰγίης εἶπω, ὅς ἐ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρει; καὶ ἐξέωσε τὰ ὑπὸ αὐτῷ λεχθέντα, διαβάλλων τῷ Κείθ τὸν τρόπον, ἐξ ὧν ἐωράτο.

vestus venit Lacedæmonem: quum vero & alias turgeret superbia, & senectutis suæ eum puderet, canos occulere conabatur tinctura. Itaque quum in conspectum Lacedæmoniorum prodiisset, ostenso tali capite, exposuit quorum gratia venerat. Confurgens itaque Archidamus rex Lacedæmoniorum. Quid, inquit, hic fani diceret, qui non animum tantum gerit mendacem, sed etiam caput? explofitque ejus dicta, ingenium Cei redarguens ex eis quæ oculis cernebatur.

Κείθ) Historia desumpta ex Theophrasto. Vide *Stobæum* ferm. 10. S.

ἐπειράτο βαφῇ) More senum deliciariorum, quo juniores viderentur. Neque virorum modo, sed & mulierum hæc quondam consuetudo. *Perietyones* Pythagoricus (lege *Perietyone Pythagorica*) ἐν τῷ περὶ γυναικῶν ἀρμοσύνης, de proba & modesta, quæ non vulgi & deliciariorum more vivit: ἐ χρέσει τὴν πολιὴν τεύχεα βαφῆσι τεχνωμένη. S. Senes mento, non mente, olim canitiem nigro colore inficere, atque ita juventutem mentiri solebant. hoc Græcis dicitur μελαίνεσθαι τὴν κόμην vel ἐψήσασθαι. vide *Hesychium* in ἐψεῖν & ἐψήσατο. *Pollucem* lib. II. cap. IV. indic. Mirum autem non est, Lacedæmonios hunc legatum rejecisse, quia βαφικὴ & tingendi artificium *Lycurgi* legibus Sparta exulabat. *Plutarchus* in *Lacon. Aporrhethem*. Ut igitur Rex Æthiopum in *Herodoti Euterpe*, oblata sibi veste purpureâ, δολεροί, inquit, ἄνθρωποι, δολερά τε αὐτέων τὰ εἴματα, *homines dolose*

dolosam afferunt vestem : ita quoque *Lacedæmonii* viso legatifuato capillitio, *δολερα κόμη*, *δολερός κὶ ὁ ἀνδρωπ*, jure merito cogitantur. confer omnino *Plutarch.* in *Apophth.* & *Suidam* in *Λεόντι*. K.

ΚΕΦ. κα.

Περὶ Καίσαρ, καὶ Πομπηίς ἐπιμελείας, ὑπὲρ Ἐμανθάνειν, ἃ προσῆκεν πρὸς τὸ καλῶς ἀρχειν.

Οὐκ ἀπηξίει Καίσαρ ἐπιτάς *Αρείων* θύρας φοιτῶν, Πομπηίς δὲ ἐπιτάς *Κρατίπων*. ἔ γ' ἐπεὶ μέγα ἐδύωαντο, ὑπερεφρίνευ τῶν τὰ μέγιστα αὐτῆς ὠνήσαι *Δυναμένων*. ἀλλ' ἐδέοντο αὐτῶν, καὶ τοι τοσῶτοι ὄντες τὴν ἀξίωσιν. ἔ γ' ἀρχειν, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καλῶς ἀρχειν ἐβόλοντο.

ret, sed recte imperare cupiebant.

CAP. XX.

De Caesaris & Pompeji sedulitate, & cura perdiscendi ea, quæ ad recte gerendas respublicas pertinere.

Non dedignatus est *Cæsar*, *Aristonis* januam frequentare, neque *Pompejus* *Cratippi*. Non enim eos potentia ad contemptum rapiebat illorum, qui maxime ipsis profuturi putarentur : imo rogabant etiam illos, quamvis in tanta essent dignitate. Non enim imperare, ut appa-

ἐπιτάς *Αρείων* θύρας) Meminit *Aristonis* *Cicero* in *quæst. Academ.* lib. IV. Et in *Tusculanis* *quæstionibus* lib. V. ubi *M. Brutum* auditorem ejus facit : *Ista* (verba *Bruti* sunt) *mihî & cum Antiocho sæpe & cum Aristone nuper, cum Athenis imperator apud eum versarer, dissensio fuit.* Sic *Academ. Quæst.* lib. I. *Brutus*, ait, *Aristum Athenis* *audivisse aliquandiu.* At magistrum *Cæsari* fuisse, neque ipse scribit, nec apud alios reperio. Nam plerique ut *Plutarchus* & *Suetonius* *Apollonium Molonis* nominant. S. Tanta *Viris* inter Romanos Principibus modestia fuit, ut discipulorum instar ad limina magistrorum ultro itarent. *Plinius* lib. 7, cap 33. *Cn. Pompejus*, confecto *Mithridatico bello*, intraturus *Possidonii* *sapientiæ* professione clari domum, fores percussit de more à *licetore* vetuit, & *fascēs licetorios* ja-

nuæ

nonne submitit is, cui se oriens occidensque submiterat. Capitolinus in M. Antonino: Tantum autem studium in eo philosophiæ fuit, ut ascitus jam in Imperatoriam dignitatem tamen ad domum Apollonii discendi causa veniret. vide eundem in Anton. Pio, ubi tradit eundem Apollonium ab imperatore evocatum Chalcide, & ad Tiberinam domum, in qua habitabat, invitatum, ut ei Marcum Antoninum traderet, dixisse: Non Magister ad discipulum debet venire, sed discipulus ad magistrum. de eodem Marco Philostratus lib. 2. de Vit. Sophist. Lucius Romam profectus ἤρτο τὸν αὐτοκόρητα προσόντα, ποῖ βαδίζεις, καὶ ἐφ' ὅ, τις καὶ ὁ Μάρκος, καλὸν ἔφη, καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. εἴμι δὲ πρὸς Σέξλον τὸν φιλόσοφον, μαθητόμην, ἀ ἔπω οἶδα. καὶ ὁ Λέκις ἐξάρας τὴν χεῖρα εἰς τὸν ἔρανον, ὃ Ζεῦ, ἔφη, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη, δέλλον ἐξαψάμεν εἰς διδασκάλου φοιτᾶ, ὡσπερ οἱ παῖδες. ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος δύο καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἀπέθανε. interrogavit Imperatorem, quo iret, quidque agere vellet? Marcus autem, pulchrum, inquit, etiam senescenti aliquid discere. eo itaque ad Sextum Philosophum, ut quæ nondum didici, discam. Tum Lucius, manibus in cælum sublatis, ὦ Jupiter, inquit, Romanorum Imperator jam senex, tabellam gestans scholam instar pueri frequentat. Meus autem Rex Alexander triginta duos natus annos obiit. K.

Κρατίππος) Mitylenensis Philolphi, quem & minor Cicero Arhenis audivit, teste *patre* libro primo de Officiis, & Pompejus, cum Mitylenas ex fuga post acceptam cladem in Pharsalia se contulisset, de providentia disputantem auscultavit, ut apparet ex *Plutarcho* in ipsius vita. S.

ἄλλ' ἐδέοντο) Adde Regis Antigoni epistolam ad Zenonem, quæ est apud *Laërtium* in vita Zenonis, apprime enim huc facit, *Misonius* antiquus philosophus: τί ἄλλο εἴη βασιλεῖ τῷ γε ἀγαθῷ εἶναι βελομῶρα πρὸς φιλοσοφίαν; S.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ

Ἱστορίας

βιβλίον ὄγδοον.

ΚΕΦ. α.

Περὶ τοῦ Δαιμονίως Ἐσω-
κράτους.

Ελεγε δὴ τις Σωκράτης
ὅτι ἔστι δαιμονίως συν-
όντων αὐτῷ πρὸς Θεάγῳ,
καὶ Δημόδοκον, καὶ πρὸς
ἄλλους πολλούς, φωνῶν πολλά-
κις ἔφασκεν ὅτιαν πομπῆς
ἐγκληρωμένῳ αὐτῷ. ἢ ὡς
ὅταν γένηται μοι, φησὶ, ση-
μαίνει ὁ μέλλω πράττειν τέτε
ἀποτρέπων, προτρέπει δὲ
ἐδέποτε. καὶ αὖ πάλιν, ἐάν
τις, φησὶ, τῶν φίλων ἀνακοι-
νῆται ὑπὲρ των, καὶ ὅπι-
γένηται ἢ φωνὴ ἐκείνη, πάλιν
ἀποτρέπει. καὶ ἐμοὶ μὲν
αὕτη συμβαίνει τέτο. ἐγὼ
δὲ τῷ συμβεβηκόμένῳ μοι, καὶ
οὐκ ἐγὼ πράττειν, ἐπόμενον
σὴ θεῖα προρρήσει. παρεί-
χετο δὲ μάρτυρα Χαρμίδην
ἢ Γλαύκωνα. ἀνεκοινώσα-
το γὰρ αὐτῷ, εἰ μέλλοι ἀσκήσειν
εἰς Νεμέαν, καὶ ἔδους ἀπαρ-
χομένους λέγειν, φωνὴ ἐπεγέ-
ῆαυτο ne ad Nemeæ certamina proficisci, statim ut in-

ÆLIANI VARIÆ

Historiæ

LIBER VIII.

CAP. I.

De Socratis Genio.

Dicebat Socrates de ge-
nio qui sibi adesset, ad
Theagem, Demodocum
aliosque multos, persæpe
sancti alicujus auspicii vo-
cè obtingere sibi, ceu sorte
quadam. Quæ (inquit) si
contingat, ejus quod factu-
rus sum dehortationem si-
gnificat: adhortatur autem
nunquam. Atque etiam, si
quis amicorū mihi de ali-
qua re communicet, & illa
vox audiatur, rursus à pro-
posito revocat, atque illa
me sui consilii participem
facit. Ego vero rursus eum
qui consiliū à me petit, non
permitto, ut quod instituit
agat, secutus divina hæc
prænuntia. Teste profere-
bat Charmidē Glauconis
filiū: qui quum aliquando
petiisset ab ipso consilium,

νετο. καὶ ὁ Σωκράτης τὸν Χαρμίδῳ διεκώλυσεν ἔχειν, ὡν εἶχετο, ἐπιθῶν· ὁ δὲ οὐκ ἐπαείσθη, ἔ μὲν εἰς Δίον ἀπελώτησεν ἀπὸ τῆς ἡσυχασίας. *cipiebat loqui, vox illi au-*
dita est : quare Socrates a-
vertere conatus est ab in-
stituto Charmidem expo-
sita voce : ille vero non
paruit : Quare male ei hoc consilium cessit.

ὅτι τῶν Δαιμονίων) Res nota, omnibusque scriptoribus memorata. De qua tamen, si quisquam, *Plato* videndus est in *Theage*, ubi & hanc ipsam habet historiam, *Xenophon* in *Apollogia*. *Cicero* lib. I. de divinat. Nec non *Apulejus* libro integro de Deo Socratis, & *Plutarchus* in ejusdem argumenti libro. S.

ὅτι τῶν πομπῆς) *Gesnerus* : ὁσίας πομπῆς. *Faber* censet ὅτι τῶν πομπῆς legendum. S. Placet *Fabri* correctio vel eo nomine, quod cum *Platone* convenit, qui in *Theage* θεία μοῖρα divinitus dicit, quod *Noster* ὁσίας πομπῆς. apud *Suidam* etiam ἐκ θείας πομπῆς ex *Æliano* laudatur. vide etiam in *Hist. Animal.* lib. 3. cap. 47. K.

ὅτι τῶν) Retinenda lectio eruditissimi *Gesneri*, τινῶν. Imo retinendum τῶν pro τινῶν more *Attico* *Faber* rectè censuit. In MS. B. est τέττα. S.

ἐγὼ δὲ τῶν συμβεβηκότων μοι, καὶ σοὶ ἐγὼ πράττειν,) Videtur aliquid corruptum, inquit *Gesnerus*, & legendum, τῶν συμβεβηκότων μοι σοὶ ἐγὼ πράττειν. Placeret accuratissimi viri sententia, si conjunctio non deleteretur, quam tamen omnes codices retinent. Puto igitur illud μοι, esse literas posteriores verbi antecedentis, cujus priores vel temporis vetustas delevit, vel antecedens dictio propter haud magnam earum dissimilitudinem absumsit. Atque sic aut simili modo scribendum ; τῶν συμβεβηκότων ἀντίσταμαι, καὶ σοὶ ἐγὼ πρ. Sed forte tutissimum retinere cum *Fabro* lectionem vulgatam, locumque sic exponere : divina illa vox mihi consilium dat, ego autem porro idem consilium amicis do, qui me consulunt. S.

Χαρμίδῳ) Habet *Plato* in *Theage*. S.

ἀσκήσειν εἰς Νεμέαν) Excidit ἐ textu εἰς Νεμέαν. ita enim *Plato* in *Theage*. μέλλων ἀσκήσειν εἰς Νεμέαν. Cum se in stadium cursu exercere vellet ad *Nemæa* ludos. K.

ὁ ἕσθαι ἐπειδή) Corrigit Faber : ὡς ἕσθαι i. e. cum ultio
minime parvisset. S. Vix opus erit correctione. K.

αὐτῆς ἢ πεπαιδῆ) Legit Faber αὐτῆς & jungit cum δέον. S.
Neque hic locus medicum querit. K.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

Πεὶ Ἰππάρχου σοφίας, καὶ
σπουδῆς περὶ τῶν πεπαιδευμένων,
καὶ περὶ τῶν Ὀμηρικῶν
ἐπῶν.

*De Hipparchi sapientia &
studio erga doctos, & de Home-
ricis carminibus.*

Ἰππάρχου ὁ Πεισιζρά-
τε παῖς προσβύτατος ὢν ἔ-
πεισιζράτε, καὶ σοφώτατος
ὢν Ἀθηνάων ἔτος, καὶ τὰ
Ὀμήρου ἔπη ἐκόμισε πρώ-
τος εἰς τὰς Ἀθῆνας, καὶ
ὠμάκασε τὰς ῥαψῳδίας τοῖς
Παναθηναίοις αὐτὰ ἀδῆν.
καὶ ἐπὶ Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τη-
ϊον πεντηκόντορον ἔστειλεν, ἵνα
αὐτὸς πορδύσῃ ὡς αὐτόν. Σι-
μωνίδῳ δὲ τὸν Κεῖον δῶκε
σπουδῆς ἄγων, αἰεὶ περὶ αὐτόν
ἔρχετο μεγάλοις δώροις ὡς τὸ
εἶκος πείθων, καὶ μιδοῖς. καὶ
γὰρ ὡς ὢν φιλοχρήματος ὁ
Σιμωνίδης, εἰδεὶς ἀντιφύσει.
ἔργον δὲ ὢν ἄρα τέτρωτο Ἰπ-
πάρχῳ ἢ περὶ τῶν πεπαι-
δευμένων σπουδή. καὶ ἐβέ-
λετο ὑπὸ πρῶτον τῶν
ἰσχυρῶν. Hic Hipparchus omnem operam
navavit eruditis doctisque viris: & voluit sua auctori-

Hipparchus filius Pisi-
strati, quum esset maximus
natus inter suos fratres,
omnium Atheniensium e-
rat sapientissimus, & Ho-
meri carmina primus at-
tulit Athenas, coegitque
rhapsodos ea in communi
Græcorum conventu ca-
nere. Misit etiam ad A-
nacreontem Tejum quin-
que remorum navim, ut
ad se veniret. Simonidi
vero Ceo summa cum dili-
gentia adhæsit, semperque
secum habuit magnis mu-
neribus & mercede (ut
verisimile est) persuasum.
Etenim si dicam de Simo-
nidis avaritia, & pecunia-
rum cupiditate, nemo opi-
nor repugnabit.

ἐαυτῷ

καὶ τῆς Αθηνῶν παιδείας, & βελιόνων αὐτῶν ὅταν ἀρχεῖν ἔσπιδεν. οὐκ ἔστο γὰρ δὲν ἐδενὶ φθονεῖν σοφίας, ἀτε ὧν καλὸς & ἀγαθός. λέγει δὲ Πλάτων ταῦτα, εἰ δὴ ὁ Ἱππαρχὸς Πλάτωνός ἐστι τῶ ὄντι μαθητής.

Hæc commemorat Plato, si quidem Platonis revera discipulus est Hipparchus.

tate præire Atheniensibus ad studia literarum, & præstantioribus atque melioribus ipsis imperare conabatur. Nemini enim sapientiam invideri, par esse censebat: quippe quum esset vir bonus & integer.

si quidem Platonis revera

ἐκόμισε πρῶτῳ εἰς τὰς Αθῆνας) Sunt ipsissima Platonis verba in Hipparcho. Quemadmodum & indicatur in sequentibus. Quomodo vero convenient cum iis, quæ scribuntur infra lib. XIII. cap. 14. non dispicio. Ac Pisistratum quidem, id est patrem Hipparchi, carmina Homeri Athenis habuisse certum est, & infra latius probabitur. Ergo non à filio allata esse potuerunt, quod interpret scribit. Opinor igitur hunc verborum sensum esse. Hipparchus, cum Homeri carmina ante tantum penes se haberet, primus ea in lucem misit, primus publici & civitatis Atheniensium juris fecit, præcepitque eas, cum antea ipse solus cum fratribus privatim tractaret, nunc publice decantari, ut ex iis integra civitas institui, meliorque reddi posset. Hæc sic in prima editione a me ante annos triginta notata, video placuisse etiam *Leoni Allatio*, ut post notavit *Cl. Menagius* ad *Laërtium* pag. 21. S. In concinnandis Homeri versibus primus *Lycurgus*, post eum *Solon*, *Pisistratus* cum filio *Hipparcho* laborarunt, & si Megarensi historico *Diexchidæ* credimus, *Solon* magis *Homærum* illustravit, quam *Pisistratus*. *Laërt.* in *Solone*. vide *Gyraldi*. dial. 2. & 3. de *Poët.* K.

ἠνάγκασε) MSS. B. & C. ἠνεγκα. S.

τὰς ῥαψῶδῆς) Probat idem ex Orat. *Lycurgi* in *Leocratem* *Ioannes Meursius* Panath. cap. 25. quem vide. S.

πεντηκάνηρον) Interpret quinque remorum navim; quod est falsum. Quinquaginta enim remos habuit, quæ sic appellabatur. Consule, quæ scribemus lib. II. de *Militia Nav.* cap. 2. S.

πορεύση) *Faber vult πορεύθη. MSS. omnes, ἵνα αὐτὸν πορεύση. S. πορεύση notandum in Nostro, non emendandum. Lectio MSS. proba est, nisi quod particula ὡς excidit post ἵνα. Nam ὡς αὐτὸν Attice dicitur pro πρὸς αὐτόν. Isocrates in Panegyri. τὸ πλῆθος τῶν ἀφικνεσμένων ὡς ἡμᾶς, multitudo venientium ad nos tanta est &c. K.*

ὡς ἡ φιλοχρηματία) *Athenæus lib. XIV. ἡ ὡς ἀληθῶς κίμωξις ὁ Σιμωνίδης καὶ ἀχρεοπερδής, ὡς Χαμαγλέων φησίν. Subdit postea exempla, quæ apud ipsum non sine delectatione legas. S. Vide Arætop. lib. 3. Rhetor. cap. 2. quia vero primus avaræ præteritium arti suæ statuit, passim apud poetas malè audit. Pindarus Isthm. 2.*

ἂ μοῖσα γὰρ ἔφιλοκρεδής,
πῶ τότε ἦν ἐδ' ἐργάτις.

ubi Scholia Græca. νῦν φησι μωδῶ συντάττεσσι τὰς ἐπινικίας, πρῶτα Σιμωνίδου ἀποκαταρξομένους. nunc ait mercedis gratia componunt triumphales odas, Simonide primum incipientie. & paulo post ex Callimacho hæc verba allegat,

ἔ γὰρ ἐργάτιν τέφω
τὴν μέσαν, ὡς ὁ Χίτῳ Ἰλλίχῃ νέπυς.

ita Scaliger in *Conjectaneis* legit. editio Basiliens. præfert, ἰλλίχῃν ἔπυς, ex quo ἰλλίχῃν ἔπῳ, i. e. celebre dictum vel celebre. K.

τῆτος τῆς Ἰππάρχου) Scribit *Faber* τῆτος & ad ἔργον refert. Probo. S.

ἀρχεῖν ἑσπώδεν) MS. A. ἐπαρδεῖν. S.

εἰ δὲ ὁ Ἰππάρχου) Tollendum est postremum μαθητῆς, ut sensus sit, sitamen ille Dialogus, cui Hipparcho nomen, verè sit Platonis. Ita optimè *Tan. Faber* in *Noëti* ad Phædrum p. 10. edit. primæ, ubi vide plura. S. Scilicet τὸ μαθητῆς in fine adjecit aliquis qui, Ἰππάρχου non Dialogi, sed discipuli Platonis nomen existimavit. K.

ΚΕΦ. γ.

CAP. III.

Περὶ βοῶς παρ' Ἀθηναίους
σφαγῆς, καὶ Διιπολίω, καὶ Βε-
φονίων ἱερωτῶν.

*De bovis mactatione apud
Athenienses, & festis Diipoliorum
Buthoniorumque.*

Ὅτι Ἀττικὸν τῆτος τὸ ἔθῳ

Atticis in more est, ut oc-

ἔταν ὁ βῆς ἀποσφαγῆ, τῶν
 μὲν ἄλλων ἀποφίσιζονται,
 κείνοντες ἕκαστον ἐν τῷ μέρει
 φόνος. καὶ ἀγωνώσκεισι δὲ τῆς
 μαχάρας, καὶ λέγουσι ταύ-
 τῳ ἀποκτείναι αὐτόν. καὶ ἐν
 ἡ ταῦτα ἡμέρα δρωῖσι, Διι-
 πόλια ἢ ἑορτῶν καλῶσι, καὶ
 Βυφόνια.

ciso bove reliqua omnia à
 cæde libera pronuncient,
 singulis ordine judicatis:
 solum autem ensẽm con-
 demnent, & dicant illum
 cædis auctorem extitisse.
 Et ejus diei, in quo hæc pa-
 trant, festum vocant Diu-
 polia & Buphonia.

κείνοντες ἕκαστον ἐν μέρει) Interpres non bene hic fuit.
 Non enim homines, ut par erat, sed alia nescio quæ cædis accu-
 sata & absoluta putat. Res autem, *Porphyrio* ὡς ἀποχῆς ἐμφ.
 Auctore, ita gesta fuit. Athenienses in suis Diipoliis bovem
 immolaturi, virgines primum legerunt, quas dicebant ὀδρεφόρες,
 quod aquam ferrent ad acuendum securim & cultrum. Dein,
 alius erat, qui tradita securi bovem deiceret, alius qui cultro
 mactaret. Ad ultimum, corio iterum alterius manu detracto,
 omnes de cæso bove aliquid degustarunt, pellem denique sæno
 suffarctam ita consuerunt, ut pristinam bovis speciem mentiretur,
 aratro quoque, ne quid mimico deesset, apposito, ac si terram
 proscindere vellet. Tum cædis cognitio instituta, & ad dicen-
 dam causam evocati, qui culpæ affines videbantur. sed alius in
 alium crimen transferre: Virgines quidem quæ frigidam suffu-
 derant coticulæ, non se, sed eos potius accusandos dicebant, qui
 ferrum in bovem acuisent. illi vero criminabantur alium, qui
 securim porreixerat. Hic percussorem arguebat. percussor secu-
 rim cultrumque, quæ voce, quam mitterent supplicem, desti-
 tuta, atque adeo cædis faciliè damnata & in mare abjecta sunt.
 Hæc *Porphyrus* l. c. p. 28. ex *Theophrasto*, ni fallor, quæ hoc ca-
 put *Nostri* non parum illustrant. K.

ἢ μαχάρας) *Faber* addit μόνον, Sed hoc facile intelli-
 gitur ex præcedentibus. S. At aliter *Pausan.* in *Atticis* ὁ πέλε-
 κος, inquit, παραυλίκα ἀφείθη κεφαλῆς securis, qua cæsus bos est, sta-
 tim judicio habito cædis absolvitur, idque quotannis peragitur judicium.
 Alias Athenis non novum erat, ferrum lapides aliaque animata
 cædis accusare, si hominem vel ictu vel casu fortuito occiderant.
Aeschines Orat. contra Ctesiphontem. τὰ ξύλα καὶ τὰς λίθους καὶ τὸν
 σιδηρον,

σιδήρον, τὰ ἄφωνα κὶ ἀγνώμονα, εἴν τινα ἐμπειστοντα ἀποκλείνη ὑπερ-
 οεῖζομῶν, ligna, lapides, ferrum, illa vocis mentisque expertia, si
 aliquem illarum occiderint, finibus ejicimus, ut cædis scilicet con-
 victa. vide notata olim in *Pollucem*. p. 84. K.

Διιπόλια τῷ ἑορτῶ καλῶσι κὶ βυφόνια) Altero quidem
 nomine, quod bos iste mactaretur ad aram Jovis Poliei, altero
 vero, quod qui eum mactaret, Buphonus appellaretur. Con-
 sulte *Peri Castellanum* de Græcorum festis, & *Pausaniam* in Atti-
 cis. S. Celebrabantur Διάσια (ita enim vocatur festum) σκιρροφε-
 ρῶν τετάρτη ἐπὶ δέκα, Μαρτίαιε quarto decimo. *Scholia in Pa-*
ucem Aristophanis. *Eustathius* festi originem aliunde accersit, in *Ilia-*
ad. p. 691.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

Πεὶ Πολιάρχης τρυφῆς.

De Poliarchi deliciis.

Πολιάρχον φασὶ τὸν Ἀθη-
 ναῖον, εἰς τοσῦτον προελθεῖν
 τρυφῆς, ὥστε κὶ κύνας, κὶ
 ἀλεκτρυόνας ἐκείνας οἷς
 ἔχαζεν, ἐκπομίζειν ἀποθα-
 νόνας δημοσίᾳ καὶ ἐπὶ τῷ
 ἐκφορᾶν αὐτῶν παρεκάλει
 τὸς Φίλους, καὶ ἔθαπτεν αὐ-
 τὸς πολυτελῶς, καὶ ἐπίση-
 ματὰ αὐτοῖς ἀναθήσας, ἐπι-
 γράμματᾳ κατ' αὐτῶν ἐπι-
 κόλαπτεν.

Poliarchum Athenien-
 sem ajunt eo luxuriæ per-
 venisse, ut canes etiam &
 gallos, si quibus delecta-
 tus fuisset, mortuos effere-
 ret publice, & amicos suos
 convocaret ad funus,
 splendideque eos sepeliret,
 atque erigeret in illorum
 monumentis columnas,
 quibus epitaphia eorum
 insculpserat.

τῷ Ἀθηναῖον) Hoc Vultejus omisit. Nec iavonio Athe-
 niensem apud veteres hoc nomine. Meminit *Aristoxenus* apud A-
 thenæum lib. XII. cap. 12. alicujus, cognomento Ἡδυπαθῆς,
 id est, delicati, in quem convenit hæc historia. Sed is Siculus fuisse
 videtur. S.

κὶ κύνας κὶ ἀλεκτρυόνας) Molliusculorum hic ritus.
 Sic *Onidius* Psittacum deslet lib. II. Eleg. Sic *Lesbia* apud *Ca-*
thullium passerem, sic *Aluana*. De *Hadriano Spathianus*: *Equos*
 & ca-

& canes sic amavit, ut eis sepulchra constitueret. Capitolinus de Ve-
 ro: Volucris equo prasino mortuo sepulchrum in Vaticano fecit. Ad-
 de Casaubon. in Not. ad Hadrian. Vide Plutarch. in Solone. The-
 mistocle, & Catone Majore; Capitolinum in Vero, & alios. S.
 Alexander defuncto Bucephalo duxit exsequias, urbemque tumulto cir-
 cumdedit nomine ejus. Plinius lib. 8. cap. 42. ubi paulo post sub-
 jungit. Fecit & divus Augustus equo tumultum, de quo Germanici
 Caesaris carmen est. Agrigenti complurium equorum tumuli pyrami-
 des habent. Apud Pollucem canum sepulchrales inscriptiones ex-
 tant lib. V. cap. V. Bene autem Theophrastus in Ethicis Chara-
 cteribus cap. 22. inter alia hoc quoque ineptè ambitiosi esse ait;
 κυναεῖς τελευτήσαντες αὐτῶν μνημεῖα ποιῆσαι, καὶ σπηλίδιον ποιήσας,
 ἐπιγράψαι κλαῖον Μελιτῶν, si caicellus fuerit mortuus monumentum
 ejus imponit columellam cum hac inscriptione: Sarculus Melitensis.
 Myronem fecisse & cicadae monumentum & locustæ, carminibus su-
 is Erinna significat. Plinius lib. 34. cap. 8. confer Nostrium Hist.
 Anim. lib. 8. cap. 4. & lib. 6. cap. 7. & lib. 12. cap. 40. Herod.
 lib. 2. Plinium lib. 10. cap. 43. quos laudat codex Königianus.
 K.

ΚΕΦ. ε.

CAP. V.

Περὶ Νηλέως, καὶ Μέδοντος,
 καὶ ἐν Ἰωνίᾳ δωδέκα πόλεων.

De Neleo, Medonte, & duo-
 decim Ioniae civitatibus.

Ὅτι Νηλεὺς ὁ Κόδριος ἡ
 βασιλείας ἀμοιρήσας, ἀπέ-
 λιπε τὰς Αθῆνας, διὰ τὸ
 ἦ Πυθίαν Μέδοντι ἦ ἀρχὴν
 περιάψαι εἰς Δοιοικίαν σελ-
 λομένῳ. τῇ Νάξῳ ἣ προσω-
 ρμιάδῃ ἐχέκων, ἀλλ' ὑπὸ
 χειμῶν βιαδεῖς. ἀπα-
 ραι δὲ βεβλόμενον, κατὰ πνέ-
 οντες ἐναντίοι ἀνεμοὶ διεκώ-
 λυον. Διοργῆνι δὲ αὐτῶν ὑπὲρ
 τῶν ἐνεσώτων οἱ μάντιες ἔφα-

Neleus filius Codri,
 quum regno pulsus, Athe-
 nas relinqueret, propterea
 quod oraculum Apollinis
 Medonti, qui in coloniam
 ex urbe migrabat, imperi-
 um destinaret, ad Naxum
 non voluntate, sed tempe-
 state delatus appulit, solve-
 re vero inde volenté, con-
 trarii venti exorti prohi-
 buerunt. Qui quum quid

σαν δὲ ἰν καθαρβύλαι τὸ εὐρα-
τόπεδον, ὡς συμπελούντων
πολλῶν ἔ καθαρῶν τὰς χεῖ-
ρας. ποροσεποιήσατο δὴ καὶ
αὐτὸς ἀποκτεῖναι τινὰ παῖδα,
καὶ δεῖσθαι καθαρμῆ. καὶ
αὐτὸς ἀνεχώρησε, καὶ τὲς
ἄλλες ἔφησε τὲς σιωιδότας
ἐαυτοῖς. ἔ γηγομένε, καὶ
γνωθέντων ἔκεινων, αὐτὲς
μὲν ἀπέλιπον, οἱ δὲ ὤκησαν
τὴν Νάξον. Νηλεὺς δὲ εἰς τὴν
Ἰωνίαν ἀφίκετο. καὶ πρῶτον
μὲν ὤκησε Μίλητον, Κάρας
ἐξελάσας, καὶ Μυγδόνας, καὶ
Λέλεγας, καὶ ἄλλες βαρβάρους,
ἀφ' ὧν αἱ δωδεκά πό-
λεις ἐκλήθησαν ἐν Ἰωνίᾳ. εἰσι
δὲ αἵδε. Μίλητος, Ἐφεσος,
Ερυθραῖ, Κλαζομεναῖ, Περίωνη,
Λέβεδος, Τέως, Κολοφῶν,
Μυῖος, Φωκαῖα, Σάμος, καὶ
Χίος. καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς
ὑστερον ὤκησε πόλεις ἐν τῇ
Ἠπειρῷ.

νηλεὺς, Lebedus, Teus, Colophon, Myus, Phocæa, Samus
& Chius. Alias etiam multas in Epiro civitates condi-
dit.

Νηλεὺς ὁ Κόδρε) Faber vult Νειλεὺς. Meminit Hero-
dotus in Calliope. Canon in Διηγῆς : A. apud Photium Bibl.
Amatianus lib. XXII. & XXVII. Hellenicus apud Harpocra-
tionem. S. Adde locum ex Maximo Tyrio dissert. 19. καὶ δὲ καὶ
φιλοσοφίας ὀρεῖ πολλὰς ἀπειρίας, ἄλλων ἀλλὰ καὶ τιμωρόμενον, ὡς ἐπὶ
Βοιωτίας

factu opus esset ambigeret,
vates responderunt, oportere
expiari & purgari ex-
ercitum, tanquam multi si-
mul navigarent, qui polluti
& contaminatis essent
manibus. Itaque simulavit
etiam ipse se puerum tru-
cidasse, & purgationis in-
digere. Sic aliis qui sibi
conscii essent, etiam per-
suasit. Quod quum factum
esset, patefactis jam qui se
contaminassent, eos reli-
quit, illi vero Naxum inha-
bitarunt. Neleus autem
pervenit in Joniam: & pri-
mum confedit Mileti, eje-
ctis Caribus, Mygdonibus,
Lelegibus, aliisque barba-
ris, à quibus duodecim Jo-
niæ civitates appellatæ
sunt. quarum hæc sunt no-
mina, Miletus, Ephesus, E-
rythra, Clazomena, Prie-
na, Lebedus, Teus, Colophon, Myus, Phocæa, Samus
& Chius. Alias etiam multas in Epiro civitates condi-
dit.

Βοιωτίας Κάδμον, ὡς Αρχίαν ἐπὶ Συρακῶνας, ὡς Φάλανθον ἐπὶ Τάραντον, ὡς Νειλέα (legendum Νειλέα) ἐπὶ Μίλητον, ὡς Τληπόλεμον ἐπὶ Ρόδον. Jam vero etiam Philosophia quasi colonias video, aliis alio profectis, ut in Βοιωτιαν Cadmus. ut Archias Syracusas, ut Philanthus Tarentium, ut Nileus Miletum, ut Tlepolemus Rhodum. K.

Μέδοντι) Hic abolito regni titulo primò Prætor (ἀρχων) fuit appellatus. & annos viginti præfuit Athenis, Euseb. in Chron. Vellejus Pater. lib. I. Hujus (Codri) filius Medon primus Archon Athenis fuit, ab hoc posteri apud Atticos dicti Medonidae. Sed ii insequentesque Archontes usque ad Charopem, dum viverent eum honorem usurpabant. Duodecim illi fuerunt : quibus vitâ functis Athenienses surrogarunt Archontes decennales. Qui tandem Olymp. 23. annui facti sunt. K.

• εἰς δαρκίαν σελορμόν) Historia se ita habet, teste Pausania in Achaicis: Medon & Nileus Codri filii de regno inter se dissidebant, negabatque Nileus se Medontem regnare passurum, quia pede claudus esset. Res igitur ad Apollinem deferretur, cujus vates respondit, Medonti Atheniensium imperium deberi. Ita Nileus in coloniam dimittitur, cum fratribus & aliis Atheniensibus, qui dein Miletum aliasque urbes in Jonia condidere. Corrigendus ergo noster in prædictis verbis, & προσλορμόν, σελορμόν scribendum, ut ad Nileum, non Medonta referatur. Dein post εἰσάψαι, comita est ponendum, denique Latina versio sic emendanda. Nileus, filius Codri, cum regni spe depulsus, quia Apollo Medonti regnum detulisset, in coloniam mitteretur. ad Naxum &c. Verba Pausaniæ, si quis ipsa malit legere hæc sunt: δίδωσι Μέδοντι Πυθία βασιλείαν τῶν Ἀθαιῶν, ἔτι δὲ ὁ Νειλεὺς καὶ οἱ λοιποὶ τῷ Κόδρῳ παρῶν εἰς δαρκίαν ἀπεστάλησαν. S.

καὶ αὐτὸς ἀνεχώρησε &c.) Interpres ista omisit, quæ sic vertenda, cum ipse discessit (ab exercitu,) cum aliis, qui cædis sibi ipsis conscii erant, ut idem facerent, persuasit. K.

ἐκλήθησαν) Suspiciatur Faber, ἐκλήθησαν. i. e. conditæ fuerunt. S. ἐκλήθησαν hic non excludit ἐκλήθησαν, sed potius includit aut supponit. K.

Ἀέειδ) Sic scribendum teste Cl. Johan. Meursio lib. de Fort. Attic. cap. 6. ubi testimonia ad fulciendam hanc scripturam adducit ex Strabone, Vitruvio, & Vellejo Paterculo, apte Ἀέειδ legebatur. Firmat idem MS. B. S.

ἐν Ἡπείρῳ) Frustra est qui hic de Epiro, regione ita dicta agi putavit, reddiditque : *multas in Epiro civitates condidit*. Non enim legimus *Nilem* in Epirum contendisse, ibique urbes ab eo conditas. Ἡπειροῦ hoc loco opponitur *οἰκὴ μαριτίμη*, in qua urbes Jonicæ partem maximam sitæ sunt, adeoque mediterraneam continentem significat. Ita Strabo lib. 14. Samum negat vini melioris feracem, *καὶ περὶ τῆς Ἡπείρου χερσὸν προσεχῆς πάσης τῆς ἀρίστης ἐκφερέσεως εἶνεσ. quamvis proxima terra continens tota fere generosum vinum gignat*. Herodotus urbes Jonicas recensens in *Clio*. pag. 60. ἐτι δὲ, inquit, *τρεις ὑπόλοιποι ἰάδες πόλεις, τῶν αἰ δύο μὲν, νῆσος οἰκίαται, Σάμον τε καὶ Χίον· ἡ δὲ μία ἐν τῇ Ἡπείρῳ ἴδουται, Εὐθρεῖα. reliquæ sunt tres civitates Ionica, quarum duæ insulas habitant, Samum videlicet Ἔ Chium : tertiam in continenti sita, Erythra*. Ità hunc locum Valla benè interpretatur. Ex quo etiam apparet, *Nostrum* de industria Samo & Chio, urbibus insularibus subjecisse ex adverso alias in continenti sitas urbes. Bene igitur *Vulstejus* ἐν Ἡπείρῳ verterat in *continente*. *Gesnerus* autem quaesivit, an potius verti debeat in Epiro regione, quod dein ἀποσπασίως placuit editoribus posterioribus. K.

ΚΕΦ. 5.

CAP. VI.

Πεὶ ἀγγραμμάτιας καὶ ἀπαιδουσίας τῶν βαρβάρων.

Τῶν ἀρχαίων φασὶ Θρακῶν μηδένα ἐπίστατον γραμμάτων. ἀλλὰ καὶ ἐνόμιζον αἰσχρὸν εἶναι πάντες οἱ τῶν Εὐρώπῳ οἰκῆντες βαρβαροί, χρῆσθαι γραμμασιν. οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὡς λόγῳ, ἐχρῶντο αὐτοῖς μάλλον. ἐνθεν τοι καὶ τολμῶσι λέγειν, μηδὲ τῶν Θρακῶν σοφὸν γεγονέναι Θρακῶν ὄντων, ἀλλ' ἄλλως τῆς μύθου αὐτῆ κατὰ φύ-

De inscitia literarum & disciplina in Barbaris.

Ex veteribus Thracibus neminem ajunt literas novisse: imo turpissimum putarunt, & summum dedecus inhabitantes Europam Barbari, literis uti. Asiatici vero, ut fama est, magis sunt eis usi. Unde affirmare etiam audent, ne Orpheum quidem sapientem fuisse, quod ex Thracia sit oriundus, sed ejus carmina

σαοθαρ

εαυταυ. ταῦτα Ἀνδροτίων λέγει, εἰ τῷ πιστὸς ὑπὲρ τῆς ἀγραμμάτιας ἢ ἀπαμειβυσίας Θρακῶν τεκμηριῶται. vanis mendaciis esse referenda. Hæc Androtion memoria prodidit, si cui dignus videtur, cui fidem adhibendam putet, de Thracum in litteris & disciplinis imperitia.

οἱ τὴν Εὐρώπην) Testes etiam Germani, apud quos olim *Literarum secreta viri pariter ac femina ignorabant*, ut ait *Tacit. de Mor. G. 19, 1.* Nimirum *optimus quisque facere, quam dicere, sua ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare malebat*, quod de prisca Romanis scribit *Sallust. bello Catil.* Et sic bellicosissimi quique, quales Europæi præ aliis gentibus semper habiti. Sic *Marius* apud prædictum auctorem in Jugur. *Neque literas Græcas didici, parum placebat eas discere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.* S. *Pausanias* tamen in *Bæoticis* de Thracibus Europæis, olim gentem illam fuisse Macedonibus *ἐξωτιέρον ἢ ἐξ ὁμοίως εἰς τὰ θεῖα ὀλιγῶρον, dexteriore nec æque rerum divinæ negligentem.* ibidem rejectis de Orpheo tralatitiis fabulis eum suo tempore præstantissimum fuisse Poëtam statuit. *Strabo* etiam lib. X. veterem Musicam Thracibus, Orpheo, Μυῦξο, Thamyri deberi ait. Ideoque *Noster* dubitare videtur, an *Androtioni*, alia omnia de Thracibus tradenti, fides habenda sit. *Androtion* ille περὶ Ἀτλίδος scripsit ut *Stephan. de Urbibus* in *Δελφοῖ* habet. unde *Noster* forte hæc desumpsit. K

μηδὲ τὸ Ὁρφέα σοφὸν γεγονέναι) Idem facit *Diogenes Laërtius* in proëmio, ἐγὼ inquit, εἰ τὸ πρὸς θεῶν ἐξαγορεύσαντα τριαῦτα κατὰ φιλόσοφον καλεῖν, ὅσα οἶδα. Et *Plinius* lib. XX. cap. I. inter primos Magicæ vanitatis auctores numerat. S. *Cicero* l. I. de *Nat. Deorum*, *Orpheum Poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cecropis: Qui specimen Orphici carminis noscere desiderat, in scriptoribus Ecclesiasticis passim, cum adversus Gentes stilum stringunt, ejus obscenitatem reprehendet. Annon hoc est vere Threïcium, quod de Jove Optimo, Maximo scripsit?*

Ζεῦ κύδιε μέγιστε θεῶν. εἰλυμένη κόπρη (1. κόπρον)
ὄση μηλείη, ὄση τ' ἰππων, ὄση τε
ἡμίονων.

*Jupiter, gloriose, Deorum maxime, fimo involute.
Sive sit ovium, sive equorum, sive etiam
Mulorum.*

Ita voluit Jovis τὸ Ζωωγόνον καὶ Φερέσειον describere, non lucu-
lenter, sed potius lutulente. K.

Θράκη) Ex Leberthis, Thraciæ urbe, *Suidas*. S.

ἀλλ' ἄλλως ἢ ἄλλως esse legendum, docet *Vossius* *Inst. Gr.*

I. cap. 11. ubi ait nostrum non id dicere, quod voluit Inter-
pres, sed ostendere, alios carmina ista sub Orphei nomine pro-
posuisse. *Faber* retinet scripturam vulgatam, & ἄλλως explicat
temere, locumque ita reddit. Veteres fabulas multa de Or-
ptheo temerè mentitas, ei tribuendo, quæ nunquam fuissent.
Sed ἄλλως placuit & *Hornio* in *Histor. Philosoph.* ut ex eo notat e-
ruditissimus & amicissimus *Dn. Tuius* in novissima editione *Ma-
nuctionis* utilissimæ ad excerptandum, quem tamen discas hinc,
non esse primum hujus emendationis auctorem. S. Malim cum
Fabro vulgatam retinere vel hoc nomine, quod *Noster* etiam l. 2.
cap. 41. ἄλλως usurpavit in significatione gemina germanâ: ἐπι-
γέγραπτο, inquit, τῆ ἀρχῆ ἄλλως, frustra sibi imperii titulum usur-
paverat. *Hesychius*. ἄλλως, ματαίως, ὡς ἐτυχεν, ἢ ἀλλοίως, ἢ μά-
τλω. vide *Suidam* quoque. *Vlrianius* in *Olympiac.* 2. *Demosthenis*.
τρία σημαίνει παρὰ τῆς παλαιῆς τὸ ἄλλως, οἷον τὸ καὶ ἄλλον τρόπον, ἢ
τὸ καὶ φύσιν, ὡς ἐνταῦθα, ἢ τὸ μάτλω. ἄλλως tria significat, vel alio
modo, vel secundum naturam, ut hoc loco, vel frustra. quæ ultima si-
gnificatio huic loco convenit. K.

κατὰ ψεύσασθαι) Varia enim vitia, & talia quidem, quæ vix
à scelestis hominibus committuntur, diis in eis tribuit. Uti do-
cet *Lærtius*. Scripsit & de herbis aliqua, ut testatur *Plinius*
lib. XXV. cap. 2. in quibus niras eis vires & ridiculas nonnun-
quam affingit. S.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VII.

Περὶ ἐστρωμένων γάμων ὑπὸ
Ἀλεξάνδρου ὅτε Δαρεῖον
ἐνίκησε. *De celebratis nuptiis ab A-
lexandro post victum Dari-
um.*

Ἀλέξανδρος ὅτε Δαρεῖον
εἶλε, γάμους εἰσία καὶ ἑαυτῷ
vicisset, nuptias & sibi &
καὶ

καὶ ἑφ' φίλων. ἐννεμήκοντα δὲ ἦσαν οἱ γάμεινες, καὶ ἰσάριθμοι τούτοις οἱ θαλάμοι. ἴδιον δὲ τὸ ἀνδρῶν ὁ ὑποδεχόμενος, καὶ εἰσιῶν αὐτῆς, ἑκατοντάκλινον. καὶ ἐκάστη κλίνη ἀργυρόπους ἴδιον, ἢ δὲ αὐτῆ χρυσοπούς. καὶ κεκόσμιυτο πάσαι ἀλουργοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις, ὑφῆς βαρβαρικῆς μεγατίμυς. συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τὰς ἰδιοξένους. καὶ κατέκλινεν ἀντιπροσώπως ἑαυτῶν. ἐν δὲ τῇ αὐλῇ εἰσιῶντο αἰτε ἄλλαι δλιβάμεις αἱ πεζαῖ, καὶ αἱ ναυικαῖ, καὶ οἱ ἰππεῖς, καὶ αἱ πρεσβείαι δὲ εἰσιῶντων, καὶ οἱ παρεπιδημῶντες Ἕλληες. καὶ ἐγένετο τὰ δλιπνα προσαλπια, τὸ μὲν συγκλητικὸν μέλον ἄδον, ὅτε αὐτῆς ἐχρῶν παρῆναι ὅπῃ τὴν δλιπτα. τὸ δὲ ἀνακλητικὸν, ὅτε ἐσήμανον ἀπαλλάσσειαι. πέντε δὲ ἐξῆς ἡμέρας καθεξῆς τὰς γάμους ἔδυν. ἀφίκοντο δὲ καὶ μισθροῖ, καὶ ὑποκειταῖ οἱ μὲν κωμωδίας, οἱ ὅ τραγωδίας πάμπολλοι. ἦσαν ὅ καὶ ἐκ τῆ Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ διασπέποντες, καὶ ἔδοξαν δὲ

amicis paravit. Erant autē qui uxores ducerent, nonaginta, totidemque thalami. Locus vero in quo convivio recipiebantur, & accūbebant, centum habebat lectos, quorū unusquisque argenteis pedibus nitebatur, ipsius vero aureis, & omnes purpureis stragulis erant ornati, variaque veste texturæ barbaricæ & pretiosissimæ. Receptit etiā in convivii peculiare quosdā hospites suos, quos sibi è regione accumbere iussit. In aula vero convivium agitabāt copia pedestres & navales, equites, legationes & peregrini Græci: atque ante cœnam tubis dabatur signum, quo convocarentur si ad mensā veniendi tempus esset: alterum vero quo surgerent, si discedendum ab epulis esset. Quinque dies integros & continuos ordine nuptiales epulas celebravit. Advenerunt etiam musici & histriones, tam comici quam tragici permulti. Aderant insu-

αὐτοὶ κρᾶζειν τῶν ἄλλων τῶν ἄλλα- per circulatores mirifici ex
 χόθειν. India, quod genus reliquis
 fere cæterarum nationum præstare videbatur.

Integrum hoc caput habes apud *Athenæum* lib. XII. ex
Chareis libro decimo historiæ *Alexandri*. S.

καὶ τῶν φίλων) *Ne solus virtus eorum, quos armis subegerat, suc-*
cubuisse videretur. *Judicium Iustini* lib. XII. cap. 4. S.

ἐννευήκοντα) Apud *Athenæum* est, ἐννευήκοντα καὶ δύο. Apud
Plutarchum Orat. 1. de *Fortuna Alexand.* ἐκατόν. ἑκατὸν Περσίδας
 τύμφας, ἑκατὸν νυμφίαις καὶ Ἑλλώας fuisse scribit. Et hic numerus
 cum lectis convenit, de quibus mox subjicitur. S.

ὕψος βυρβαρικῆς) h. e. *Babylonicæ*, quæ pretiosissima ha-
 bebatur, ut ex *Plauti* *Sticho* A. II. sc. 2. *Plinio*, aliisque cogno-
 scimus. S.

περσαλιπιά) Malleum, πρὸς σάλπιγγα, ut habet *Athe-*
næus. S. ὁ ἔπειτα περσαλιπιά videntur esse, quæ tubâ indicun-
 tur, ut hodiernum in principum aulis fieri affolet. Locum igitur
 hunc in modum interpretarer, *classicum*, quo milites ad concionem
 vocabantur, si cecinit, *conviniū* excedendum erat. συγκλητικὸν ἄδειν
 veteres Latini reddiderunt *inlicium canere*, videatur *Festus* in voce
inlicium. K.

ἐξῆς) Res ipsa loquitur, τὸ ἐξῆς otiose hic inculcatum
 esse ex subsequenti καθ' ἐξῆς, vellem itaque id deletum, ut super-
 fluum, quod vel ex *Athenæo* constare potest lib. XIII. K.

ΚΕΦ. η.

CAP. IIX.

Περὶ γραφικῆς τέχνης.

De pingendi arte.

Κόνων ὁ Κλεωναῖος ἐξείρ-
 γάσατό, φασί, τῆ τέχνῃ τῆ
 γραφικῇ, ὑποφουμένῃ ἐ-
 τι, καὶ ἀτεχνῶς ὑπὸ τῶν πρὸ
 αὐτῆ, καὶ ἀπειρώς ἐκτελε-
 μένῃ, καὶ πρόσωπον τινα ἐν
 σαργάνοις καὶ γάλαξιν ἔσαν.
 ὁ δὲ ταῦτά τοι καὶ μισθὸς τῆ

Conon *Cleonæus* artem
 pingendi pullulantem jam
 & ruditer sineque arte ante
 sua tempora exercitatâ, ac
 quodammodo in fasciis la-
 teque jacentem consum-
 mavit. Quare pleniorē
 etiam mercedem, quam

τῶν

πρὸ αὐτῆς ἑρωτᾷ ἔλαβεν ἀ- superioris ætatis pictores
δροτέρους. retulit.

Κόνων ὁ Κλεωναῖος) Conona pictorem non invenio, sed Cimonem. Neque dubito, Κίμων hic legendum esse. Plinius lib. XXXV. cap. 8. Aliquantum ante (ætatem Romuli) fuisse Hygiemonem Monochromadam, qui primus in pictura marem sæminatque discrevit, Eumarum Atheniensem figuras omnes imitari ausum. Quique inventa ejus excoluerit Cimonem Clonaum, Faber Plinium commendandum censet ex Æliano. S.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

Περὶ τυράννου ὑπὸ τῆς ἐπιπέ-
παιδικῶν φανούσης

Ἀρχέλαον τὸν Μακεδονίας
τύραννον (ἔτι γὰρ καὶ Πλά-
των αὐτὸν ὀνομάζει, καὶ ἑ-
βασίλεια,) τὰ παιδικὰ αὐτῆς
Κρατεῦσας ἐραθεῖς τῆς τυ-
ραννίδος, ἔδεν ἥτιον ἢ ἕως
ἐκείνου τῆς παιδικῶν ἡράσθη,
ἀπέκτεινε τὸν ἐραστὴν ὁ Κρα-
τεῦσας Ἀρχέλαον, ὡς τύραν-
νός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ
ἐσόμενος. τρεῖς δὲ ἢ τέσσα-
ρας ἡμέρας τὴν τυραννίδα
κατασχὼν τὸ μεράκιον, πάλ-
ιν αὐτὸς ὀπιεσλευθεῖς ὑφ'
ἐτέρων ἐτελεύτησεν. εἰς δὲ
παραπρωδῆσατον ἐπειπεῖν τῷδε
τῷ Μακεδονικῷ δράματι τὸ
ἔπος ἐκείνο· Τεύχων ὡς
ἐτέρω τις, ἐὼν κακὸν ἢ παλι-
τεύχει. ὅτι διεφύσατο αὐ-

De tyranno, qui à suo amasio
est interfectus.

Archelaum Macedoniae
tyrannum (sic enim eum
Plato nominat, non re-
gem) amasius ipsius Cra-
tevas, qui non minus im-
perii desiderio tenebatur,
quam tyrannus amasii,
interfecit amatorem suum,
ea spe, quod sperabat se ty-
rannum beatumque in po-
sterum fore. Atqui quum
vix tres aut quatuor dies
imperium tenuisset amasius,
ipse rursus ab aliis per insi-
dias circumventus & occi-
sus est. Aptissime sane qua-
drat huic Macedonico dra-
mati versus ille, Qui struit
insidias alii, sibi damna dat
ipsi. Perhibent quidem Ar-

τῷ, φασὶν, Αρχέλαος τῷ θυγατέρων μίαν δλώσθη· ὅτε δὴ ἄλλω συνώκισε τῷ παῖδα, ὑπεραγανακτίσας διέφθειρε τῷ Αρχέλαον.

chelaum ei despondisse unam ex filiabus, quam quum alii elocasset, indignatione commotus Archelaum occidit.

Μακεδονίας τύραννον) MS. B. & C. Μακεδόνων τύραννον. S. παιδικὰ αὐτῆς Κραλεύας) Locus Platonis, cujus mentio, extat in Alcibiade II. sed omisso amasii nomine, quod *Marsilius Ficinus* in margine adscribit eo modo, ad quem apud nostrum legitur. Neque aliter *Xylander* apud Plutarchum in Amatorio, licet Græcus textus habet *Κραλίας*. Apud *Aristotelem* I. V. Polit. cap. 10. *Κραταῦς* nominatur. Apud *Diodorum* vero, cujus lectio præ omnibus mihi placet, *Κρατερὸς*. Nam Craterus inter usitata Macedonibus nomina. Verba Diodori hæc sunt. Αρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἐν τινι κνημίᾳ πληγὴς ἀκκυσίας ὑπὸ Κρατερῆ τοῦ ἐρωμένου τῷ βίον μετήμαξε lib. XIV. firmat hanc lectionem *Suidas* in voce *Ευελπίδης*. S. *Κραλεύας* nomen Macedonicum est, æquè ac *Κρατερὸς*, apud *Diodorum* lib. XIX. Cratevas dux *Cassandri* audit. In *Suida* *Κραλεύας* *Thessalus*, *Euripidis* inimicus. neque hoc loco nomen expungendum venit. Puto enim nomen idem esse *Κραλεύας* & *Κρατερὸς*, nisi quod *Κρατερὸς* Ἑλληνικώτερον est, *Κραλεύας* autem magis sapit Macedonismum. Vulgatam lectionem etiam probat *Plutarchus* in *Amatorio*: legit enim *Κραλεύας*. Cæterum de descriptione depravatâ τῷ *Κρατεύας* quædam etiam monuit *Casaubonus* in eruditis illis observationibus ad *Athenæum* lib. 3. cap. 15. K.

Παιδικὰ) Idem *Dion Chrysostomus* notat suo tempore *Neroni* accidisse. Cum enim *Sporum* Eunuchum in muliebria pati & in fœminam transire coëgisset, ὀργισθεὶς ἐξήνεγκεν αὐτῆ τα βαλεῦματα τοῖς παρὰ αὐτὸν, καὶ ἔτιως ἀπέτισαν ἀπ' αὐτῆ καὶ ἠνάγκασαν ὅτω ποτὲ πρόσω ἀπολέσθαι αὐτόν. εἰδὼσα γὰρ καὶ τὸν τρίτον ἐπὶ δὴλόν ἐστι. indignatus ille consilia *Neronis* prodidit ejus ministris. qui hoc factum defecerunt ab illo & ad necem nescio quam hominem adegerunt. neque enim hætenus, quid *Nerone* factum sit, constas. K.

Τεύχων ὡς) In *Bigouiani* Codicis notis extat legi alias ὡς. Cæterum versus similis *Democrii* Chii apud *Aristot.* III. Rhetor. qui & ipse sumptus ex *Hesiod.* lib. I. Oper. videtur. S. Ab hoc non abludit alter ille versus *Hesiodi*, ἢ τῷ κακῇ βελῇ τῷ Βυλεύσωνι κακίση. *Pausanias* in *Corinthiacis* in animo habuit, cum

eum de Philippo Macedonum Rege, qui *Aratum*, *Euryclidem* & *Miconem*, veneno clam dato necaverat sequentia subiecit. ἔμελλε δὲ ἄρα ἢ αὐτῷ Φιλίππῳ τὸ ἀνδροφονοῦν φάρμακον ἔσειαξ συμφορὰ. ἃ γὰρ οἱ παῖδες Δημήτριον ὁ νεώτερος ἢ Φιλίππου παίδων Περσεύς φάρμακῳ διέφθειρε, ἢ δὲ αὐτῷ ἢ τῷ πατρὶ ἀδυμήσαντι παρέσχεν αἰτίαν ἀποθανεῖν. παρέδ' ἤλωσα ἢ τὰδε ἀπιδῶν εἰς τὸ Ησιόδου σὺν Θεῷ πεπωτηρῆμον, ἃ ἐπ' ἄλλοι βυλεύοντα ἀδίκῃ εἰς αὐτὸν πρῶτον πέσωεν. *Verum enim vero in ipsius Philippi exitium lethiferum illud venenum grassaturum erat. Perseus enim filius natus minor Demetrium veneno è medio sustulit, effecitque, ut ex dolore in morbum delapsus Pater exstingueretur. Hæc obiter inserui memor illius divini versus ab Hesiodo prolati, quo monet, eum, qui nefaria in aliquem machinatur consilia, suo sibi jumento malum accersere.* K.

ἢ θυγατέρων μίαν δ' ἴσθιν) Sic enim ante promiserat. Vide *Aristotelem*, indicato loco. *Interpres*, hic non satis accuratus. S.

ΚΕΦ. Ι.

CAP. X.

Περὶ Σόλωνος, ἢ ἢ αὐτῷ
ἢ Δράκοντι γραφέντων
νόμων.

De Solone, & ejus, Draconisque legibus.

Σόλων ἀρετὸν Ἀθηναῖοι προεῖλοντο ἄρχειν αὐτοῖς· ἢ γὰρ κληρωτὸν τέττον. ἐπεὶ δὲ ἤρέθη, τάτε ἄλλα ἐκόσμησε ἢ πόλιν, ἢ δὲ ἢ τὲς νόμους τὲς νῦν ἔτι φυλαττομένους συνέγραψεν αὐτοῖς. ἢ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρωμένοι τοῖς Δράκοντι. ἐκάλωντο δὲ ἐκείνοι Θεσμοί. μόνους δὲ ἐφύλαξαν τὲς φοινικῆς αὐτῷ.

Solonem Athenienses ad gerendum imperium elegerunt, non forte crearunt. Postquam autem electus est, quum aliis rebus multis ornavit civitatem, tum etiam leges, quas usque in hodiernum diem ratas habent, eis scripsit. Atque tunc abrogarunt Athenienses Draconis leges, qui Thesmi dicebantur. Eas duntaxat quæ de homicidio latæ erant retinuerunt.

Σόλωνα) Vide *Meursium* libro integro de ipsius Vita. S.

αἰρετῶν) Athenienses non sortito sed iudicio *Solonem* creaverunt Archonta, quod extra ordinem honori illius datum est, ὡς γὰρ κληρώσει ἢ τύχη βραδέυει. in sortitione fortuna dominatur. & ita honor, qui sorti committitur distribuendus, sæpe ad indignum deerrat. insuper contra democratiam Atticam erat ἀρχὴ κληρωτή. vid. *Arist.* lib. 4. *Polit.* cap. 9. *Lucian.* in *Vit. Demosth.* Ἀθλωαίσι νόμοι κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἰρέεωζ. Atheniensibus lex est, magistratus fabis eligere. Post *Solonem* idem honor contigit *Aristidi*. Nam ille quoque non fabis, sed Atheniensibus ipsis suffragantibus Archon fuit. *Plutar.* in *Vita* ejus. K.

Θεσμοὶ) Draconis leges Θεσμοὶ dicti sunt ab ipso legum exordio, quod ita se habuit : Θεσμός αἰώνιος τοῖς Ἀττίδα νεμομένοις, κύριος τὸ ἅπαντα χρόνον &c. Sanctio eterna illis, qui Atticam inhabitant, omni tempore suam servans auctoritatem &c. vide *Porphyrinum* περὶ ἀποχῆς lib. IV. *Iosephus* lib. I. contra *Αριονεμ* inter publica Atheniensium scripta antiquitate excelluisse ait, τὰς ὑπὸ Δράκοντος αὐτῆς περὶ φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγω πρότερον τὸ Πεισιστράτους τυραννίδος ἀνδρώσεως γεγονότος, leges à *Dracone* ipsis latus de homicidiis, cum ille paulo ante tyrannidem *Pisistrati* vixerit. K.

Φονικὸς αὐτῶ) MSS. B. & C. non agnoscunt illud αὐτῶ, & potest commode abesse. S. Mihi necessarium videtur hoc loco τὸ αὐτῶ. dicit enim clarius, cuius sint οἱ φονικοὶ νόμοι. K.

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. XI.

Περὶ πραγμάτων μειώσεως
ἢ φθορᾶς, ἢ τῷ κόσμῳ
αὐτῶ.

De rerum diminutione &
interitu, atque ipso mundo.

Οὐδὲν ἔτι θαυμάζομεν, εἰ
ἢ τῶ ἀνθρώπων φύσις θνητὴ
ἔσται, ἢ ἐφήμερος, φθείρεως
αὐτῆς ἀναγκάζει, ὅπως ἢ
τὰς ποταμὸς ὀρῶμεν ἐπιλεί-
ποντας, ἢ τῶ ὄρων δὲ τὰ ὑψη-
λότατα ἀκρόμεν μειόμενα
ἢ ἐκείνα τὴν γῆν Αἴτνῳ

Nihil amplius miramur,
si hominum natura morta-
lis quum sit & fluxa, cogit
eos interire : siquidem &
flumina deficere ob oculos
cernimus, atque sumos &
latissimos montes etiã de-
fuisse audimus. Sic *Ætnã*,

φασὶν

Φασίν οἱ πλείοντες, ἐξ ἐλάσσοι ὄραν, ἢ πρῶτῃ ἐλέπητο. τὸ δὲ αὐτὸ τῆτο κὶ τὸ Παρνασσὸν παθεῖν, κὶ τὸν Ὀλυμπεὸν τὸν Πιερίκον. οἱ δὲ ἔτι μᾶλλον δοκῶντες τὸν ὅλων φύσιν κατεσκέφθαι, λέγουσι κὶ τὸν κόσμον διαφθεῖρεσθαι αὐτόν.

ajunt ii qui mare navigant, multo minori parte videri, quam antea conspici solitus sit. Idem etiam in Parnasso accidere: & Olympo Pierico. Itemque qui se totius universi naturam tenere profitentur, ajunt mundum etiam periturū.

θαυμάζομεν) Recte Faber θαυμάζομεν miremur. S. Omnes libri constanter habent θαυμάζομεν admiramur, à quibus sine sonctica causa discedere nolim. K.

φθείρεσθαι αὐτὰς ἀναγκάζει) Sensus est, neminem de natura hominum conqueri oportere, tanquam ea indies deficiat, deteriorque fiat, cum & aliarum res, quæ majores sunt & stabiliiores, minuuntur, nec eodem modo semper sese habeant. Nani φθείρεσθαι hic non est mori, sed deterius fieri & minui, vel, ut Seneca loquitur, epist. 26. *liquefcere*. Quemadmodum ea omnia minui necesse est, quæ solvuntur, & hoc sensu supra, verbo ἀλάτεια usus est, ubi carnes Pherecydis ἀλάτεια εἰς τὰς φθείρας solui in pediculos, atque hac ratione minui dicebantur. Respexit autem Noster his verbis ad sententiam eorum, qui & vitæ nostræ spacium arctari quotidie, & magnitudinem decrefcere statuebant. Inter quos Plinius, qui ita de homine lib. VII. cap. 16. *In cuncto mortalium genere minor indies mensura fit, varique parentibus proceriores, consumente ubertatem seminum exustione, in cujus vices nunc vergit ævum*. Et Varro apud Gellium Noct. III. cap. 10. *Homerus opinatus est vastiora prolixioraque fuisse corpora hominum antiquorum: & nunc, quasi jam Mundo senescente, rerum atque hominum decremента esse*. Adde Phlegontem Trallianum lib. de reb. Mirab. cap. 15. Hieronymum quoque homil. 1. sup. Evan. Ambrosii de bono mortis cap. 10. Cyprian. In I. contra Demetr. Albinum seu Alcuinum quæst. in Genes. 5. τὸ φθείρεσθαι & minui significat & interire. de imminutâ hominum statura sæpe Homerus οἶσι, inquit νῦν βροτοῖ εἶσι, i. e. Virgilio interprete. *qualia nunc hominum producit corpora tellus*. his succinit Satyra: *Terra malos homines nunc educat*
atque

αιque pusillos. Plinius lib. VII. cap. 16. Jam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium, quam prisca conqueri. vide Philonem libro, quod Mundus sit incorruptibilis, & Sallustium Philosoph. de Diis & Mundo cap. VII. XIII. & imprimis cap. XVII. Simplicium in 8. Physic. Aristot. fol. 313. & 314. Cæterum uti Noster hoc loco hominis interitum admiratione dignum negat, si recolat mente, ipsa quandoque flumina deficere, montium cacumina decrescere, totum denique mundum corruptionis injuræ obnoxium esse: ita Sulpicius in Consolatoria ad Ciceronem à dirutis Græciæ urbibus dolori suo medelam petiit. Hem, inquit, nos homunculi indignamur, si quis nostrum interit aut occisus est, quorum visa brevior esse debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant? visne, Tu Te, Servi, cohibere, & meminisse, hominem Te esse natum. K.

ποταμὸς ὁρῶμεν ἐπιλείποντος) Vide Senecam Quæst. Nat. lib. III. cap. 11. & Epist. LXXI. S. Lucianus in ἐπισκοποῦντες, ἀποθήκῃσι καὶ πόλεις καὶ ποταμοὶ ὅλοι. Ἰνάχῃς ἔν ἐδὲ τὰ φθῶ ἐν Ἀργεὶ ἔτι καταλείπεται. moriuntur & urbes & integra flumina. Ideoque nec turanus Inacho reliquus est Argis. Juga montium diffidunt &c. erosi ignis quondam altissimos vertices, solatia navigantium ac speculas ad humilem arenam deduxit. &c. Seneca Ep. 91. Aristot. lib. I. Meteor. cap. 14. ait regiones quasdam modò aridas modò humidiores existere, κατὰ τὰς τῶ ποταμῶν γήσεις καὶ τὰς ἀπολείψεις pro fluminum generatione & defectu. Hanc mutationem fieri κατὰ τινὰ τάξιν καὶ περίοδον. ἀρχὴ δὲ τῶν καὶ αἰτίον, ὅτι καὶ τῶ γῆς τὰ ἐπίγειον, ὡσαύτῃ καὶ τὰ σάματα τῶ φυτῶν καὶ ζῶων ἀκυλῶ ἔχει καὶ γῆρας, &c. ex ordine quodam & periodo. Principium autem horum & causa est, quod terræ intestina, sicut corpora plantarum & animalium floreat & senescant. videantur & sequentia. Cæterum idem Philosophus ibidem negat ex ista partium minutarum mutatione & interitu rectè totius mundi genesin & corruptionem colligi. εἰ χρεὶν ἀπὸ τῶν κατὰ μέγεθος ταύτων γινομένων μεταβολῶν νομίζειν τὸ ὅλον κόσμον φθαρτὸν εἶναι, inquit Olympiodorus in laudatum Philosophi locum. γελοῖον γὰρ (pergit. Arist.) ἀπὸ μικρῆς καὶ ἀκαταίτης (malim ex Olympiodoro ἀραιῆς) μεταβολῆς κινεῖν τὸ πᾶν. ὁ γὰρ τῶ γῆς ὄγκος καὶ μέγεθος, ἅδεν ἐστὶν εὐλόγως πρὸς τὸ ὅλον ἔρανον. ridiculum enim propter exiguas & leviculas mutationes totum commovere universum. terra autem moles & magnitudo nihil usque est ad cælum minus

αὐτῆς τοῦτο &c. vide de mutationibus mundi etiam *Terullianum* cap. 2. de *Pallio. M. Antoninum* lib. 2. de Vita suâ & ibi notas *Gattakeri* p. 54. imprimis *Gaxæum* in *Theophrasto* p. 50. 51. 53. ubi latè quæstionem, an mundus χρόνῳ πρὸς ἀγλυθίσειται; pertractat, & *Zachariam Scholasticum* dialogo de mundi opificiū. *Cyryllum Alex.* lib. 2. contra *Julian.* p. 47. K.

Αἴτινῳ) *Seneca* lib. VI. *Epist.* 79. *Ætnam consumi & sensim subsidere ex hoc colligunt, quod aliquanto longius navigantibus solebat ostendi.* S.

ἐξ ἐλάσσονος) Scilicet ἀγσήμελις propiori ex intervallo *Ætnam* se ostendere *Nautæ* ajunt, cum ἐκ μείζονος etiam longinquo interveniente spatio antea apparuisset. K.

τῷ τῶ ὅλων φύσει) Propter defectum humoris, quo ignis aliaque aluntur. Vide *Ciceronem* de natura lib. II. *Lucret.* l. V. imprimis vero eos, quos adducit *Grocius* lib. I. *Relig. Christianæ.* S.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

Περὶ Δημοσθένους, Αἰσχίνου,
Θεοφράστου, καὶ Δημοκάρου.

*De Demosthene, Æschine,
Theophrasto & Demochare.*

Παράδοξόν γε, ἐ γὰρ ἀληθές, ἐκπεσόνη Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ. Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρομίτης ὁ Κωθωκίδης καὶ ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι, καὶ πάμπολυ περιεῖν τῶ πρόσβρων τῶ φρονήματι. αἰτία δὲ ἡ ἄρα τέττε τῶ Αἰσχίνῃ, ἢτε πρὸς Φίλιππων φιλία, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆ δῶρα καὶ ὅτι πρῶτως καὶ ἡδέως ἤκεν αὐτῆ ὁ Φίλιππος, μελιχίῳ τῶ βλέμματι προσελθῶν, καὶ ὑποφαίνων ἐξ αὐτῆ τῶ

Res mira, nolo enim dicere veram, quum *Demosthenē* in *Macedonia* verba ingeniumque deficerent, *Æschines* *Atromitæ* filius *Cothocides* florebat apud *Macedones*, multumque reliquos legatos animo superabat. In causa fuit, quā obrem ita succederet *Æschini*, *Philippi* amicitia, & ejus munera, & quod *Philippus* placide libenterque eum audiebat benevolis

εὐνοίαν

εὐνοίαν. ἄπειρ ἔν πάντῃ
 ἐφόλκια ἡ εἰς τὴν παρρησίαν
 τῷ Αἰσχίνῃ, καὶ τὴν τῶν λόγων
 εὐροίαν. ἔ μόνῃ δὲ τῷτο
 ἔπαθε Δημοσθένης ἐν Μα-
 κεδονίᾳ, καὶ τοὶ δεινότατῃ
 ὦν εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ Θεόφρα-
 στῷ ὁ Εἰρησιῷ. ἐξέωρεσε γὰρ
 καὶ ἔτῃ ὅπῃ τῆς ἐξ Ἀρείου πά-
 γου ἐκκλησίας λέγων, καὶ ταύτῃ
 ἀπολογία ἡ προεφέρετο, ὅτι
 κατεπλάγη τὸ ἀξίωμα τοῦ
 συνεδρίου. πικρότατῃ ἔν ἀ-
 λώτησε, καὶ ἐτοιμότατῃ πρὸς
 τῷτον αὐτῷ τὸν λόγον ὁ Δη-
 μοσχάρης εἰπὼν. Ὁ Θεόφρα-
 στε, Ἀθηναῖσι ἦσαν, ἀλλ' ἔχ-
 οῖ δώδεκα θεοὶ οἱ δικάζον-
 τε.

universa fuerunt Æschini
 quasi incitamenta ad dicen-
 di audaciam, & verborum
 profluentiam. Non soli au-
 tem hoc accidit Demosthe-
 ni, summo oratori in Mace-
 donia, verum etiam Theo-
 phrasto Eresio. Is enim
 etiam quum in Areopago
 verba faceret, defecit: &
 hanc excusationem præte-
 dit, se perterritum fuisse se-
 natus auctoritate. Amaru-
 lenter vero & promptissi-
 me ad hunc ejus sermonem,
 respondit his verbis De-
 mochares: O Theophra-
 ste, Athenienses erant, non
 duodecim numina, qui ju-
 dicio præerant.

ἔ γὰρ ἀληθές) Gesnero merito suspectus est hic locus, cor-
 ruptusque videtur. Vultejum putes legisse, ἐν γὰρ ἀληθές, ver-
 tit namque: *attamen verum est*: Emendator ejus vult: ἔ μὲν.
 Igitur & in Genevensi versum est; *nolo enim dicere verum*.
 Placet magis Vultejii conjectura, quanquam altius malum resi-
 deat. Faber ὅμως ἀληθές legit. Ego mallet ἔ γὰρ μὴ ἀληθές
 verum est, inquit, licet vix videatur. Nempe fictum videri
 poterat, cum Demosthenes tantus esset orator: & hæc dicti
 causa. De veritate testatur & Gellius, quod liquet ex argu-
 mento cap. 8. lib. VIII. S. Casaubonus hunc locum ita in-
 terpungit & explicat: Παράδοξόν γε, ἔ γὰρ; ἀληθές δὲ &c.
Mira sane res: (.quis dubitet?) at vera tamen: quum non ste-
zisset Demosthenes in Macedonia, Æschines ille Atrometis, ille in-
quam Cothocides apud Macedones famam ingenii est affectus. Hæc
 ille

ille lib. 1. de Saur Poësi p. 193. 94. Quæ emendatio merito suo omne tulit punctum. similem interrogandi formulam habes lib. 2. cap. 8. Virgilius in fine lib. V. Æneid.

quid enim? fallacibus austris,
& cæli toties deceptus fraude sereni.

ubi Servius quid enim? interpretatur quid ni? cur non? Græcè dicerem τί γάρ; vel, πῶς γὰρ ἔ; Etymolog Magnūm. τί γάρ; τι ἔν; καὶ φασιν δηλοῖ ἀντι ἔ, πῶς γὰρ ἔ; Ἄρατι γὰρ ἔ; Dio Chrylost. orat. de Servis. εἴδεις ἤ βλαπτομένων ἀπὸ τινὸς χρεῖται ἐκείνω ὑφ' ἔ βλάπτεται ἔ γάρ; nemo læsus à re quadam, nititur eo, quo læditur; quid ni? K.

ἐκπεσόντων Δημοσθένος ἐν Μακεδονίᾳ) De Macedonia nihil Libanius Rhetor in vita Demosthenis, tantum obmutuisse scribit, Plutarchus hoc ei in prima oratione, quam habuit ad populum, memorat accidisse. Item in secunda, ex qua etiam obvoluto capite aufugit. Facit autem cum Nostro A. Gellius, uti discimus ex inscriptione capitis 8. lib. VIII. Noct. Attic. qui liber pridem amissus est: verba hæc sunt. Quod Theophrastus philosophus omnium suæ ætatis facundissimus, verba pauca ad populum Atheniensem facturus, deturbatus verecundiâ obiicerit, quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti eveniret. S.

Αἰχίνης ἦ) Faber vult deleri δέ. Mihi videntur excidisse aliqua, quæ ostendebant quare Demosthenes defecerit, nempe, quod vereretur Philippum. subiciebatur deinde, omnia contrario se habuisse modo in Æschine. S. ἦ hic expungendum. pertinet enim ad præcedens ἀληθές ἦ, unde in alienum locum venerat, quamvis Casaubonus l. c. nihil mutet. Philostratus in Æschine. ἐπέτεινε δὲ αὐτοῖς τὴν Ἀφροδίτην, ἡ ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπὶ τῷ Φιλίππου λόγῳ. ὅτε δὲ ἐξέπεσε μὲν τῷ λόγῳ ὁ Δημοσθένης. Αἰχίᾶν ἰλλοῦ (Demosthenis & Æschinis) discordiam oratio de Amphipoli apud Philippum, cum Demosthenes excidit sermone vel obmutuit. & in Herode iterum. οἱ ἦ προφέροντες αὐτῷ νέω ὄντι ἐν Παιονίᾳ τὸ λόγῳ τινὸς ἐκπεσεῖν ἐπὶ τῷ Αὐτοκράτορος, ἠγνοήκεναι μοι δοκῆσαι, ὅτι καὶ Δημοσθένος ἐπὶ Φιλίππου λέγων, ταυτὸν ἔπαθε. κακῆν μὲν, ἤκων Ἀθωάζε, τιμὰς προσήτη καὶ σεφάνης, ἀπολαλήκας Ἀθωαίοις Ἀμφιπόλεως. Ηρώδης δὲ ἐπεὶ τὰ ἔπαθεν, ἐπὶ τῷ Ἰστρον ἦλθεν ὡς οἰψων ἑαυτὸν. Qui vero illi (Herodi) exprobrant, quod juvenis in Pannonia oratione quadam coram Imperatore exciderit, ignorare

mibi videntur, id ipsum Demostheni quoque usu venisse. At ille tamen Athenas reversus honores sibi coronasque deposcebat, cum jam amisset Amphipolim Athenienses. Herodes autem idem expertus, in Istrum se dare præcipitem voluit. Idem Crasso & Antonio contigit. Cicer. lib. I. de Orator. alia recentiorum exempla dabit Crinitius lib. 5. de Honest. Discipl. cap. 3. quos laudat codex Kōnigianus. K.

Ἀτρομέτης ὁ Κωθωκίδης) Scribe Ἀτρομέτης ὁ Κωθωκίδης, auctoritate Æschinis ipsius epist. III. Plutarchi in ipsius vita. Incerti auctoris in simili argumento. Philostrati & Suidæ. Postremum vocabulum pagi nomen est, unde oriundus erat. Apollonius in Exegeſi. Αἰχίνης τὸ μὲν ἦν Ἀθλωαῖ, τὸ δὲ δῆμον Κωθωκίδης. S.

ἥτε πρὸς Φίλιππον φιλία) Hanc Æschinis amicitiam cum Philippo Demosthenes veris nominibus appellat προδοσίαν, μισθαργίαν, προδιίονεμ, ὀπερὰν mercenariam. additque deinde, καὶ αὐτοφιλίαν τε καὶ ξενίαν αὐτὴν ὀνομάζει. ἔτε Φιλίππος ξένον, ἔτε Αλεξάνδρος φίλον εἶποιμι ἂν ἐγὼ σε, ἔχ ἔγω μάλιστά, εἰ μὴ καὶ τὴν δεύρας καὶ τὴν ἀλλό τι μισθὸν πρᾶττοντας φίλος καὶ ξένος δεῖ καλεῖν τὸ μισθωσαμένων. quamvis ipse amicitiam hospitiumque appellet. Ego vero ut iia insaniam absit, ut te vel Philippi hospitem vel Alexandri amicum dicam, nisi etiam messorum & alii operam mercede locantes amici & hospites conducendum salvandi sint. vide Orationem de Corona, ubi notantur multi, qui se Philippo amicos jactitarunt: & proditis urbibus, statim ista expiravit amicitia. Philippus enim amavit τὴν μέλλοντα προδιδέναι & oderat τὴν ἤδη προδιδουκότας. Stobæus Serm. 171. K.

πάντα ἐφόλκια) Gesnerus ἐφόλκιά. Quod sine dubio est melius. Nam ἐφόλκια, parva quædam sunt navigia. Vide me de Militia Navali lib. II. cap. 2. S. ἐφόλκια habet Romana editio, quam temerè deserere nolim. Nam licet ἐφόλκιον, communiter notet naviculam, majoris navis appendicem atque adeo significet additamensium accessionem, attractivum. est tamen, ubi τὸ ἐφόλκιον non trahitur, sed trahit suam navem, si nimirum portus aut relinquendus aut intrandus. Philostr. cap. 3. de A. V. de navi è portu solvente, ὁρᾶτε, inquit, τὸ τὸ νεὸς δῆμον, ὡς οἱ μὲν τὰς ἐφόλκιδας ἐμπεθέηκασιν ἐρεῖλοι ὄντες, videte plebem nauticam, quæ ραδίῳ scapham, quæ trahit navem remulco, conscendunt optimi remiges. Hinc oritur metaphora, quâ dicimus omne illicium, omne protelum & quicquid elicit attrahitque aliud, ἐφόλκιον. Ita

Ita hoc loco *Philippi* amicitia & applausus *Æschini* fuerunt ad benè prompteque dicendum ἐφόλκια & ἐφοδία invitamenta, νιατικά & ἐλευστικόν τι habuerunt. similiter apud *Zachariam Scholasticum* anima dicitur συνέπεαξ τῷ βάρει ἔφολκίς pondus appendicis sequi, *Dialog. de Officio mundi.* unde interpr. quasi epholcia & invitamenta. K.

Ἀθωαῖοι ἦσαν) Athenienses erant *Areopagitæ*, non *Dii* majorum gentium. Non multum abludit illud *Ciceronis* de *Catone*: dicit tanquam in *Platonis πολιτεία*, non tanquam in *Romuli* face, sententiam, lib. 2. ad *Attic. Epist.* 1. K.

Κ Ε Φ. 17.

CAP. XIII.

Τίνες ἐκ ἐγέλων.

Qui non riserint.

Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζο-
μένιον φασὶ μὴ γελῶντά πο-
τε ὀφθάλμῳ, μήτε μειδιῶν-
τα ἢ ἀρχῶ. λέγουσι ὅτι καὶ
Ἀεισόξενον τῷ γέλῳτι ἀνά
κράτῳ πολέμιον γενέσθαι.
Ἡράκλειτόν τε ὅτι πάντῃ τὰ ἐν
τῷ βίῳ ἔκλαεν.

Anaxagoram Clazome-
nium ajunt nunquam ride-
re visum esse, neque subri-
dere omnino. Dicunt etiā,
Aristoxenum valde à risu
abhorruisse, & *Heraclitum*
omnia in communi vitæ
deplorasse.

μὴ γελῶντα) Adde his *Diogenem Cynicum*, *Pyrrhonem*,
Timonem, *Socratem* ex *Græcis*, ex *Romanis* *Crassum*, *Crassum*
in *Parthis* interempti avum, de quibus *Plinius* lib. VII. c. 19. S.

γέλῳτι ἀνά κράτῳ πολέμιον) Imitatur *Xenophonem*, quæ
lib. 2. de *Instit. Cyri* de *Aglaïtida* ait, quod fuerit τῷ γέλῳτι πολέ-
μιῳ, risus hostis. *Demetrius* δὲ ἐρμηνείας, *Xenophon*, inquit,
ἀγέλασον πρόσωπον καὶ συγνόν, personam terricam, quæ risum dedidi-
cit, afferens, nihilominus ex illo rimumice pro aqua risum exsculpsit, di-
cens, ὅτι ῥαῖόν ἐστι πῦρ σκτελεῖναι ἀπὸ σὸς ἢ γέλῳτα. citius a te ignem
quis exiuderit, quam risum. vide ipsum *Xenoph.* l. c. Cæterum
ἀγέλασον cognomen etiam *Κυρηνῶν* ὁ Πολύζηλος tulit, apud
Photium ex *Ptolomæi Hephæstionis Polymasthia.* de *M. Crasso* quem
semel in vita risisse *Lucilius* ait vid. *Cicero* l. V. de *fin. bon. & mal.*
Hieron. epist. ad *Demetriad.* K.

Ἡράκλειτον) *Seneca* lib. II. de *Ira* cap. 10. *Heraclitus* quom-
dies prodieras & tantum circa se male vivendum. imo male per-

eiunium viderat, flebat, miserabatur omnium, qui sibi læti felicesque occurrebant. Adde Lucianum in auct. vitarum. S.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIV.

Περὶ Διογένης τελευτῆς.

De morte Diogenis.

Διογένης ὁ Σινωπῶς ὅτε λοιπὸν ἐνόησεν ἐπὶ θανάτῳ, ἑαυτὸν φέρων μόνον ἔρριψε κατὰ τινος γεφυρῆς πρὸς γυμνασίῳ ὀλίγῳ, καὶ προσέταξε πρὸς παλαιστροφύλακι, ἐπιθῆναι αἰθέριαι δάσπεπνδρῶτα αὐτὸν, ῥίψαι εἰς τὸν Ἰλισσόν. ἕτως ἄρα ὀλίγον ἔμελε Διογένει καὶ θανάτῳ, καὶ ταφῆς.

Diogenes Sinopenfis, quum jam læthali morbo esset affectus, vixque seipsū sustinens, dejecit se de ponte, qui prope gymnasiū erat: mandavitque custodi palæstræ, ut quum exspirasset, se abjiceret in Ilissum. Adeo pro nihilo duxit mortē & sepulturam Diogenes.

ἑαυτὸν φέρων μόνον) Gesnerus scribit, μόλις. Interpres videtur ἑαυτὸν & φέρων legisse, quod tamdiu placet, donec quid melius succurrat. Faber ἑαυτὸν φέρων μόνον, & φέρων ait esse παρέλκον Atticum: significare vero locum totum, ipse solus & sine ullo comitatu se dejectum iuit de ponticulo. Cæterum de genere mortis dubitant. Alii & inter eos Suidas morsu canis decessisse putant. Alii esu carnis crudæ, alii polypodis, ut est apud Athenæum, Antisthenes cohibitione spiritus vult mortuum esse, alii aliter. S. Benè quidem Clariss. Faber τὸ φέρων ex Atticismo defendit, quod sæpius significat sua sponte, data operâ & , ubique orationi pro rei substantiæ indole, emphasin addit. Plutarchus de Puer. Instit. τέρας φέροντες ὑποβάλλουσι τὰς υἱάς, his (iunctis prædagogis) ipsi sua quasi manu, sine exceptione subdunt filios. Verum non possum illud Nostri, ἑαυτὸν &c. ἔρριψε κατὰ τινος γεφυρῆς, ita interpretari, de quodam ponticulo se dejectum iuit. Hoc enim, ut alia mittam, gymnasii custodi à Diogene erat mandatum, nempe ut se jam extinctum de ponte in Ilissum mitteret. hoc itaque modo acceperim, seipsum vel corpus temerè sine arbitris in ponticulum abjecit. Nam æger Diogenes ibi solus procubuit, ubi ponticulus ei cubile erat. vide indicem in κατὰ. Salmas. notis

in Gallieno legit cum Gesnero, εαυτὸν φέρων μόλις, ἐρίψε &c. explicatque quasi Diogenes præ mala valetudine vix sese ferre potuerit. K.

Ιλιωδόν.) Laërtius scribit Ελιωδόν. Eruditissimus Menagius scribendum putat, εἰς τὸ ἔλειον, quia Ilissus flumen Atticæ, Diogenes vero Corinthi obiit, sensus in locum paludosum. Ipsum vide in Notis, ad Laërt. p. 149. S. Ιλιωδὸν Plato quoque legit & Strabo. Pausanias. Ειλιωδὸν. corruptius Ἐλιωδὸν. Cæterum communior scriptio Ιλιωδὸν. Quam hæc loco servandam censeo. Ut enim Auctores in diversa eum, cum quaeritur, quo genere mortis Diogenes extinctus sit; ita etiam locus, ubi eum fatalis hora deprehenderit, ἀμφισβητήσιμῳ, nec dum definitus est. Corinthi enim in Cranio mortuum sunt qui tradant. Laërt. in Vita ejus. Alii in itinere, cum tenderet Olympiam, febris correptum obiisse ajunt. Hieronymus lib. 2. adversus Jovinianum. Cum ad agonem Olympiacum, qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, jam senex pergeret, febris in itinere apprehensus, accubuit in crepidine viæ: volentibusque eum amicis, aut in iumentum, aut in vehiculum tollere, non acquievit: sed transiens ad arboris umbram, locutus est: abite quaeso, & spectatum pergite: hæc me nox aut victorem probabit aut victum. Si febrem vicerò ad agonem venturam: si me vicerit, ad inferna descendam. Ibi per noctem eliso gutture non tam mori se ait, quam febre morte excludere. confer Sarisburiensem lib. V. Polycrat. cap. 17. & Arrian. Epist. p. m. 348. Præterea si in Ilissum se mortuum projici voluit, ut Laërtius scribit cum Nostro, in Attica eum aut planè defunctum aut morti saltem vicinum fuisse verisimile est. Ideoque hæc triga opinionum de morte Diogenis non est confundenda eis μίαν Μύκονα, sed distinctè servanda & explicanda. K.

ἕτως ἄρα.) Eleganter & copiose de hac re Marcus Tullius Tusc. lib. I. S.

ΚΕΦ. ΙΕ.

CAP. XV.

Περὶ Φιλίππου ἐν νίκῃ ἐγκρα-
τείας, καὶ τίνῳ ἐβέλετο
ἀναμιμνήσκουσα.

De Philippo in victoria con-
tinentia, & cujus sibi memoriam
refricari identidem
voluerit.

Εν Χαίρωνεία τὸς Ἀθη-
ναίους νίκη ἐνίκησε Φίλιππον, ὁ-
παρθεὶς ἢ τῇ ἄποραγίᾳ, ὁ-
μως λογισμῷ ἐκράτησε, καὶ
ἔχ' ὕβρισε. καὶ εἶχε ταῦτα
ᾧ εἶπε δὲ εἶν' αὐτὸν ὑπομιμνή-
σκεσθαι ὑπὸ τινῶν παύ-
σων ἔωθεν, ὅτι ἄνθρωπός ἐ-
στιν, καὶ προσέταξε τῷ παι-
δί τῆτο ἔχειν ἔργον, καὶ ἐ-
πρότερόν φασιν, ἕτε αὐτὸς
πορεύει, ἕτε τις τῶν δημοφώνων
αὐτὸ παρ' αὐτὸν εἰσῆι, πρὶν
τῆτο αὐτῷ τῶν παῶν ἐκάσῃς
ἡμέρας ἐκβαῖσαι τείσ. ἔλε-
γε ἢ αὐτῷ, Φίλιππε, ἄνθρω-
πός εἶ.

ter ei proclamasset, dicens, Philippe, homo es!

Philippus quum in Cha-
ronea fudisset Athenienses,
licet fortuna euectus, tamē
appetitū rationi subdidit,
neq; contumeliose aut in-
temperanter aliquid fecit.
Proinde consultū esse pu-
tabat, quendam ex pueris
quotidie hoc ei mane in
memoriā revocare, quod
esset homo. quare puero
delegavit hoc officiū, neq;
ipse prodibat antea, sicut
fertur, neque quisquā, qui
eum convenire vellet, pri-
us ad eum introibat, quam
singulis diebus puer hoc

ὁμως λογισμῷ) *Diobæus*, qui se hæc Nostri refert exscripsis-
se, habet λογισμῷ, Sermone XXI. S. An *Philippus* intra mode-
rationis gyrum se continuerit, docebit *Diodorus* l. 16. *Biblioth.*
cum quo *Iustinus* lib. IX. cap. IV. componere. Cæteroque ne-
mo luculentius moderationem *Philippi* descripsit quam *Polybius*
l. V. *Histor.* c. 10. ipsa verba proponam variamque insimul le-
ctionem ἐ *Suida* in Φίλιππον: Φίλιππον, inquit, νικήσας Ἀθη-
ναίους τὴν ἐν Χαίρωνείᾳ μάχῃ, ἐ τοσῶτον ἤνυσε ἀπὸ τῶν ὅσων, ὅσον ἀπὸ
τῆ ἐπιχειρίας καὶ φιλανθρωπείας (*Suid.* φιλανθρωπείας male.) τῶν τρόπων.
τῶν μὲν γὰρ πολέμων καὶ τῶν ὅσων αὐτῶν μόνον (*malim* ex *Suid.* μόνων)
ἀπειροφύσῃ, (*S.* ἐχέουσ. male.) καὶ κύριον κατέστη τῶν ἀντιπαλαίων.
τῆ δ' ἐυγνωμοσύνη καὶ μετελότητι πάντας Ἀθῶναιους ἅμα καὶ τὴν πό-
λιν αὐτῶν ἔχειν ὑποχείριον, ἐπ' ἐπιμετρῶν τῶν θυμῶν (*Suid.* τῶν θυ-
μῶν quod melius) τῶν πραπίσμασι; ἀλλὰ μέχρι τῶν πολέμων καὶ
φιλοεικῶν (*Suid.* νικῶν) εἰς τὸ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀποδείξιν τῆ
αὐτῆ πραότητος καὶ κυλοκαγαθίας. τῶν γὰρ ἐν χάρις λύτρων ἀπο-
θείας τῶν αἰχμαλώτων, καὶ κηδεύσας Ἀθῶναιων τῶν τελευτήσασαν,

ἔτι δὲ σωθεὶς Ἀντιπάτρῳ τὰ τέτων ὄσα (Suid. καὶ τῷ Α. τῶν Ἀθωαίων τ. τ. θάψαι κελεύσας, ἔτι δὲ καὶ σωθεῖναι τ. τ. ο.) καὶ τῶν ἀπαλατιομένων τὰς πλείους ἀμφίσας μικρὰ λαπάνη. (Suid. omittit) &c. Philippus in pugna ad Cheroneam victor Atheniensium non tantum armis, quantum clementia & humanitate morum profecit. Nam bello & armis solos illos devicit, & resistentes sibi subjecit: æquitate autem & moderatione omnes Athenienses unâ cum ipsa urbe in potestatem redegit, dum rebus gestis nihil iræ superaddidit, sed ideo bellum gessit vicique, ut occasionem & materiam haberet suam tum mansuetudinem, tum benignitatem declarandi. Ea propter captivos sine pretio domum remisit, Antipatrumque cæsurum iusta peragere & ossa legere iussit: discedentes autem veste donavit. eoque sumptu minimo solerter rem maximam confecit. Namque illa animi magnitudine animos Atheniensium adeo permovit perculitque, ut ex hostibus socii ad omnia promptissimi postea evaserint. Κ.

Φίλιππος ἀνδρῶν ἑ) In similitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhærebat, per singulas acclamationes civium, dicens: Hominem Te esse memento! Hieron. ad Paulam super obitu Blefillæ. Κ.

ΚΕΦ. 15.

CAP. XVI.

Περὶ Σόλωνος καὶ Πεισιστράτου.

De Solone & Pisistrato.

Σόλων ὁ Ἐξεcestίδου γέρον ἦδη ὡν ὑπὸ πλάτῃ Πεισιστράτον τυραννίδα ὀπιθήσεσθαι, ἠνίκα παρῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Ἀθωαίων, καὶ ἦτι φρουρὰν ὁ Πεισιστράτος. ὄρων ἃ τὰς Ἀθωαίους τῶν μὲν αὐτῶν λόγων ῥαθύμως ἀκούοντας, προσέχοντας ἃ τῷ Πεισιστράτῳ, ἔφη, ὅτι ἢ μὲν ἐστὶ σοφώτερος, ἢ ἢ ἀνδρείότερος. ὁποσοὶ μὲν μὴ γινώσκουσιν, ὅτι

Solon Excectidæ filius jam ætate grandior suspectū habere cœpit Pisistratum, nomine tyrannidis affectatæ, quum progredere-tur in concionē Atheniensium, & postularet præsidium à populo. Videns autem Athenienses negligentiores & parū attentas aures sermonibus suis præbere, Pisistrato vero acceden-

φυλακῶν λαβῶν παρὰ τὸ σῶμα, τύραννον ἔσαι, ἀλλὰ τέτων μὲν ἐσι σοφώτερος. ὁπόσοι ᾗ γινώσκοντες, ὑποσιωπῶσι, τέτων ἀνδρείότερος ἐσιν. ὁ ᾗ λαβῶν ἤ δυνάμιν, τύραννον ἴω. καθεζόμενον ᾗ Σόλων παρὰ τῆ οἰκίας, ἢ ἀσπίδα, καὶ τὸ δόρυ παρὰ θέμενον ἔλεγχον, ὅτι ἐξώπλισται, καὶ βοηθεῖ τῇ παίδει, ἢ δυνάταί, στρατηγὸς μὲν δὲ ἢ ἡλικίαν ἐν ἔτι ὦν, δύνει ᾗ δὲ ἢ γινώμενον. ὁμως ἐν Πεισίστρατον εἶτε αἰδοῖ τῇ παρὰ ἢ ἄνδρα, καὶ ἢ σοφίαν αὐτῆ, εἶτε καὶ μνήμη τῶν ἐφ' ἡλικίας, (λέγεται γὰρ, αὐτὸν παιδικὰ γρηθέσαι,) ἔδεν γε ἔδρασε κακὸν Σόλωνα.

tanti viri & sapientia, seu recordatione adolescentiæ prohibitus (dicitur enim amasius fuisse Solonis) nullo eum damno affecit.

Ὁ δὲ ἐν Σόλων ὀλίγον ὑπερον ὑπεργηρωσ ὦν, ἢ βίον ἐτελεύτησεν, ὅτι σοφία καὶ ἀνδρεία μεγάλῃ ἀπολιπῶν δόξαν. καὶ ἀνέστησαν αὐτῷ χαλκῶν εἰκόνα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀλλὰ καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ παρὰ τὰς πύλας παρὸς

cunq; enim non intelligent ipsū, si accepisset corporis satellitium, tyrannide quoque potiturum, his se esse sapientiozem : qui vero tametsi intelligerent, tamen subitescerent, itis se esse fortiozem. At ille quum impetrasset copias, tyrannidē occupabat. Solon vero ante domum suā sedens, protendebat scutū & hastam, inquiens, se arma sumpsisse ad afferendam patriam, quoad posset, & quum jam ætate minime par esset ad agendum ducem (aut militem) tamen animo patriæ favebat. Nihilominus tamen Pisistratus, seu reverentia

recordatione adolescentiæ

amasius fuisse Solonis) nul-

lo eum damno affecit.

Solon vero paulo post,

ad decrepitam usque senectutē ætate provecus,

vitam cum morte comutavit,

magnamque sapientiæ

& fortitudinis laudem sibi

reliquit. Atque in honorē

ejus ænea statua in foro po-

πρὸ τείχει ἐν δεξιᾷ εἰσιὸ ἵλων, sita est, sepultusque publi-
καὶ περιωκοδόμητο αὐτῷ ὁ τά- ce, juxta portas mænio-
φθ. rum, ad dextram introitus:
& monumentum ejus muro cinctum est.

τυραννίδα) Gesner. τυραννίδι. quod & Faber probat. S.

παρηλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν) Thorace clypeoque arma-
tus. Testis Laërtius in vita ejus. Cui addas Plutarchum, qui
hæc omnia copiosus. Aristid. orat. de Smyrna. S.

ἦται φρεσὸν) Hæc pervulgata Tyrannidem affectantium
via erat. vide Aristotelem lib. I. Rhetor. cap. 2. & lib. 2. cap. 20.
ubi Himerzi Phalaridi decreverunt φυλακὴν τῆς σώματι, corpo-
ris custodiam, & Cononis Δηγήσεις apud Photium p. 231. & seq.
Plato lib. 8. de Republ. τὸ δὴ τυραννικὸν αἶτημα, τὸ πολυθρύλλη-
τον ἐστὶ τάτω, πάντες οἱ ἐπὶ τῶν ἀσβεστηκότες, ἐξ ἀλόγκου αἰτεῖν
τὸν δῆμον φυλακὰς τινὰς τῆς σώματι, ἵνα σῶς αὐτοῖς ἦ ὁ δῆμος βο-
θός. Deinde sequitur Tyrannica illa & celebrata petitio. omnes enim
eo iudentes comminiscuntur corporis custodiam a populo petendam,
ut scilicet saluus perstet ille populi vindex & assertor. Huc petiti-
oni non male obviam ivit ille, qui Syracusanis, Dionysio etiam
corporis custodiam à populo petente, auctor fuit, ut tot ei satel-
lites decernerent, quot quidem unum vel alterum vel plures et-
iam, non tamen omnem populum sibi haberent obnoxium. A-
ristot. lib. 3. Polit. cap. XV. in fine. K.

τὴν δύναμιν) Satellitium seu corporis custodiam, quam
quo astu à plebe obtinuerit, lege apud Justinum lib. II. cap. 8.
altosque quos Bongarsius illic nominat auctores. S.

πρὸ τῆς εἰκίας) Ita Plutarchus lib. An seni sit gerenda
resp. Laërtius scribit, πρὸ τῆς στρατηγίας posuisse, & dixisse ὡ πα-
τερὶς βεβοῦθηκά σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. S.

αὐτὸν παιδικᾶ) Faber legit αὐτῷ vel αὐτῆ. Probo. S.

ὑπέγρηως ὡν τὴν βίον ἐτελεύτησεν) Luciano teste in Macrob.
ad centesimum annum usque vixit. Mortuus autem non Athen-
is, sed in Cypro, ut ait Laërtius, ossaque ejus in cinerem solu-
ta, perque Salaminam insulam disseminata, ut adeo honorarium
id ejus Athenis sepulchrum fuerit, cujus mentionem facit. Nec
enim strictè accipienda putem verba hæc, sic ut contrarium sen-
tiant ab iis, qui tradunt excessisse urbe, licet hoc memoraverit &
Plutarchus vita ejus. vide Meursii Solon. & Menag. ad Laërt.

P. 17. S. Auctor Noster, quantum ex verbis ejus licet colligere, minimè accedit illorum partibus, qui Solonem senectute jam præcipiti abiisse in Cyprum, ibique mortuum Solis tradiderunt. *Plutarchus* in Vita ejus, Pisistratum sæpe ait solitum accersere Solonem & ejus uti consilio & legibus, ipsumque Solonem multa Pisistrato rite atque ordine peracta laudasse. Quæ omnia non nisi in præsentem cadere videntur. K.

ἐν τῇ ἀγορᾷ) πρὸ τ' τοῦ. Ait *Pausanias* in Atticis. S. (ᾠδὴ ἀποδόμητο) Septo ejus monumentum circumdantem est.

Qui honos viris illustrioribus servatus legitur. *Thucyd.* lib. V. de *Brasida* in prælio cadente: οἱ Ἀμφιπολίῃ) ᾠδὴ ἔξαντες αὐτῷ τὸ μνημεῖον, ὡς Ἡρώϊτε ἐντέμνουσι &c. quod *Valla* reddit. *Amphipolitani* monumentum ejus circumstantes (sine dubio legendum circumdantes) tanquam Heroi immolant. Ex hujusmodi ᾠδὴ πειθευμένων, conserto inclusis monumentis pleraque *Ethnicorum* templa surrexerunt. vide *Arnobium* lib. VI. adversus *Gentes*. K.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Περὶ Οἰνυκίνου Ζαγκλαίων
μονάρχου.

De Oenycino Zanclæorum
monarcha.

Ὅτι Σκύθης Οἰνυκίνου ὁ τῶν Ζαγκλαίων μονάρχης ἀνέβη εἰς Ἀσίαν πρὸ βασιλέα Δαρεῖον, καὶ αὐτὸν ἐνόμισε πάντων δικαιότατον ἀνδρῶν εἶναι, ὅσοι ἐκ τ' Ἑλλάδος παρ' αὐτὸν ἀνέβησαν. ὅτι παρατησάμενος βασιλέα ἀφίκετο εἰς Σικελίαν, καὶ πάλιν ἐκ Σικελίας πρὸ βασιλέα ὁπίσω. τῆτο ἡ Δημοκίδης ὁ Κροτωνιάτης ἐκ ἐποίησε. καὶ ὅθεν τῆτο Δαρεῖος ὑπὲρ αὐτῆς φλαύρωσ

Oenycinus Scythæ, Zanclæorum princeps, quæ ad *Darium* ascendisset in *Asiam*, omnium hominû, qui ex *Græcia* venerant, existimatus est ab illo justissimus esse. Hic, quum à rege veniam in *Siciliam* proficisci impetrasset, rursum è *Sicilia* retrorsum ad regem reversus est. Id quod *Democedes* *Crotoniata* non fecit: & ob hanc causam malis eum epithetis *Darius* ἔλεγε,

ἔλεγμα, ἀπατεῶνα λέγων, καὶ ἀνθρώπων κάκιστον. ὃ ἐν Σκύθης ἐν Πέρσας μέγα ὄλβιων, γήρα κατέστρεψε τὸ βίον. *Perferam, scribendum ὁ Ἰνύκιον, ab urbe Siciliae, in quam relegatus fuit à Gelæ tyranno Hippocrate. Consule Herodotum lib. VI. ubi habes integram historiam, præne ad verbum. S. Ex Romanæ Editionis male coalita lectione Οἰνόκιον omnes aliæ contraxere labem. nec dubium est, quin ὁ Ἰνύκιον divisim rescribendum. hinc apud Hesychium legas Ἰνύκιον (non Ἰννύκιον) εἶναι δὲ τὸ Ἰνυκῆ τὴ Σικελίας· ἐστὶ δὲ πολίχμιον ἕνδιον. Vinum Inyceanum nomen habet ab Inyco Siciliae, est vero oppidulum vini melioris proventu celebre. K.*

Σκύθης Οἰνόκιον) Perperam, scribendum ὁ Ἰνύκιον, ab urbe Siciliae, in quam relegatus fuit à Gelæ tyranno Hippocrate. Consule Herodotum lib. VI. ubi habes integram historiam, præne ad verbum. S. Ex Romanæ Editionis male coalita lectione Οἰνόκιον omnes aliæ contraxere labem. nec dubium est, quin ὁ Ἰνύκιον divisim rescribendum. hinc apud Hesychium legas Ἰνύκιον (non Ἰννύκιον) εἶναι δὲ τὸ Ἰνυκῆ τὴ Σικελίας· ἐστὶ δὲ πολίχμιον ἕνδιον. Vinum Inyceanum nomen habet ab Inyco Siciliae, est vero oppidulum vini melioris proventu celebre. K.

Δημοκρίδης) Medicus captus à Persis & ad Darium perductus, ut ægrotantem ejus ex mamma uxorem sanaret. Pro quo cum à rege obtinuisset, ut sibi domum ad visendos suos proficisci liceret, noluit reverti. Testis Athenæus lib. XII. Suidas, & Herodotus. S.

ΚΕΦ. ΙΙΙ.

CAP. XVIII.

Περὶ Εὐθύμου, καὶ τῆς ἐν Τεμέσῃ ἥρωος, καὶ παροιμίας.

De Euthymo, & Temesense Heroe, & proverbio.

Εὐθύμου ὁ Λοκρὸς τὸ ἐν Ἰταλία, πύκτις ἀγαθὸς ἰσχυρὸς τε σώματι περὶ δὲ θαυμασιώτατος γυμνασίου λίθου γὰρ μεγέθει μέγιστον θεικνύσιν Λοκροὶ, ὃν ἐκόμισε, καὶ ἔθηκε παρὰ τὸ θυρῶν. καὶ τὸ ἐν Τεμέσῃ ἥρωα φόρος παρατίθμενον ὡς τὸ προσοίκων ἔπαυσεν. ἀφικόμενος

Euthymus in Locris Italiae natus, pugil egregius, & corporis robore incredibili admirabilis fuisse creditur. Locri enim lapidem ostendunt magnitudine maximum, quem portavit, & ante fores posuit. Idem Temesæo heroi, qui tributum ab accolis exigebat, hanc

γὰρ εἰς

ἦδ' εἰς τὸ ἱερόν αὐτῆ , ὅπερ
 ἄβατον ἔσσι τοῖς πολλοῖς , δι-
 γωνίσασθαι πρὸς αὐτὸν , καὶ
 λυάγκασεν ἄνπερ ἐσύλησεν ,
 δλοπίσαι πλείω· ἐντεῦθεν
 τοι καὶ ἐρῥόσεν ἡ παροιμία ,
 ἡ λέγεται , ὅτι τῶν ἀλυσιτελῶς
 τι κερδαμόνων , ὅτι αὐτοῖς
 ἀφίξεται ὁ ἐν Τεμέσῃ ἦρως.
 λέγουσι ἡ αὐτὸν Εὐθύμον
 καταβάνα ὑπὲρ Καῖκιν ποτα-
 μόν , ὅς ἐστι πρὸ τῶν Λοκρῶν
 πόλεως , ἀφανισθῆναι.

potestatem eripuit. Acce-
 dens enim in delubrum e-
 jus , quod vulgo inacces-
 sum erat, cum ipso certamé
 inivit, coëgitq; multo plu-
 ra, quam prædatus fuerat,
 rependere. Unde prover-
 bium manavit, quod de iis,
 qui inutiliter lucrantur, di-
 cit, venturū ad eos Teme-
 sæum heroa. Euthymum
 vero, quum descendisset ad
 flumen Cæcim, quod præ-
 terlabitur civitatem Lo-

crensium, non amplius in terris visum esse perhibent.

Εὐθύμος) Eandem rem luculenter describunt *Strabo* l. VI.
 & *Suidas* in Εὐθύμος. S.

πόκτης) Meminit *Plinius* lib. VII. cap. 47. terque (ut
 emendat *Meursius*) *Olympia* victorem , semel victum scribit , *De-*
mostheni in orat. adversus *Midiam* est *Luctator*. S.

καὶ τὸ ἐν Τεμέσῃ ἦρως) Fuit hic unus ex *Ulyssis* sociis, no-
 mine *Alybantēs*, uti *Suidas* refert. *Pausanias* in *Eliacis* *λύβαντα*
 nominat, aitque se in veteri pictura vidisse eum ut dæmonem de-
 pictum, χροῖαν ἡ δεινῶς μέλαινα, καὶ τὸ εἶδος ἅπαν ἐς τὰ μάλιστα φο-
 βερὸν, habuisseque ἐσθῆτα λύκος δέροντα. S. Quod *Euthymus* vi-
 ribus corporis effecit, id *Porphyrus* arte magica conatus est imi-
 tari. Ipse enim de se scribit, se *λαϊμόνιον* τινος φύσιν dæmonem
 quendam, ἐ balneo, quod infestum habuerat, expulisse, καυσάν-
 θα τῆτον ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι, quem incolæ loci illius *Causantham* vo-
 cabant. Simile fere est, quod de *Eurybato* *Lamiam* profligante
 habet *Anton. Metam.* VIII. Cæterum de *Euthymo*. v. *Nic. Leo-*
nicum Thomæum in *Variâ Histor.* lib. I. cap. 42. K.

εἰς τὸ ἱερόν) Notæ *Bigotiani* Codicis testantur alibi legi
 ἔσσι pro εἰς. S.

ἐρῥόσεν) Eadem notæ repererunt alibi ἐρῥήσει. S.

ὁ ἐν Τεμέσῃ) Sic & apud *Plinium* lib. III. cap. 5. oppidi hujus nomen scribitur. *Pausania* loco ante dicto est Τεμέσση. S.

Καῖκιν) Depravatum fluminis hujus nomen: scribe Κακίνω. *Plinius* lib. III. cap. 10. ubi de Locris Italiae: amnes ibi navigabiles *Cacines*, *Crotalus*, *Semirus*. Ita lego, licet vulgati habeant *Cacinos*. Quoniam & in *Pausania* Κακίνης est, isque fluvius *Euthymi* pater fuisse scribitur. S. Emendatio debetur *Cl. Meursio*, notis ad *Anigoni* *Histor. Paradoxon.* p. 145. K.

ἀφανειώων) *Pausanias* dicto loco, ἤκασα ἢ κῆ τιόνδε ἔτε ἐς τὸν Εὐθύμον, ὡς γήρως τε ἐπὶ μακρότατον ἀφίκοιτο, κῆ ὡς λῆθοσαν ἐν κρυφῶν ἀφίδις ἐτερον τινα ἐξ ἀνδρώων ἀλλων ἀπέλθοι τρέπον. S.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

Ἐπιτύμβιον Ἀναξαγόρου, καὶ
βωμὸς αὐτῶ.

Epitaphium sepulchro Ana-
xagora insignitum, &
ejusdem ara.

Ἐνθάδ' ὁ πλεῖστον ἀλη-
θείας ὑπὲρ τέρμα περήσας
Οὐρανίε κόσμος, κείτα Ἀνα-
ξαγόρας.

Hic jacet ille, cui rerum
patuere recessus.

Atque arcana poli, magnus
Anaxagoras.

Ὅτι καὶ βωμὸς αὐτῶ ἴσα-
ται, κῆ ὀπιγέγραπται ὁ μὲν,
Νεῦ, ὁ δ' Ἰ, Ἀληθείας.

Arae etiam geminae ei po-
sita sunt, altera Mentis, al-
tera Veritatis inscripta.

ἐνθάδ' ὁ πλεῖστον) Apud *Laërtium* est: ἐνθάδε πλεῖστον. S.
βωμὸς) *Gesnerus* vult, βωμῶ αὐτῶ ἴσαντα legendum esse.

Et recte. nam de duabus aris eum loqui manifestum est. *Cuperus* legit, ὅτι κῆ βωμοὶ αὐτῶ ἴσαντα. S. Non opus est, ut ex una ara duas faciamus manu *Criticâ*. Solet enim *Noster* & *Sophistæ* alii quoque per *ellipsis* omittere τὸ φασί. *Supra* lib. V. c. 17. οἱ δὲ (φασί) μεμνηνὸς τῆτο δολοῦσαι, sunt vero qui tradant *illum* furentem fecisse illud, & in fragmentis voce ἀπάνατο, οἱ μὲν δὲ λαῖς, οἱ δ' ἔ ταύταις, alii (ajunt) *vermibus*, alii vero non *illis*. *Philostratus* lib. 2. de *Vit. Sophist.* πρὸς τελευτῆς τῶ ἀνδρός, οἱ μὲν, ἐβδομηκοντάτῳ τεθνήσκει αὐτόν. οἱ δ' ἔπω καὶ οἱ μὲν οἴκοι, οἱ δ' ἐτέρωθεν. quod mortem viri attinet, quidam (ajunt) *septuagena-*
rium

Μάγλω) Id est Masculum sive Virum. Quomodo ferme omnes gentes primum hominem appellarunt, *Dion. Halicar.* lib. I. cap. 27. de *Lydis Ex Jove & Terra genitum esse Manem*, primumque in illis locis regnasse ajunt. Idem habet *Herodotus* in *Clio*. De *Germanis Tacitus* cap. 2. *Celebrant carminibus antiquis Tuissonem deum, terra editum & filium Mannum* (Germanicum vocabulum, quod Latine virum sive marem designat) *originem Genis condit resque*. Fere ad eundem modum de *Ægyptis* testatur *Manetho*, primum habuisse regem *Mena* nomine, quem & *Herodotus* Μην & *Diodor.* Μένως appellant. Sed *Noster* vocem Μάγλω aliter exponit, & sic dictum ait, quia compositus fuit ex equo, Et sane *Germanis* veteribus *marnē*, sive *mare* denotabat equum, & rustici equas hodieque sic appellant. Verum prius magis placet, S Cum *Μαγνης* & virum & equum videatur significare ideoque hominem hujus nominis *ἵππομυγή*, i. e. ex homine & equo compositum fuisse fabulati sunt. *Celtæ* equidem, *Liguribus* adeo vicini, ut bonam *Celticæ* partem *Ligures* incoluerint, etiam in *Italiam* antiquissimas dimiserunt colonias, equum Μάρα vel Μάρκα dixerunt. *Τριμαρκισίαν* ab illis dictam certum equitum numerum, *Pausanias* notat in *Phocicis*, subjungitque. καὶ ἵππων τὸ ὄνομα ἴσω τις Μάρκαν ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν, & sciat aliquis equi nomen Μάρκα à *Celtis* profectum esse. vid *Bochart. Hieroz* 2. p. 839. K.

τὰ κατόπιθεν ἵππων) Pari modo *Faber* edidit. Puto tamen magis scribendum esse ἵππων, quoniam præcedit ἀνδρώπων. S. Vix opus erit medicina in loco tam sani coloris. K.

πρῶτ' ἵππον ἀναβῆναι In *Italia* fortasse, nam in *Græcia*, si *Plinio* credimus, *Bellerophon* primus equis vehi docuit. Sic enim scribit lib. VII. cap. 6. Equo vehi (invenisse tradunt) *Bellerophonem*, frenos & strata *Pelethronium*. Quod autem mixtam ex equo & homine figuram de equite interpretatur, convenit cum eo, quod etiam de centauris scribit *Palaphatus* l. I. Fabularum. *Servius* ad lib. III. *Georg.* *Pelethronium* oppidum est *Thessaliæ*; ubi primus domandorum equorum repertus est usus. Nam cum quidam *Thessalus* rex bobus astro exagitatis, satellites suos ad eos revocandos jussisset, illique cursu non sufficerent; ascenderunt equos, & horum velocitate boves secuti, eos stimulis ad tecta revocarunt. Sed hi visi, aut cum irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen *Peoneum* potarent capitibus inclinatis, locum fabula dederunt, ut centauri esse crederentur. S.

ἔτη τετὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν) Valde hæc suspecta sunt; vix enim verisimile, illo tempore, quo longissimè vivebant, cui libet ætati ejus tantum quadraginta tribuisse annos. S. *Noster* hoc exserte non dicit, sed in genere fabulam delibasse contentus, vitæ quoque spatium pingui Minerva delimeat. Nam in rebus, quas ipse non credidit, operam accuratam sumere nihil attingebat. K.

ἔβιω τετὰς) In liberis fortassis, nam in his vere reviviscimus. Certe quod ter revixisse dicitur, convenit cum ternario filiorum numero, quem & Mannus apud Germanos habuisse dicitur. Cæterum pro ἔβιω *Faber* vult ἀνεβίω. S. Diu est, cum ante *Fabrum* ita legerat *Cælius Rhodig.* in *Antiq. Lect.* lib. V. cap. 45. vertit enim *revixisse*. Cæterum inter eos, quos pietas & æquus Jupiter, ut Ethnicus ajunt, ad vitam semel mortuos revocavit, numerant *Herculem*, *Tyndareum*, *Glaucum*, *Hippolytum*, *Æsopum*, vide *Suidam* in ἀναβιώωναι. Nec est quod quisquam existimet de verâ ἀναβιώσει hic non agi, sed de eâ, qua pater in filiis quasi revixisse dicitur καὶ μετὰ φρον. Si ita esset, minime *Noster* subjunxisset: ἐμοὶ δὲ ἐπιστὰ δοκῆσαι, mihi vero incredibilia sentire videntur. ipse enim ut Ethnicus à veritate alienum credit, defunctum postliminio in vitam esse reducem. K.

Ἀφ' ἑλίου τῶν ὀρέων ὀκτωσίων) *Plinius* lib. III. cap. 5. *Tota ea vitalis ac perennis salubritatis cæli temperies est, tam munifica sylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & vitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertas totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique & tanquam ad juvandos mortales ipsa avida in mare procurrens.* S. De Italix fertilitate aliisque dotibus vide *Halicarnass.* l. 1. *Antiq. Roman.* p. 13. *Edit. Steph. Strabonem* p. 197. *Plinium* lib. 5. cap. 3. *Solinum* cap. 9. *Polyhist. Herodian.* lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 11. ubi verborum ordo malè turbatus ita restituendus. αὐτῶν περὶ βελήων ἀφρητόν τε καὶ ἀπὸ &c. *Polybium* lib. 2. *Hist. Florum*, & iterum *Plinium* in fine *Histor. Natural. Virgilium* lib. 2. *Georg.* lib. 1. *Æneid.* &c. *Ariflor.* T. II. περὶ θαυμασίων ἀκρομάτων p. m. 1092. ubi pro εἰς καὶ τετὰ legerem ex *Steph.* de Urbibus voce ὀμβροκοί. δ. ἦ. τ. K.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Περὶ Δημοσθένους τύφου.

De jaſtantia ac levitate
Demosthenis.

Κυφότητᾶ ἔοικε κατηγορεῖν ἔτ' ὁ λόγ' ὁ λέγων περὶ Δημοσθένους, ὅτι ἄρα τύφου αὐτὸν ὑπεπλήρησεν καὶ οἱ ὑδροφορεῦντες, ἔπειτα παριόησεν αὐτῆ ὑπὲρ αὐτῆ τι ψιδυεῖσασιν. ὅς γ' καὶ ὑπὸ ἐκείνων ἐκκρίζετο, καὶ ἐπαίρομεν δὴ καὶ, τίς ἴω, ἔπειτα ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκροτήθη.

Levitatis redarguere Demosthenem videtur hæc fama, quæ de ipso divulgata est, quod aquam ferentes eum factu impleverint, quum ipso prætereunte aliquid de ipso susurrabant. Nam qui etiam illis est inflatus, nec efferri erubuit, qualis futurus erat, si quando plausu eum concio afficeret?

Δημοσθένους) Habes apud *Ciceronem* lib. V, *Quæst. Tu. scul. S.* *Plutarch.* in *Vita Demosth.* K.

οἱ ὑδροφορεῦντες) Sic editiones omnes, etiam *Romana.* sed mallet *αἱ*, quia *Cicero* mulierculas fuisse scribit. S. At vero *αἱ ὑδροφορεῦντες* non admittit *Græscimus*, sed *αἱ ὑδροφορεῖσας.* mihi placeret vulgata lectio. Nam in circumstantiis id genus sæpe in diversa abeunt optimi Auctores, *Plinius* l. 9. ep. c. 23. *An se Demosthenes jure lætatus est, quod illum anus Attica ita demonstravit. ἔτός ἐστι Δημοσθένους,* ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? ego vero & gaudeo & gaudere me dico. C. K.

ψιδυεῖσασιν) Hæc scilicet verba ἔτ' ἐκείν'. HIC EST. *Lucianus* in *Somnio.* *ἑαυτῶ σοι ἀειδήσω γνωρίσματα, ὡς ἐπὶ ὀρώντων ἕκαστ' ἢ πλησίον κινήσας εὐείξει σε τῷ δακτύλῳ, ἔτ' ἐκείν' λέγων, ea tibi induam insignia, ut, qui Te viderit, proximè astantem vellitet, digitoque Te designet, dicens: hic ille est!* *Horat.* lib. 4. *Carm. Od. 3.* quod monstror digito prætereuntium *Romanæ* fidicen *lyræ.* *Diogenes* autem medio & infami digito peregrinis *Demosthenem* conimonstravit apud *Laërtium* in *Vita ejus.* K.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιη.

CAP. XVIII.

Περὶ Θεμιστοκλέους.

De Themistocle.

Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλῆς
 ἑαυτὸν εἰκάζει ἢ δρυσὶ, λέγων
 ὅτι ἐκείνας ὑπερέχονταί οἱ
 ἄνθρωποι, καὶ δέονται αὐτῶν,
 ὅταν ὕψι, σέγγιν ἐκ τῶν κλάδων
 ποθεῖντες. ὅταν δὲ ὕψις ἀ-
 δίας παρίωσι, τίλλουσιν αὐ-
 τὰς, καὶ περικλώσιν. Ο δὲ
 αὐτὸς ἔλεγεν, εἴ μοί τις ὁδὸς
 δύο δρείξειε, ἢ μὲν εἰς ἄστυ
 φέρουσαν, ἢ δὲ ὅππῃ τὸ βῆμα,
 ἡδίων ἂν ἢ ἑτέραν ἡλθον ἢ
 ἀπὸ τῆς ἄστυς.

teram ad tribunal, multo libentius ingrederer eam, quæ
 recta ad infernum tenderet.

Themistocles Neoclis fi-
 lius seipsum quercubus
 comparabat, quoniam illis
 proteguntur, & opus ha-
 bent mortales, si ingruat
 pluvia, tegimenque ramo-
 rum appetunt. Quod si se-
 renus aër sit, accedentes,
 vellicant eas, & ramis cor-
 ticibusque denudant. Idem
 dicebat, si mihi quis duas
 vias monstraret, alteram
 ad infernum ducentem, al-

ταῖς δρυσὶ) πλατάνοις inquit *Plutarchus* in Themistocle
 & in Apophtheg. Imperatorum. S.

ὑπερέχονταί) *Gesn. ὑπέρχονταί.* Sed non opus est. Vide
 Indicem. Emendationem *Gesneri* tamen *Faber* quoque compro-
 bat. Sanè si *Gesnerum* sequamur, ordo rerum naturalis penitus
 erit inversus. Quanquam pro *Gesnero* stet & MS. A, in quo ὑ-
 πέρχονταί. S. Lectio ὑπέρχονταί tam certa & iudubitata penes me
 est, ut in textum eam reponere non dubitarem. Quis enim un-
 quam poterit concoquere hanc locutionem, οἱ ἄνθρωποι ὑπέρ-
 χονται τὰ δένδρα, homines præminent arboribus? Apage nugas in
 Morboniam! quis autem nescit, ὅτι ἄνθρωποι ὑπέρχονται δένδρα,
 quod homines subeant arbores, cælo pluvio? vide *Plut.* in quomodo
 quis seipsum sine invidia laudet. *Synesium* epist. 114. & indicem in
 ὑπέρχουσαι. K.

σέγγιν ἐκ τῶν κλάδων) Aut σέγγιν hic passive sumendum erit
 pro σελχθῆναι, regi, aut σέγγιν legendum, tectum è ramis expetentes,
 & ita legit etiam *Interpr.* K.

ἀπὸ

δ'δ'υ ε' αδ'α) Scio Nostrum brevitatis amantem esse. dubito tamen annon hic scripserit τὴν δ'δ'υ εἰς ε' αδ'α. vide tamen Indicem. S. Elegantissime dixeris & stylo Attico, ὁδὸς ἡ δ'δ'υ ε' αδ'α, via, quæ recta ducit ad infernum. Phrynichus in Eclogis. δ'δ'υ πολλοὶ ἀντὶ ε' δ'δ'υς. Διαφέρει δέ. τὸ μὲν γὰρ τότε εἶναι, δ'δ'υ Ἀθλων, τὸ δὲ χρόνος καὶ λέγειται σὺ τὰ σ. multi δ'δ'υ ponunt pro δ'δ'υς. differt tamen. nam illud loci est, ut εὐδ'υ Ἀθλων recta Athenas, hoc autem temporis, ε' effertur cum σ. illum sequitur Thomas ὁ Μάγιστρος in Eclogis Atticis. εὐδ'υ Ἀθλων, inquit, Ἀττικοὶ εὐδ'υ εὐθείας. Aristoph. in Pace, πᾶς ἂν ποτ' ἀφικοίμην ἂν εὐδ'υ ε' Διός; quomodo possim recta devenire ad Jovem? Lucianus in bis accusato. εὐδ'υ ε' Ἀρείς πάγος, recta ad collem illum Martium vel Areopagium. Sic Noster in H. A. εὐδ'υ Αἰγύπτου, αἰμασιῶν &c. dedit. K.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

Ὅτι ὁ Δημοθένης καλεῖται τῷ
Διογένης, εἰς καπηλείον εὐκ
ἤθελεν εἰσεύμαι

Quod Demosthenes vocante
Diogene, in cauponam in-
troire recusavit.

Ἡεῖσα ποτὲ Διογένης ἐν
καπηλείῳ εἶτα παριόντῳ
Δημοθένη ὀκάλει τῷ δὲ μὴ
ὑπακῶσαντῳ, ἀρχιμή εἶφῃ
Δημόθενες παρελθεῖν εἰς κα-
πηλείον καὶ μὴ ὁ κύριός σε
καθ' ἐκάστῳ ἡμέραν ἐνθά-
δε εἰσεῖσι, τὰς δημότας λέ-
γων, καὶ τὰς καθ' ἓνα δη-
λων. ὅτι οἱ δημηγόροι, καὶ οἱ
ρήτορες δεῖλοι τῷ πλάθεις εἰσί.
tuus intro veniat? populum intelligens, & de plebe sin-
gulos. Quoniam concionatores & oratores, multitu-
dinis quodammodo servi existunt.

Diogenes quodam tem-
pore prandium in caupona
sumebat: quumq; videret
prætereuntem Demosthe-
nem, eum ut accederet, in-
vitabat. Qui quum renue-
ret, Putas, inquit, ὁ De-
mosthenes, hoc esse tibi de-
decori, si in cauponam in-
grediaris, quum nulla dies
prætereat, quin dominus

Ἡεῖσα) In editione mea prima apud Laërtium, quem ci-
taveram pro ἀρειῶντα suspicabar ἀρειῶν legendum. Sed vide-
batur

bam post, secutum esse *Laërtium*, cui ista sunt adversa, alium scriptorem, quam quem *Noster*. Ideoque in editione secunda, quæ prodiit anno hujus seculi sexagesimo secundo, totam istam notam abolevi. quam editionem si vidisset *Cl. Menagius* monere me omisisset hujus rei in suis annotationibus ad *Laërtium*, integro biennio post excusis, quam tanto ante ipse observaveram. S. Quo in honore Athenis cauponæ fuerint, ex his *Isoctasis* verbis colligere est: *ὃν καπηλείῳ φαγεῖν ἢ πιεῖν ὑδὲς ἔδῃ, ἂν οἰκέτης ἐπιεικῆς ἐτόλμησε.* In caupona edere aut bibere nemo ne frugi quidem servus audebat, in *Areopagit.* p. 355. *Cyrillus Hierosol.* ad Catechumenum: *ἀποτρέφε δὲ πᾶσων καὶ τῆ καπηλοδύτης τῷ χυδαίωτητι.* quod *Joh. Grodecius* vertit: *aversare omnem illam cauponum vililitatem.* Fateor equidem τὸ καπηλοδύτης in *Glossis* *Cyrilli* reddi, *Ganco*, *Tabernarius*. ubi *Tabernarius* idem quod *κάπηλος*, si *Philuxeno* credimus. hoc loco tamen prior significatio commodior videtur, qua ὁ καπηλοδύτης notat τὸ χυδαῖον plebis *facem* in cauponis totos dies latitantem; ganeones tenebrionesque alias dicimus. Vult itaque *Cyrillus* suos neophytos *aversari sordes*, *ὃ fluxam dissolutamque vitam eorum, qui in cauponis latitant.* *Cateches.* IV. p. 38. K.

τὴς καθ' ἓνα δηλῶν) *Distinctio suspecta.* Cur enim, cum præcedit λέγων, hic addat δηλῶν, scriberem καθ' ἓνα. Δηλῶν, ὅτι οἱ &c. S. Ita me quoque *Judice* distingendum. K.

δᾶλοι τῆ πλῆθους) Et sic etiam *Diogenes* vocabat, τὴς δημαγωγῆς, ait *Laërtius*, ἔλεγε ὄχλος δῆλωνες. S.

Κ Ε Φ. κ.

CAP. XX.

Περὶ Αἰσιπῶος.

De Aristippo.

Πλέων Αἰσιπῶος χειμῶν ὀπιζυομένε πάνυ σφόδρα ἐταράττετο ἔφη δέ τις τῶ συμπαλεόντων, Ὁ Αἰσιπῶε, καὶ σὺ δῆδούκας, ὡς οἱ πολλοί; ὁ δὲ, καὶ μάλα γε εἰκότως. ὑμῖν μὲν γὰρ δεῖ

At ille, Prorsus, ait, neque injuria. Vobis enim de vita

κακῶς

κακοδαίμονός ἐστι βίη ἢ σαρ-
δῆ, καὶ ὁ νῦν κίνδυνος, ἐμοὶ
δὲ πρὸς δὲ δαίμονίας.

scelerosa infelicique labor
est, & præsens periculum;
mihi vero de felicitate at-
que beatitudine.

Αἰρίσιππος) Habes eandem historiam apud A. Gellium
lib. XIX. cap. I. Diog. Laërtium in Aristippo. S. Ex Gellio Saris-
buriensis lib. 7. Polycrat. cap. 3. K.

καὶ σὺ) Qui tamen es philosophus, atque ideo mortem
timere non debes. Nōm mortem contemnere, commune omni-
um philosophorum præceptum. Cicero lib. I. Quæst. Tusc. Το-
τα φιλοσοφοῦντων βίη, commentatio mortis est. μελέτη θανάτου, in-
quit, Plato. S.

πρὸς δὲ δαίμονίας) Videntur hæc respicere sententiam &
disciplinam Aristippi, qui bonorum finem vitæque beatitudinem
in sola præsentium jucunditate ponebat. ἀποδεξάμενος τὴν ἰδυ-
πάθειαν (verba Athenæi sunt ex lib. XII.) ταύτῃ τὴν τέλῃ εἶναι ἔφη,
καὶ ἐν αὐτῇ τὴν δὲ δαίμονίαν βεβλήσασθαι καὶ μονόχρονον αὐτῷ εἶναι.
Paulo aliter Gellius & Laërtius. à quibus adductus Cl. Menagius
πρὸς δὲ δαίμονος malebat hic, quod mihi valde placet. vide i-
psum ad Laërt. p. 67. S. Ego nihil mutaverim. major enim in
vulgata subluceat emphasis, quasi de ipsa beatitudine laboret A-
ristippus. Nec Cl. Menagius sic etiam legi posse diffitetur pag.
67. K.

ΚΕΦ. κα.

CAP. XXI.

Περὶ Θερραμένων.

De Theramene.

Θερραμένους ἔτυχεν ἐν
οἰκίᾳ τινὶ διατείβων, εἶτα
ἐπεὶ ἀποῆλθεν αὐτῆς, πα-
ραχρηῆμα ἐκείνη κατῴχε-
θη. καὶ οἱ μὲν Ἀθληῶσι ἄλ-
λοι ἀλλαχόθεν αὐτῷ πρὸς
φωῖτες συνήδοντο ὅτι τῇ
σωτηρίᾳ τῇ ἀποδεδόξω. ὁ δὲ
πρὸς τῶν πάντων ἐλπίδα ἀπει-

Theramenes quum in
quadā domo versatus, in-
de prodisset, illa subito la-
psu corruit. Atq; quū Athe-
nienses alii aliunde ad eum
confluerent, & inopinatæ
saluti congratularétur, ille
præter omnium opinionē

κεῖναισιν

κείνατο· Ὁ Ζεῦ ἐς τίνα με
καρῶν φυλάτεις; καὶ μετ'
ἔ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν
τριάκοντα ἀνηρέθη, πικρὸν
κώνειον καὶ ἀναγκαθεῖς.

respondit: O Jupiter, cui-
nam me tempori reservas?
Nec multo post à triginta
tyrañis de medio sublatus
est, coactus cicutā bibere.

Θηρομαθίας) Vide prolixè de hac re agentem *Xenophontem*
lib. II. *Histor.* *Justinum* lib. V. cap. 9. *Plutarchum* de *Consol.* ad
Apollinem. S.

πικρὸν κώνειον) *Valerius Maximus* lib. III. cap. 2. *Cicero* I.
Tuscul. S.

ΚΕΦ. κϛ.

CAP. XXII.

Τίνες ὦρὲ τὴν ἰατρικὴν
ἐσθδ'άσαι.

Quinam in arte medendi
studium posuerint.

Λέγουσι τὸς Πυθαγορεί-
ας πάνυ σφόδρα ὦρὲ τὴν
ἰατρικὴν σθδ'άσαι τέχνην.
καὶ Πλάτων δὲ φρονίδια εἰς
αὐτὴν ἔχε πλείω, καὶ
Αριστοτέλης ὁ Νικομάχης, καὶ
ἄλλοι πολλοί.

Fama est, Pythagoreos
summum studium & ope-
rā medicandi facultati na-
vasse. Plato etiam pluri-
mum curæ in eam contulit,
itē Aristoteles Nicomachi
filius, aliiq; innumerabiles.

Πυθαγορείας) Testatur idem *Jamblichus* de vita *Pythag.*
cap. 29. & nos latius olim, Deo juvante, ostendemus in *Opere*
nostro de vita & *Philosophia Pythagorica*. Adde & *Corn. Cel-*
sum statim ab initio operis. S. *Porphyrius* in vita *Pythagor.* de
ipso sectæ conditore: καὶ ὑγιαίνουσι μὲν αὐτοῖς σωδιέτερες, κάμνου-
τες ἢ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς νοσητέας παρεμβεῖτο,
τὸς μὲν ἐπιδάϊς καὶ μαγείαις, τὰς ἢ μουσικῇ. Et versabatur quidem
cum amicis bene valentibus, corpore autem ægros curabat, & animo
laborantes partim incantamentis & magicis remediis, partim musicā.
Cyrill. contra *Julian.* lib. 3. p. 87. confer, musicam quod attinet,
Nobis infra. 14. 23. K.

Αριστοτέλης) Vide supra lib. V. cap. 9. S.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. κγ.

CAP. XXIII.

Περὶ Αριστοτέλους νοσούντων.

De Aristotele aegrotante.

Αριστοτέλης ἐνόσῃ ποτὲ, προσέταξε ἢ αὐτῷ ὁ ἰατρὸς πρὸς αἰγμά τι καὶ ἐπεῖν, μῆτε ὡς βοηλάτῳ μὲ (ἔφη) θεράσσειε, μῆτε ὡς σκαπανεία, ἀλλὰ διδάξαις πρότερον ἢ αἰτίαν, ἕως ἕξεις ἔτοιμον πρὸς τὸ πείθεσθαι διδάσκων ἐκ τέτων μηδὲν χωρὶς αἰτίας προσφέρειν.

Aristoteles quum morbo teneretur, & medicus ei præceptum quoddam injungeret. Ne, inquit, me cures vel ut bubulcum, vel ut fœsforem, sed prius causam ediffere: sic enim facili persuasione me morigerum reddideris: docens his, nihil sine causa temereque proferendum esse.

ιατρὸς) Duplicem nobis medicum sistit Plato lib. 4. de LL. Servi, inquit, etiam medicinam faciunt servis aegrotis, περιτρέχοντες καὶ ἐν ταῖς ἰατρείαις θεμιμένοντες, καὶ ἕτε τινα λόγον ἐκάστω περὶ νοσήματι ἐκάστω ἢ οἰκετῶν εἰδὲς ἢ τοιούτων ἰατρῶν διδάσκοντες, ἐδὲ ἀποδέχεται. περὶ αὐτῶν τὰ δοξάντα ἐξ ἐμπειρίας, ὡς ἀκερῶς εἰδὼς, καθάπερ Τύραννον αὐθαδῶς οἰχεται ἀποπηδήσας πρὸς ἄλλον κάμνοντα οἰκέτην &c. circumcursantes & in officinâ medicâ desidentes, nec rationem singulorum morborum, quibus singuli servorum laborant, ullus istorum medicorum reddit, aut admittit, sed imperans aegro, quod visum est pro experientiâ, ac si probe sciat, instar Tyranni contumaciter resilit, pergitque ad alium aegrotantem servum. Est vero & liberæ conditionis medicus, ὃς τὰ νοσήματα ἢ ἐλδοθέων ἀπ' ἀρχῆς καὶ καὶ φύσιν τῶν κάμνοντι, κοινῶν καὶ αὐτῶν τε καὶ τοῖς φίλοις, ἀμα μὲν αὐτὸς μανθάνει τι ὡς τὰ νοσούντων ἀμα δὲ καθόσον οἷός τε ἐστὶν διδάσκει ἢ ἀδενεῖν αὐτὸν, καὶ ἐπρότερον ἐπέταξε, πρὶν ἂν πη συμπίση &c. qui liberorum morbos examinans à prima origine & secundum naturam aegrotantis, ipsumque & amicos in consilium adhibet, & partim ipse aliquid ab aegrotantibus discit, partim, quantum potest, instruit aegrum, nec quicquam imperat, priusquam suadela aegrotum in suas partes adduxerit. hoc, non illo modo medicinam sibi Aristoteles fieri voluit. Stoicum est illud Zenonis, qui aegrotus obtemperare noluit

noluit medico pullum columbinum edere iubenti, dicens, ὡς Μάνω μὲ θεράπωνος, ad instar Manis (i. e. servi) me cura. Stobæus Serm. 39. K.

ΚΕΦ. κδ.

Περὶ Σμινδυρίδῃς τρυφῆς.

Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης ἐς τοσῶτον τρυφῆς ἐξώκειλε, (ἢ γὰρ τοὶ Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ὡς τρυφᾶν, ἢ τὰ βίῃ ἀφ᾽ ἑρρεῖν ὁ ὃ Σμινδυρίδης, καὶ πλέον.) φύλλοις ῥόδων γὰρ ἐπαναπεσὼν, ἢ κοιμηθεὶς ἐπὶ αὐτῶν, ἐξάνεστη λέγων, φλυκτάννας ἐκ τῆ Δυνῆς ἔχειν· χολῆν γὰρ ἔτῳ ὅππῃ χαμδῆνης κατεκλίθη, ἢ σιβάσῳ, ἢ πῶας ἐν ποροσάντῃ πεφυκίας, ἢ ταύρου διορᾶς, ὡς ὁ Διομήδης, ἀρεωέσης στραλιώτῃ σκληρῶ καὶ γυμναίῳ, ὑπὸ δὲ ἔσρωτο ῥινὸν βοῦς ἀγραύλοιο.
 ἢν pelle tauri, ut Diomedes? qualis lectus decet militem fortem & generosum. Substrata agrestis bovis ille in pelle cubabat.

CAP. XXIV.

De Smindyridæ luxu.

Smindyrides Sybarita adeo in luxuriam mollitiemq; prolapsus est, ut quū omnes Sybaritæ deliciis vacarent, vitaque diffluerent, hic omnes longe post tergum relinqueret. Proinde quodam tempore, in rosarum foliis recumbens, somnumque in iis carpens, expergefactus dixit: Se pustulas ex nimia lecti duritie inflictas habere. Quomodo hic vel humi, vel in stragulo, vel in gramine collis alicujus acclivis cubare potuisset, vel etiam

Σμινδυρίδης) Eandem historiam refert Seneca lib. II. de Ira cap. 25. ubi tamen Mindyrides appellatur. Et sic eum vocat etiam Diodorus in excerptis lib. VI. Puto tamen rectius esse alterum, ut quod præter alios retineat antiquissimus Herodotus, & Aristoteles I. Eudem. cap. 4. S. Confer Suidam in Συβαριτικῆς ex Αἰθηρο. K.

ἐς τοῦτον) Locus mihi mutilus videtur. Consule Indicem in τοῦτον. S. Quid huic loco desit, non excogito. K.

χολῆ γδ) Legendum est χολῆ γέν, si *Fabrum* hic audimus. S. Malim χολῆ γ' ἄν, quod Græcis idem est ac εἶδ' ὄλων, *pedum, minime*. K.

χαμεῦνης) Humilem pauperum lectulum notat χαμεῦνη. *Apulejus* lib. I. *Metamorph. grabaculus*, inquit, *breviculus & uno pede mutilus & putris*. quibus verbis χαμεῦνῶν describit. K.

ὡς ὁ Διομήδης) Apud *Homerum* II. K. ubi à Nestore excitatur ἐ somno. Adde etiam II. Λ. & *Odyss.* A. & Υ. S.

σραλιώτη) De militibus *Alexandri Curtius* lib. III. cap. 3. *Fatigatis humus cubile est*. De *Annibale Livius* lib. XXI. c. 4. *militi sæpe militari sagulo opertum humi jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt*. *Marcellinus* lib. XXII. *Non saxum erat, ut antehac armato cubile, sed pluma & flexiles lectuli*. Et hinc *Lactones*, quorum omnia instituta, teste *Aristotele*, ad militiam pertinebant, voluerunt *pueros suos nihil somni causa substernere*, ut ait *Justinus* lib. III. cap. 3. S.

Κ Ε Φ. κε.

Πῶς ὁ Πεισίστρατος τοῖς ἑαυ-
τῆ πολιταῖς ἐχερῆτο.

Πεισίστρατος ὅτε τ' ἀρ-
χῆς ἐγκρατῆς ἐγένετο, με-
πέμπετο τὰς ἐν τῇ ἀγορᾷς
ἀποχολάζοντας, καὶ ἐπω-
δάνεο, τί δήποτε εἶπὲν τὸ ἄ-
τιον τῆ ἀλύειν αὐτὰς. καὶ ἐπέ-
λεθη, εἰ μὲν σοι τέθνηκε ζευ-
γος, παρ' ἐμῆ λαβὼν ἄπιθι,
καὶ ἐργάζε. εἰ δὲ ἀπορεῖς
σπερμάτων, παρ' ἐμῆ σοι
γυμνάσιω διεδιδως μὴ ἢ χολῆ
τέτων, ὅπως ἐλὼν τέτη.

CAP. XXV.

Quomodo se Pisistratus er-
ga suos cives gesserit.

Pisistratus quum in re-
gnum esset evectus, accersit
jubebat eos qui in foro de-
ambulando atque otiano
tempus tererent : & inter-
rogavit, num quæ causa es-
set ipsis in foro mæsto vul-
tu oberrandi, simulq; dice-
bat : Si tibi boves aratores
mortui sunt, de meo cape
rursus alios, atque ad labo-
res te confer. Sin egenus &
inops es seminum, de meo dentur tibi : veritus, ne ho-
rum otium insidias aliquas pareret.

ἐν ταῖς ἀγοραῖς) Sic solebant otiosi, præsertim illi, qui expectabant conducentem operas suas. *Plautus* in *Pseudolo*,

Sed cur sedebas in foro, si eras coquus &c.

adde *Matthæum* cap. 20. S. Græcis hæc ignava pecora dicuntur ἀγοραῖς περιελάματα, Latinis, *subrostrani*, *subbasilicani*. vide *Plautum* in *Curcul.* Act. IV. K.

ἀποχολάζουσαι) *Lucem* hoc caput affert *Plutarcho*, qui lib. de *fera Numinis vindicta*, *Pisistratum* cives suos ex otiosis, garrulis & risum captantibus, strenuos & industrios fecisse scribit. S. Idem in *vita Solonis* tradit ex *Theophrasto*, non *Solonem* tulisse legem contra ignaviam (τὸ τὸ ἀργίας νόμον), sed *Pisistratum*, ὃ τὴν τε χώραν ἐνεργετέραν καὶ τὴν πόλιν ἡγεμονιώτεραν ἐποίησεν, *quia* agros cultiores, & urbem tranquilliozem reddidit. *Suidas* in *σφακελισμός*. Πεισιστράτης ὁ τύραννος τὴν δεκάτην τῶν γεωργημένων ἀπέχετο τὰς Ἀθηνάων, &c. *Pisistratus Tyrannus* decimas fructuum terra nascentium exigebat ab *Atheniensibus*, & aliquando senem videns in lapidosa & sterili soli cultura defudantem: quem ex agro fructum perciperet, interrogavit. ille vero, dolores inquit, & medulle tabem, & de his tamen decimas sibi capit *Pisistratus*. Hac libera senecionis voce delectatus *Tyrannus*, decimarum ei gratiam deinceps fecit; unde apud *Athenienses* proverbium. καὶ σφακελοὶ ποιεῖσι ἀτέλειαν. Ex his satis patet, quibus conditionibus *Pisistratus* civibus suis boves & semina dederit, ut scilicet decimas ferret ab agricolis. & simul operibus rusticis districti & in diversa sparsi, munus virium & otii haberent ad res novandas. *Dio Prusæus*. Πεισιστράτης ἀποχολάζουσαι, καὶ ἀρχοντοὶ εἰς μὲν τὴν πόλιν ἐκατήσαν ὁ δῆμος ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ἀλατρίδοντες γεωργοὶ ἐγίνοντο καὶ τὴν Ἀττικὴν, πρότερον ψιλὴν καὶ ἀδειδρον ἔσαν, ἐλαίαις κατεφύτθοντο. *Pisistrato* jubente & imperante *populus* in urbem non venit, sed ruri agros colebat, & *Atticam*, ante nudam & sine arbore, oleis confitam fecit, eodem jubente. K.

ἢ ἀλύειν αὐτὸς) *Interpres* τὸ ἀλύειν reddit: *maesto vultu oberrare*. *Audianus* potius *Galenum*, qui I. *hypomnem.* in *Hippocr.* περὶ ἐπιδημίων, verbum ita explicat; ἀλύειν λέγουσιν ἐκείνους τὸ ὑγιανόντων, ὅσοι περὶ αἰετῆς παρῆσι δυσχεραίνοντες ἀλλοτε εἰς ἀλλὰ μεταβάλλουσι πράγματα τε καὶ πράξεις, eos bene valentes dicunt ἀλύειν, qui semper fastidiunt presentia, & ad alias atque alias res & actiones transiunt. *Plutarchus* in *quomodo juveni Poëtæ legendi*, ἀλύειν apud

apud Poëtas ἀντι τῷ δάκνυεσθαι καὶ ἀπογεῖσθαι, pro valde dolere, & nescire quid agendum, usurpari annotat. Quapropter Nostrum ita vellem reddere: *quid vos fecit à labore omissiores?* K.

δεδιώς μὴ ἰ γολῆ) Justinus lib. 20. cap. 1. de Dionysio Siciliae tyranno: *Grave otium regno suo ratus, copias in Italiam trajecit.* Et lib. XXXV. cap. 1. Demetrius occupato Syriae regno, *Novitati suae otium periculosum ratus, ampliare fines regni & opes augere finitimorum bellis stultit.* Ex hoc fundamento Cæsari Salustius suadet Orat. I. de Rep. *provideat, uti plebes habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur.* S.

ἐπιθελῶ) Quia otium natum ferendis rumoribus, ut ait Curtius lib. IX. cap. 1. rumores autem & colloquia suspecta malo Principi. Hinc Tacitus Annal. XV. sub Nerone fortuitum quoque sermonem, subitos occursus, pro crimine accepta scribit, Senecanique Pisoni dixisse, *sermiones mutuos & crebra colloquia neutri conducere.* S.

ΚΕΦ. κς.

CAP. XXVI.

Περὶ Ζήνωνος, καὶ Αντιγόνου. De Zenone & Antigono.

Ζῶωνα ἢ Κιτίϊα δι' ἀ-
δῆς ἀγαν καὶ παρδῆς ἦσαν
Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς. καὶ
ποτε ἐν ὑπερρωμαδαίς οἶνε
ἐπεκώμασεν αὐτῷ Ζῶωνι.
καὶ Φιλῶν αὐτὸν, καὶ Πει-
θάλλων, ἀτε ἔξοινον ὦν, ἠξίε
τι αὐτὸν προσάξαι, ὁμνύς, καὶ
νεανιεύμενον σὺν ὄρκῳ, μὴ
ἀτυχῆσθαι αἰτήσας. ὁ δὲ λέγει
αὐτῷ, Πορδαθεὶς ἔμεσον. σε-
μνῶς ἅμα, καὶ μεγαλοφρό-
νως ἢ μέθῳ ἐλέγξας, καὶ

Zenonem Cittiensem in
summa reverentia precio-
que habebat rex Antigo-
nus. Accidit igitur, ut ali-
quando vino supra modū
impletus, obviam Zenoni
fieret: quē exosculatus est
atq; amplexus, utpote te-
mulentus: petiitque ut sibi
quid juberet: & interpolito
temere sacramēto, confir-
mavit se præstiturū quic-
quid postulasset. Is vero di-
xit ei. Abi & evome: gravi

sapientique reprehensione simul temulentiam ejus ta-

Φεισάμεν ὅτι αὐτῷ, μήποτε δι-
εῖραζήν ἢ ἐπὶ πωλομονῆς.

xans : simul vero cavens,
ne nimia fatietate dirum-
peretur.

Αντίγονος) Testatur pluribus *Diogenes Laërtius* in vita
ejus, ubi vide *Cl. Menagium*, qui *Antigonum Gonatam* vocat. S.

ἐπεκώμασεν αὐτῷ) *Interpres*, *obviam Zenoni* fieret. ἐπι-
κωμάζειν τινι est convivio soluto cum coronis, tibiis & facibus com-
messabundum & probe madidum ad amici domum ventitare. Ex-
emplo poterit esse *Alcibiades* in *Symposio Platonis*, ubi *κωμάσῃν*
vide sis. K.

ἡξίς τι αὐτὸν) *Faber* emendabat, ἡξίς τι αὐτὸ πρὸς ἄλλοις,
atque explicat, τί ἂν αὐτῷ πρὸς ἄλλοις. S. αὐτὸν refertur ad ἡξίς,
nec τι sumitur interrogativè. ideoque vulgatum satis sanum. K.

ΚΕΦ. κζ.

CAP. XXVII.

Αφέλεια πρόθεσι.

Ingenuitas morū & ingenii.

Ἀνδρὶ Λακωνικῷ μὲν,
χωρετικῷ δὲ, ἐπέωληξέ τις
πενήντι πάνυ σφόδρα ἐκ-
θύμως, ὃ δὲ ἀπλάσως ἀπε-
κρίνατο, τί πάθω, Φησὶν; ἔ-
γω δ' ἐγὼ ἀπτι ὅτι τέτυξ, ἃ φύσις
δέ με βίβει.

Reprehendit aliquis ali-
quando hominem Laco-
nicum illum quidem, sed
rusticum, quod nimio &
prorsus immoderato luctu
indulgeret. Tum is cum
simplicitate magna: Quid,

inquit, facerem? Non enim ego in causa sum, sed na-
tura mea, quæ fluit.

ὡς φύσις δέ με βίβει) *Philemon Comicus.*

ἢ λύπη ἔχει

ὥσπερ τὸ δένδρον τῆρ καρπὸν τὸ δάκρυον.

tristitia habet

Lachrymas, ut arbor ista fructum.

huc pertinet illud *Capitolini* de *Marco Philosopho*, fertur, quod
cum mortuum educatorem suum fletet, vocareturque ab amicis mi-
nistris

nistris ab ostentatione pietatis, ipse (Antoninus Pius) dixerat, permittite illi, ut homo sit. neque enim vel philosophia vel imperium tollit affectus. Qua propter Philosophus ille, qui uxorem amisserat, exclamavit: ὦ φιλοσοφία, τυραννικά σε τὰ ἐπιβήματα; λέγεις, φίλει. καὶ ἀποβάλη τις, λέγεις, μὴ ἴλυπῃ. O Philosophia, iussa tua sunt tyrannidis plena: ama! inquis. at si quis amisserit, quod amat, iterum ais, ne doleas! Stobæus Serm. 239. Licet naturæ obsequi, gravitate servata, inquit Seneca ep. 99. ubi ait, quæ lachrymæ sapienti debeant cadere. Hoc ipsum indigitare voluit Æsopius, dum Prometheus lutum illud, ex quo hominem finxit, non aquâ, sed lachrymis temperasse ait. vide Themist. apud Stobæum Serm. I. p. m. 23. K.

Κ Ε Φ. κη.

CAP. XXVIII.

Περὶ Διογένης.

De Diogene.

Ἐπῆνει Σπαρτιάτης τὸ
ἔθ' Ἡσιόδου τὸ λέγον·

Spartanus quidam hoc
Hesiodi carmen laudabat,
quod ita habet:

Οὐδ' ἂν βῆς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ
γείτων κακὸς εἴη·

Non vel bos pereat, nisi
vicinus malus adfit:

ἀκρόν' ἔθ' Διογένης· ὃ ᾗ εἶπε,
καὶ μὲν Μεσσηνίοι, καὶ οἱ
βόες αὐτῶν ἀπολώλασι, καὶ
ὑμεῖς αὐτῶν ἔσε οἱ γείτονες.

idque audiente Diogene:
qui, Atqui (inquit) Messenii
cum bobus suis perierunt,
& vos illorum estis vicini.

Μεσσηνιοὶ καὶ οἱ βόες αὐτῶν) Alludit ad crudelitatem Spartanorum in Messenios, de qua vide quæ notavimus lib. VI. cap. I. S. Hesiodum vide lib. I. Oper. & Dier. Apud Cymæos vicini pecunias conferebant ad furta compensanda, ut omnes ad tuendas servandasque vicini opes mutuas sibi traderent operas. Heraclides, ἔθ' Ἡσιόδου τὸ λέγον· διὸ καὶ ὀλίγα δὲ πικρῶτα πάντες ἢ ὁμοίως ἐτήρην. ἢ Ἡσιόδου ἐντεῦθεν δοκεῖ λέγειν· ἐκ ἂν βῆς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. Quantum vero pretii bona vel mala vicinia prædiis vendendis afferat aut detrahat, liquidum est ex his verbis ultimis l. 35. ff. de contrahendâ emptione. Si quis in vendendo

prædico confinem celaverit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri vendidirem. ubi videantur notata Gothofredo. K.

ΚΕΦ. κθ,

CAP. XXIX.

Ὅτι Σωκράτης ἀδελφεὺς ἦν, καὶ
δάξων κατεφρόνει.

Quod Soerates ut timorem,
ita dona vilipenderit.

Τῆς νυκτὸς ἡδὴ κοροικέσης ἐπάνεισιν ποτε διὰ δειπνῶν Σωκράτης. νεανίσκοι γὰρ ἀκόλαστοι κορομαθόντες ἐνελόχησαν ἐπιανιόντα, δῖα δας ἔχοντες ἡμένας, καὶ Εὐνυῶν πρόσωπα. ἐβῆ δὲ ἡ αὐτοῖς, καὶ ἄλλοις προσπαίζον δὲ τὸ γολυῖ, τὸ ἐπιτὰ χεῖρω. ἔς ἰδὼν ὁ Σωκράτης ἐδιεταράχθη, ἀλλ' ἐπιφασὶς ἠρώτησεν, οἷα καὶ τὸς ἄλλους ἢ ἐν Λυκείῳ, ἢ ἐν Ἀκαδημίᾳ.

batus constitit, & ita eos interrogavit, ut alios in Lyceo vel Academia solebat.

Ὅτι ἐφιλοτιμήσατο Ἀλκιβιάδης δῶρα πολλὰ πέμψαι Σωκράτη. τὸ ἐν Εὐανθίππης κατὰ πλάγιστος τὰ πεμψθέντα, καὶ ἀξίως λαβεῖν αὐτὰ, ὅδε ἔφη· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τῇ φιλοτιμίᾳ τῇ τε Ἀλκιβιάδου πῶρα καὶ ἐξώμεθα, μὴ λαβεῖν τὰ πεμψθέντα φιλοτιμησάμενοι. Ἐπει δὲ

Socrates aliquando, nocte jam proventa, revertebatur à cœna. Adolescentes igitur scelerosi & nequam, quum cognovissent eum redire, clam expectant in insidiis, cum accensis facibus & Furiarum larvis. Moris autem erateis, etiam cæteros homines ludificari, ita otio abundabant, otio, inquam, ad res parvas. Socrates vero quum eos aspexisset, nihil pertur-

Alcibiades ambitione quadam munificus, complura, magna que munera Socrati dono misit. Quum ergo Xanthippe admiraretur donorum amplitudinem, & ea cuperet accipere Socrates dixit: Quin & nos certemus liberalitate cum Alcibiade, & ea quæ mit-

τις ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι μέγα
 ἐστὶν ὧν ἔπιθυμῆι τις, τέτων
 τυχεῖν· ὅδε, Ἀλλὰ μείζον ἐστὶ
 τὸ μηδὲ ἔπιθυμῆιν τὴν ἀρ-
 χίαν.
 tuntur ab ipso non capia-
 mus, ad declarandam ani-
 mi magnitudinem. Item
 quum quis illi diceret ma-
 gnum esse, compotem eo-
 rum fieri quæ cuperet : respondit, Sed multo majus
 est, ne cupere quidem quicquam omnino.

ἐ διαγράψθη) Seneca lib. de Constant. Sapiensis cap. 5.
 Sapiens adversus apparatus terribilium reftos oculos tenet, nihil ex
 vultu mutat, sive illi dura, sive secunda ostentantur. Et talis So-
 crates, ut ex antecedenti cap. 7. intelligas. S.

ὅτι ἐφιλομησαίω) Possit videri novum hic fuisse facien-
 dum caput, sed vide quæ notavi supra IV. 20. S.

μη λαθεῖν) Adde Stobæum Serm. I. S.

φιλομησαίω) Apud Stobæum Serm. XVII. est, ἀντιφι-
 λομησαίω, reliqua conveniunt, nisi quod hæc in solenni quo-
 riam Atheniensium festo accidisse referat. Observans, sicut reor,
 priscam consuetudinem, ex qua post ejusmodi sacra, convivia con-
 stituere, amicisque absentibus ex mensa aliquid, bellariorum im-
 prinis, mittere solebant. S.

μείζον ἐστὶ) Pertinet huc suo modo, quod ad Sidonios
 istos ait Hephæstion apud Curium lib. IV. cap. I. cum regnum
 oblatum recusarent : Vos μαθῆι virtute estote, qui primi intellexistis,
 quanto majus esset regnum fastidire, quam accipere. Porro senten-
 tiæ hujus non Socratem auctorem, verum Menedemum facit Sto-
 bæus serm. III. S. Responsio Menedemi l. c. ita se habet. πολλῶν
 μείζον ἐστὶ τὸ μηδὲ ἐπιθυμῆιν, ὧν μὴ εἴη. multo major res est omnino
 non desiderare ea, quibus non indiges. vel potius quæ minus addæ-
 cent. Unde patet Menedemum nonnihil abire à Socrate. K.

Κ Ε Φ. λ.

CAP. XXX.

Περὶ τῆς Ἀναξάρχου προ-
 μηθείας.

De vaticinatione Ana-
 xarchi.

Ἀναξάρχου ὅτε σὺν Ἀναρχῶνδρο
 Ἀλεξάνδρῳ ἐστράδωτο, χει-
 μῶν

Anaxarchus subAlexan-
 dro militans, quum ingru-

μῶν ὀπιγμομένους, πορο-
μαθῶν ὅτι μέλει ὁ Αλέξαν-
δρῶ ἐν ἀξύλῳ ποιείσθαι
χωρίῳ τῷ στρατοπεδείῳ, εἰς
τῷ στρατῷ ὅσα εἶχε σκάνη
ταῦτα ἐγκρύψας, ταῖς σκαιο-
φόροις ἐπέθηκε ξύλα. ἐπεὶ
ἦ εἰς τῷ στρατῷ ἀφίκοντο, καὶ
ἐπέκει ξύλων, Αλέξανδρος μὲν
αἱ κλίνας κατακαίοντο, ἵνα
ἑαυτὸν ἀλεῖναι διωκηθῆ. ἐπεὶ
δέ τις παρὰ Αναξάρχῳ πῦρ
εἶναι ἠγγέλεν, ἀφίκοντο παρ
αὐτόν. καὶ ἠλείψατο ἐν τῇ
σκάνῃ τῷ Αναξάρχῳ, καὶ
πυθόμενος τῷ πορομθεῖαν
ὑπερεπήνεσε, καὶ ἐξ ὧν ἔρ-
ριψε, διπλάσιον δέδωκε, καὶ
σκάνη, καὶ ἱμάτια, ὑπὲρ τῷ
τῷ πυρὸς χρείας.

ante hyeme, cognovisset
ante, Alexandrū lignis va-
cuum locum castris captu-
rum esse, omnibus vasis &
supellectili in stativis de-
fossa, calones lignis onera-
vit. Quū igitur ad eum lo-
cum ventum esset, & ligna
deficerent, Alexandri lecti
comburebantur, ut sese ca-
lesfacere posset. Quum autē
nunciaisset aliquis apud A-
naxarchum ignes extare,
contulit se ad ipsum, & in
Anaxarchi scena se unxit:
audiensque ejus providen-
tiam, collaudavit: & quæ
abjecerat, duplo restituit, &
impedimenta reliqua &
vestes, quoniam ipsius i-
gni fuerat usus.

ταῖς σκαιοφόροις) Gesner. mallet τῷ, & sic Interpres le-
gisse videtur. Edidit sic quoque Faber, quia receperunt ante
ipsum aliquo in textum. Verum nil mutandum. debent enim
intelligi ὄντι. porro ὄνον esse fæminini quoque generis est vel ex
Ματθαῖο notum. S.

καὶ ἐξ ὧν ἔρριψε) Gesnerus locum hunc asterisco nota-
vit, ut vitiosum aut mutilum. Faber delet ἐξ & explicat, ὅτι
duplum eorum, quæ projecerat, reddidit. At Anaxarchus pro-
jecerat nihil, sed defoderat tantum. quare mallet, καὶ ἐξ ὧν
ἐγκρύψας, ut sit sensus, præter illud, quod defoderat, dedit alte-
rum tantum. S. Mallet Clar. Schefferum suum servasse judi-
cium, quo in secunda Editione locum hunc integrum pronun-
ciavit. Nam ἐξ ὧν ἔρριψε &c. ita accipiendum, ἐξ ἐκείνων
σκάνων τε καὶ ἱματίων, ἃ ἔρριψε, διπλάσιον δέδωκε, ἵλλοντο, quæ
projecce-

projecerat, vasorum vestiumque duplum reddidit, & in præcedentibus pro ἐγκρίψας legerem ἐκρίψας proficiens. Nam abjectas & deperditas sarcinas cum dupli fœnore Alexander restituere voluit, non defossas, quæ domino adhuc salvæ erant. K.

Κ Ε Φ. λ α.

CAP. XXXI.

Περὶ ἀειδίσαντος ἀθλητῆς
πρὸς τὸ σέφανον λαβεῖν
ἀποθανόντος.

De athleta, qui quum vicisset
antequam coronam acciperet
expiravit.

Ἀθλητῆς Κροτωνιάτης
ὀλυμπιονίκης ἀπὼν πρὸς
τῆς Ἑλλανοδικῆς, ἵνα λάβῃ
τὸ σέφανον, ἐπίληπτος γυρό-
μυτος ἀπέθανε, κατενεχ-
θεὶς μὲν πλώματι.

Athleta Crotoniata,
quum victor è certamine
Olympiorum discederet
ad Hellanodicas, ut corona-
nam acciperet, comitali
morbo mortuus est, cum
repentino lapsu.

ἐπίληπτος) Qui athletico corporis habitu torosique sunt, pæne in ipso versantur mortis vitæque confinio. Ideoque Hippocrates in Aphorismis Sect. I, ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν, inquit, αἱ ἐπ' ἄκρον δὲ ἐξίαι σφαλεραί, λὺν ἐν τῷ ἰσχύω εἴωσι. &c. In re Athletica optimus corporis habitus est caducus & lubricus, si extrema attigerit. Neque enim diu in eodem statu consistere poterit aut quiescere. cum autem quiescere nequeat, nec amplius habeat, quo crescat in melius: reliquum igitur est, ut in pejus divergat. ideoque alibi idem ille medicorum Coryphæus. Ἀφαισσεως ἀθλητικῆς ἔφυσος, ἐξὶς ὑγιεινῆς κρείστων, sanus corporis habitus athletica dispositione non-naturali melior est. Galenus ad Thrasylb. de Athletis, ὁθεν ἄφωνοί τινες αὐτῶν ἐξαίφνης, ἕτεροι δὲ ἀνάσθηλοι καὶ ἀκίνητοι καὶ τελέως ἀπόληκτοι γίνονται, τὸ δὲ φύσιν ὄγκος τῆδε καὶ τὸ πλῆθος ἀποσείσαντός τε τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἐμφεράξαντός τε τὰς διεξόδους τῆς πλώματι. ὅσοι δὲ ἂν αὐτῶν τὰ πρῶτα πάθωσιν, ἀγρίῳ ῥήξαντες ἐμῆσι ἢ πτύσειν αἷμα, unde quidam eorum subito vocem, alii sensum & motum amittunt, & tandem apoplexia corripiuntur, dum illa præter naturam congesta moles corporis, humorumque multitudo calidum nativum exstinguit, & spiritus intercludit meatus, qui vero mitiores affectionum incursum habent, rupto vase sanguinem vomunt aut expruunt, &c. vide librum, utrum medicina

dicina an gymnastica seu tueri valetudinem? v. Stobæum p. m. 299. & Hieronymum lib. 2. adversus Jovinian. Sarisburiensem in Polycrat. lib. 8. cap. 6. K.

ΚΕΦ. ΛΒ.

Περὶ Φρυγῆς ἐταίρας, καὶ Κίμωνος ἵππων ἀγαλμάτων.

Φρυγῶν τῶν ἐταίρων ἐν Δελφοῖς ἀνέστησαν οἱ Ἕλληες ὅτι κίον εὖ μάλα ὑψηλῆ. καὶ ἐρῶ δὲ ἀπὸ τῶν τῶν Ἕλληνας, ὡς ἂν μὴ διοκοίλω διὰ αἰτίας ἀγῆν πάντας, εἰς φιλῶν πάντων μάρισα· ἀλλ' οἱ τῶν Ἕλλήων ἀκρατέστεροι. τὸ δὲ ἀγαλμα χρυσῆν ἔστω. καὶ αἱ Κίμωνος δὲ ἵπποι χαλκῆ, καὶ αὐταὶ ἀθλήσιν εἰσαμέναι ὅτι μάρισα τῶν Κίμωνος ἵπποις εἰσῆκεσαν.

CAP. XXXII.

De Phryna scorti, & Cimonis equorum imaginibus.

Phrynæ, quæ corpore quæstum fecit, imaginem Delphis in sublimi colūna Græci erexerunt. Non autem simpliciter dico Græcos, ne videar omnes illos in crimen vocare, quos omnium maxime amo, sed qui erant ex Græcis luxuriæ servi. Statua vero cōstabat ex auro. Itē Cimonis ænei equi, prorsus ad equarum ejus imaginem convenientes, extiterunt Athenis.

οἱ Ἕλληες) *Plutarchus* de fort. Alexand. Κατὰ τὴν ἰδὴν χρυσῶν εἰκόνα Φρυγῆς τῶν ἐταίρων ἐν Δελφοῖς, ἀνέκρωσθαι, ὅτι τῶν τῶν Ἕλλήων ἀκρασίας τρόποιον ἔθηκε. *Meminit & Athenæus lib. XIII.* & à *Praxitele* sculptam ad similitudinem Phrynæ, positam à Græcis scribit. Itaque iterum *Plutarchus* in de *Pythiæ oraculo*, βλέψαν καὶ τὴν χρυσῶν ἐν τοῖς στρατηγῶσι καὶ βασιλεῦσι θείου Μνησαεῖτω. Ait ipsam *Mnesaretam* ibi cerni, sculptam scilicet & expressam in imagine. *Mnesarete* vero eadem quæ *Phryne*. Nam *Mnesarete* proprie, *Phryne* cognomento dicebatur, quod eodem loco docet pluribus *Plutarchus*. Fuit ergo alia statua, cujus mentio est apud *Laërtium* vita *Diogenis*, quippe quam *Phryne* ipsa Delphis erigi curavit, Venerisque effigiem referre voluit. Nec in *Laërtio* dissensus ab aliis notandus, sicut à nonneminem eruditorum factum est. S. *Plutarchum* exscripuit *Stobæus* Serm. 87. K.

οἱ Ἐλλήνων ἀκραιτέτεροι) At *Plut.* in de *Pyth.* Orac. hoc factum ait à Praxitele. ἀλλὰ Πραξιτέλης, ὡς ἔοικε μόνῳ ἠΐασε Κρατίτῃ τῇ ἐρωμένη τυχῶν αὐτοῦ δωρεῶς, ὃν ἐπαινεῖν ἄφελε Κρατίτης, ὅτι τῆς χρυσοῦ βασιλεῦσι τέτις παρέστησε χρυσεῖν ἑταῖραν. S. Dum *Noster* intemperantiæ quorundam Græcorum Phrynem dedicatam Delphis imputat, sine dubio Praxitelem statuarium, qui Phrynem deperibat, ejusque amori, ut quidam volunt, hanc dedit statuam, designatum voluit. *Athenæus* lib. 13. αὐτῆς τῆς Φρυγῆς, inquit, οἱ ᾤκειότεροι ἀνδράντι ποιήσαντες ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρυσεῖον ἐπὶ κίονῳ Πεντελικῷ. κατεσκόπασε ἢ αὐτὸν Πραξιτέλης, ὃν καὶ Δεασάμῳ Κρατίτης ὁ Κωϊκὸς, ἔφη, τῆς Ἐλλήνων ἀκραιτέτερος ἀνάθημα. ἔθηκε δὲ ἡ εἰκὼν αὐτῆς μέση τῆς Αρχιδάμῳ τῷ Λακεδαιμονίων βασιλέως καὶ τῷ Φιλίππῳ τῷ Αἰώντι, ἔχουσα ἐπιγραφήν· ΦΡΥΝΗ ΕΠΙΚΛΕΟΥΣ ΘΕΣΠΙΚΗ. ipsius Phrynes statuam vicini curarunt consociendam auream, quam Delphis consecrarunt super columna ex marmore Penelico. Fecit autem Praxiteles. quia visa Crates Cynicus dixit, esse Græcorum intemperantiæ donarium. stetit hac imago media inter Archidami Regis Lacedæmoniorum & Philippi Amyntiæ statuas, cum hac inscriptione : PHRYNES THESPIENSIS ILLUSTRIS. ita Dalecampius, ac si ἐπικλήσῃ hic notet illustrem, cum potius videatur Patris hujus Phrynes nomen esse proprium. mallet itaque inscriptionem reddere ita : Phryne, Epictis (scil. filia), Thespiaca. ex *Arnobio* adversus Gentes de Praxitele hæc notanda. Quis Praxitelem nescit, Posidippi si relegat, ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perditæ diligebat, os Veneris Cnidia solertiarum coëgisse certamine. pergit de Phryna. Phryna illa Thespiaca, sicut illi referunt, qui negotia Thespiaca scripturarunt, cum in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis, & floris, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum, quæ in opinione sunt, Venerum. Itaque artifices &c, omni cura studioque certabant, filium capitis prostituti in Cytherea simulachra traducere. *Pausan.* in *Boeotic.* Φρυγῆς εἰκόνα ἐπιχρυσὸν Πραξιτέλης μὲν εἰργάσατο ἐραστῆς καὶ ἑταῖρας. ἀνάθημα δὲ αὐτῆς Φρυγῆς εἰσὶν ἡ εἰκὼν. Inauratam Phrynes imaginem fecit ejus amator Praxiteles. ipsa autem eam Delphis consecravit. Unde patet, non aliam esse statuam, cujus mentio extat apud *Lært.* in vita *Diogenis*. Cæterum quæ ex *Arnobio* adducta sunt, sine dubio è *Clementis Protrept.* ad Gentes sunt mutuo sumpta. K.

Κίμων) Intelligit equas, quibus vicit in ludis Olympicis Cimon, Miltiadis filius. Eas enim memoriæ honorisque causâ

causa formatas ex ære statuebant in publico. Dicam pluribus in opere *de re vehicularia*, quod est sub manibus. S. *Cimon* ille, qui equas ob terreportatam quadrigis victoriam in ludis Olympicis tumulo staturisque donavit, non Miltiadis filius, cujus vitam *Cornel. Nepos* conscripsit, sed *Siesagoræ* fuit, Miltiadis Marathonii quidem pater, avus autem Cimonis, qui cognomen Κοάλεμος habuit. Hic Athenis à Pisistrati filiis ad Prytaneum, noctu submissis percussoribus, interfectus est. *τέθαπται ἡ Κίμων πρὸς τὸ ἄστυ, πέρλω τὸ Δακκοίλης καλεομένης ὁδῷ· καὶ μνησίον δὲ αὐτῆς αἱ ἵπποι τριδάφαλοι αὐτῶν, αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμηναι.* *Sepulchrum* autem est *Cimon* ante urbem trans viam, quæ vocatur Δακκοίλης, cana, & è regione sepultæ sunt equæ illæ, quæ tres Olympicas victorias reportarant. *Herodot.* lib. VI. cap. 103. Hæc addi possunt iis quæ de *Cimone Coalemo* notavit *Ianus Ruygersius* lib. I. *Var. Lect.* p. 33. *Memoriâ* igitur vacillavit *Doctiss. Meursius*, cum lib. I. *Athen. Antic.* cap. 8. scriberet, *Cimonis* equas bis tantum Olympia vicisse. In *Indice* etiam *Cimonem* avum confundit cum nepote, quod factum nollem. K.

ΚΕΦ. λγ.

CAP. XXXIII.

Μειρακίς ἀπόκρισις ἐρωτη-
θέντος ὑπὸ τοῦ πατρὸς τί
ἀν μάθοι.

*Adolescentuli responsio, quæ
interrogaretur à patre quid
disceret.*

Μειράκιον Ερετρικὸν Ζή-
νωνι προσεφώτισε πλείονα
χρόνον. ἐπανελθόντα ἡ ἤρετο
ὁ πατήρ, τί ἀν μάθοι σοφόν;
ὁ δὲ ἔφη δεῖξαι. χαλεπή-
ναντος δὲ τοῦ πατρὸς, καὶ
πληγὰς ἐντείναντος, πλεῖ-
στον ἀγασθὼν, καὶ ἐγ-
καρτερήσας, τῆτο ἔφη με-
μαθηκέναι, φέρειν ὄργην πα-
τρός.

didici, ut iram patris moderate ferrem.

*Adolescentulus quidam
Eretricus Zenonis scholam
literarum causa longo te-
pore frequentaverat. Re-
versum pater interrogavit
quidnam sapientiæ didicis-
set? qui cum ostensurum
se dixit, indignatus pater,
verbera ipsi inflixit. At ille
modeste patienterque fe-
rens, hoc ipsum (inquit)*

Μειράκιον

Μειράκιον Ερετρικόν) Exscriptit hoc *Stobæus* Serm. LXXVII. Porro simile responsum fere *Dionysii Junioris* habes apud *Plutarchum* in *Aprophtheg.* S.

ΚΕΦ. λδ.

CAP. XXXIV.

Περί τῶν πολυτελῶς ἡδημένων

De splendide vestitis.

Διογένης εἰς Ολυμπίαν ἐλθὼν, καὶ Θεασάμην ἐν τῇ πανηγύρει Ῥοδιακῆς τινὰς νεανίσκους πολυτελῶς ἡδημένους, γελᾶσας ἔφη, τύφῳ τῆτό ἐστι. εἶτα περὶ τυχῶν Λακεδαιμονίοις ἐν ἐξωμίσι φαύλας, καὶ ῥυπαύσας. ΑΛῳ (εἶπεν) ἔτῳ τύφος. αἷος, quas exomides vocant, amictos: Hic (inquit) alius est fastus.

Diogenes quum venisset Olympiam, & Rhodiacos quosdam adolescentes videret preciosis magnificisque vestibus amictos, cum risu, inquit: Hoc nihil est præter fastum. Deinde quum incideret in Lacedæmonios vilibus & sordidis tunicis, quas exomides vocant, amictos: Hic (inquit)

τύφῳ τῆτό ἐστι) Utrumque dicit esse superbum, sive quis nimium elegantiae studeat, sive nihil. Eorum enim mos est, quæ conspici cupiunt, inquit *Seneca*, facere quæ in habitu aut genere vitæ sunt notabilia; Asperum cultum & negligentiore barbam, & inditum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem perversa via sequitur. Ergo ait, Intus omnia sint dissimilia, frons populo conveniat. Non splendeat toga: ne sordeat quidem &c. *Epist.* V. vide quæ notat *Savaro* ad *Sidon.* IX. *epist.* 9. S. Et *Gattakerus* ad *M. Anton.* pag. 434. K.

ἀλλῳ ἔτῳ τύφῳ) Adde sequens caput. S. *Aristot.* lib. 4. de *Moribus* cap. 13. οἱ ᾗ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φανερά προσποιεῖσθαι, βαυκοπανῆργοι λέγονται καὶ δὲ καταφρονητοὶ εἰσὶ, καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεῖα φαίνεται, οἷον ἢ Λακωνῶν ἐσθῆς. καὶ γὰρ ἢ ὑπεροχὴ καὶ ἢ λίαν ἔδειψις ἀλαζονικόν. qui autem parva & manifesta simulant, βαυκοπανῆργοι (ineptè & suaviter versuti) dicuntur & facile contempnendi sunt, & quandoque mera hoc videtur esse arrogantia, ut *Laconium* habitus. Nam nimius defectus æque ac excessus arrogantiam refolet. *Eustratius* in h. l. ex *Platone Comico* ῥῆσιν adducit.

ducit, quia inter alia Lacedæmonii dicuntur ἐλκοτεῖσθωνες i. e. pallium descriptum trahentes. Postea tamen ab his moribus Lacones plane desierunt. Nam *Philostratus* lib. IV. de *Vit. Apollon.* cap. 9. novit Lacedæmoniorum legatos, ἐδὲν Λακωνικὸν ἔχοντας καὶ Συβαριτικὸν μεσῶς, qui nihil de *Laconismo* traherant, sed *Sybaritico* luxu pleni erant. K.

ΚΕΦ. λει

CAP. XXXV.

Περὶ Ἀντιθένης μεγαλοφρο-
σύνης ἐπι διεργωγῶτι
(ἱματίῳ.

*De Antisthenis ob laceratum
pallium arrogan-
tia.*

Ὁ δὲ Σωκράτης, ἰδὼν ἃ
Ἀντιθένη τὸ διεργωγὸς ἱμάτιον
μέγῃ, αἰεὶ ποιῶντα φανερόν·
ἔπαύση (ἔφη) ἐγκαλλωπι-
ζόμεν ὑμῖν.

Socrates quum videret
Antisthenem attritam par-
tem vestis semper in con-
spectum protendere: Quin
definis, inquit, apud nos
teipsum ostentare.

(διεργωγὸς ἱματίον) More philosophorum, & imprimis
Cynicorum, quorum auctor fuit hic Antisthenes. *Quintilianus*
declamat. CCLXVIII. *Quosdam videas hodie pecunie ferri nudos*
expropositoque, veluti ad provocandas calamitates. Laërtius de ipso:
πρῶτῳ ἐδίπλωσε τὸ τρίγωνον, καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχερῆτο, πρῶτον δὲ Νε-
άνθη φησὶ ἀπωλῶσασθαι θαιμάτιον. hoc caput præcedenti annectunt
in MSS. A. B. S.

(ἔπαύση) Clarius hæc *Diogenes*. Scribit enim dixisse,
ὁρῶ σὲ ἀπὸ τῶν τριγῶν τὸν φιλοδοξίαν. S.

ΚΕΦ. λς.

CAP. XXXVI.

Περὶ Ἀντιγόνης, καὶ ψάλτης.

De Antigono ἔψαλτε.

Ψάλτης Ἀντιγόνῳ ἐπεδεί-
κνυτο. τῷ δὲ πολλάκις λέγοντος,
ἢ νήπιον ἐπίσφιγξον, εἶτα
πάλιν ἢ μέλι. ὁ δὲ ἀγα-

Psaltes quidam apud An-
tigonum artis suæ specimē
edebat. Quum vero sæpius
Antigonus diceret. Con-
stringe neten, & rursus me-

νακτῆ-

νακθήσας ἔφη, Μὴ γένειτό
σοι ἔτι κακῶς, ὦ βασιλεῦ,
ὡς ἐμὲ ταῦτα ἀκρίβειν μάλ-

diam, indignatione com-
tus dixit: Avertant, ô rex,
à te dii malum hoc, ut me-
lius atque exquisitius hanc
artem teneas quam ego.

Ψάλτης Αὐλιγόνῳ) Philippo Macedoni hoc responsum ab
eo, scribit *Plutarchus* lib. de Fortuna Alexandri. Et de Adulat.
& Amici discrimine. S.

ἡμοῖτό σοι) Putabam olim μοι scribendum. Nunc nihil
immutandum censeo, cum & *Plutarchus* ita habeat aliquotiens.
Scilicet hoc dicebat *Psaltes* iste, nihil deterius accidere *Antigono*
posse, quam si artem eam scire cogeretur melius, quam ipse, quip-
pe quod vix erat futurum, nisi ex rege privatus fieret & psaltes. S.
Modestè hic psaltes. secus *Apollodorus* architectus, qui *Hadriano*
contradicens, cum apud *Trajanum* de operibus suis verba faceret,
ἄπιθε, inquit, ἢ κολοκικῶδας γράφε. τέτων γὰρ ἔδεν ἐπίστασαι. ἀπὸ
ἔ cucurbitas pinge. istarum enim verum nihil intelligis. vide *Dio-*
nem lib. 69. p. 789. K.

ΚΕΦ. λζ.

CAP. XXXVII.

Πῶς ὁ Ἀναξάρχῳ Ἀλέξαν-
δρον ἐαυτὸν ἐκθειῆναι.
ἐγέλασεν.

Quomodo Anaxarchus ri-
serit Alexandrum, qui seipsum
in diis numerari volebat.

Ἀναξάρχῳ ὁ ὀπικλη-
θεὶς Εὐδαμονικὸς, κατεγέλα
Ἀλεξάνδρου, ἐαυτὸν ἐκθειῆν-
αι. ἔπει δὲ ἐρόσησέ ποτε
Ἀλέξανδρου, εἶτα προσέ-
ταξεν αὐτῷ ὁ ἰατρὸς ῥόφημα
σικκαδῶν γελᾶσας ὁ
Ἀναξάρχῳ, Τὸ μὲν τοι
θεῶ ἡμῶν (εἶπεν) ἐν τρυβλίᾳ
ροφήματι αἰ ἐλπίδες κείνται.

Anaxarchus cognomēz
to Eudæmonicus, ridebat
Alexandrū, quod seipsum
deum faceret. Quum au-
tem aliquando in morbum
incidisset Alexander, & ei
medicus forbitionem im-
peraret fieri, ridens Ana-
xarchus: At nostro deo
(inquit) in cochlearis for-
bitione spes sita est.

Hh

ἔδαμ-

Ὀδαιμονικός) Ἀφ' τῶ ἀπάθειαν κὶ Ὀπολίαν Ἔ βίαι, Ἰδὸ
 ἄτιους. Vocatur & ab *Athenæo* lib. VI. cap. 13. hoc cognomen-
 to, quod tamen ibi perperam à *Dalechamptio* velut certæ alicujus
 sectæ nomen exponitur. S. Non malè hic fuit *Dalecampius*. *Eu-*
δαιμονικὸν enim ratum *Philosophiæ Scepticæ* ducunt, & Ὀδαι-
 μονίαν *beatitudinem* dixerunt ultimum finem suæ *Philosophiæ*. *Ga-*
lenus vel *Lælius* teste *Theodorei*. serm. II. *Ἐραπ.* πῶς φιλοσόφῳ
 ἰσοετίας. ὡς ἡδὴ ἢ τῶ φιλοσοφῶν ἢ μὲν ἐξ ἀνδρῶς, ὡς περ ἢ κατ' Ἐπι-
 κῦρου συνέβηκεν (malim πέφυκεν. ἢ ἢ) ἐκ τέλους κὶ δογματῶν, ὡς
 περ ἢ Ὀδαιμονική. ὁ γὰρ Ἀναξάρχῳ τέλῳ τῶ κατ' αὐτὸν Ὀγαγά-
 γως τῶ Ὀδαιμονίαν ἔλεγε. *Dicta autem est Philosophia partim*
quidem à conditore, ut Epicurea ab Epicuro, partim vero à fine ἢ
dogmate, ut Eudæmonica. Anaxarchus enim ad illiciendos alios suæ
philosophiæ finem dixit esse beatitudinem. confer Lærium in proœ-
mio, alio modo idem Anaxarchus Alexandri affectatam divini-
tatem refutavit apud Lærium in vitâ sua. Athenæus autem non
talem nobis exhibet hunc philosophum, sed adulatorem potius
maximum. Cum enim in itinere aliquando tonitru inopinatum
pariter & horrendum auribus accidisset, omnibus territis, Ana-
xarchus, μή τι σὺ, inquit, τρεῖς ἔποιησας Ἀλέξανδρε ὁ Ἔ Διός; τῶ ἢ
γελάσαντῳ εἰπεῖν. εἰ γὰρ φοβερὸς βέλομαι εἶναι, κατὰ περ σὺ μὲ δι-
δάσκεις, ὁ τὰς τῶ Σατραπῶν κὶ βασιλέων κέλῶν με δειπνῶντῳ παρο-
φείρατῳ κεφαλῆς. num quid tu, Alexandre Iovis filii, hoc fecisti? re-
gem autem ridentem (scribit Satyrus) respondisse: non equidem for-
midabilis esse volo, quemadmodum tu me doces, dum Satraparum re-
gumque capita jubes inter cænantium apponere. l. 6. Deipnos. pag.
251. K.

Τῶ μὲν τοι θεῶ) Aliter hæc refert *Lærtius*, quem vide. S.
 ἐν τρυβλίῳ) MSS. B. & C. ἐν τρυβλίῳ. potest videri vo-
 cabulum ῥοφήματι adhæsisse ex glossa, & à correctore mutatum
 esse in τρυβλίς, abest sanè elegantius. S. Mihi lectio vulgata sa-
 tis elegans est. K.

ΚΕΦ. λη.

CAP. XXXVIII.

Περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ τῶ
 Πάριδος λύρας.

De Alexandro Ἔ lyræ
Paridis.

Ὁ μὲν Ἀλέξανδρῳ εἰς τῶ
 Ἰλίον ἦλθεν. ἀνασκοπεῖντι δὲ

Quum Alexander venif-
set Ilium, & omnia studio-
αἰπέ

αὐτῷ φιλοπόνως, ἢ τις Τρώων
 προσελθὼν ἢ λύραν εἰδεί-
 κνουεν Αλεξάνδρου· ὁ δὲ ἔφη,
 ποροτιμωσαίμην ἂν μάλλον
 ἰδεῖν ἢ Ἀχιλλέως ὑπὲρ γε ἢ
 Αλεξάνδρου. ἐπὸς δὲ γὰρ κτῆμα
 ἀγαθὸν στρατιώτῃ, ὃ σιωπῶν
 ἐκείνῳ τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀν-
 δρῶν κλέα. τῆ δὲ Πάριδος
 τί ἄρα ἦσεν ἢ λύρα, εἰ μὴ
 μέλι μοιχικὰ, καὶ οἷα ἀρεῖν
 γυναικας, καὶ θέλγην;

sis oculis contemplaretur,
 quidam Troum accedens
 monstravit ei lyram Ale-
 xandri, & ille: Majoris plu-
 risque, inquit, facerem, hac
 Alexandri, si mihi lyram
 Achillis posses ostendere.
 Desiderabat enim strenui
 militis instrumentū vide-
 re, qua ille fortium virorū
 laudes cecinisset. Paridis
 vero lyra quid cecinit a-
 liud, quam adulteriis accom-
 modata carmina, & foemi-
 nis captandis demulcendisque
 magis convenientia?

pretatus esse videtur, quibus voces ascendant & descendant, MSS.
B. & C. habent ληκυθία. S. *Simplicius* & magis pro stolido illo
fuerit, vocem λήκυθῳ in protrita sua significatione sumere, qua
notat *amprillum oleariam*. in illa enim ille quæsitit scalam, non in
hominis aspera arteria. Quis enim affirmaverit, *Sannyrionem*
fatuum hanc chirurgicam & alias inusitatam vocis λήκυθῳ signi-
ficationem unquam didicisse? K.

ΚΕΦ. 15.

CAP. XVI.

Πεὶ Ἀπολλωνιατῶν, καὶ τῆ
αὐτῶν χώρας, καὶ περὶ
Ἐπιδάμνης.

*De Apolloniatis, & ipsorum
regione, atque Epidamno.*

Ἀπολλωνιάται πόλιν οἰκῶσι
γείτονα Ἐπιδάμνης ἐν τῷ Ἰο-
νίῳ κόλπῳ, καὶ ἐν τοῖς πλεονίστοις
αὐτῆς χωρίοις ἀσφάλις ἐστὶν
ὄρυκτη, καὶ πιμωλᾶ, τῆ αὐτὸν
ἐκ τῆ γῆς ἀνατέλλουσα τρόπον,
ὅν καὶ αἱ παλαιοὶ πηγαὶ τῆ ὑδά-
των. ἐ πόρρω ἢ καὶ τὸ ἀθάνα-
τον δεικνύουσι πῦρ. ὃ ἢ κατό-
μνος ἐστὶ λόφῳ ὀλίγῳ, καὶ
ἐπὶ εἰς μέγα δίκηει, καὶ ἔχει
περίβολον ἔ πολὺν, ὅζει δὲ
θεῖς καὶ συπληθείας. καὶ περὶ
αὐτὸν ἐστὶ δένδρα δὲ θαλάσῃ, καὶ

*Apolloniatarum urbs fi-
nitima est Epidamno, sita
in Jonico sinu: atq; in pro-
ximis, vicinisq; circa ipsam
locis fodina bituminis ha-
betur, non aliter quam ple-
ræq; fontium scaturigines
aquam, sic illa bitumen e-
mittens, replensq; locum.
Non procul etiam sempi-
ternus ignis ostenditur. Ar-
dens vero collis est non ita
magnus, neque ingens spa-
cium occupans, neque
longum ambitū comple-*

ctens, sulphur autem & alumen olet, circumque ipsum

πολλὰ χλωρὰ, καὶ τὸ πῦρ πολυσίον ἐνακμάζον ἐδὲν λυπεῖ, ἔτε δὲ τὸ φύλῳν βλάστω, ἔτε τὴν τεθληῖαν. καίεται δὲ τὸ πῦρ, καὶ νύκτα, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ διέλιπον ἐδέποτε, ὡς Ἀπολλωνιάται λέγουσι, ὅτιν τε πολέμῳ τῷ πρὸς Ἰλλυριῶς συμβάντι αὐτοῖς.

Apolloniata, ante bellum, quod cum Illyriis gesserunt.

Ὅτι Ἀπολλωνιάται ξηνηλασίᾳ ἐποίησαν καὶ τὸ Λακεδαιμόνιον νόμον. Ἐπιδάμνιοι δὲ ἐπιδημεῖν καὶ μετακίεῖν παρέχον τῷ βαλομένῳ.

urbem migrandi incolendique faciebant.

pulcherrima sunt arbusa, multaue loca viridantia, quæ nihil ab incendio vicino læduntur, neque quod ad germina, neque quod ad viriditatem plantarū attinet. ignis vero dies noctesque perseverat, neq; desit unquam, ut inquit Apolloniata ad legis

Laacedæmoniorum regulam peregrinos urbe expellebant: Epidamnii vero potestatem omnibus in suam

ἀσφάλτε ὀρυκτῇ) Habes hæc omnia apud *Strabonem* lib. VII, ex *Posidippo*, quem forte *Noster* secutus est. S.

καϊόμηνος λόφος) πέτραν vocat *Strabo*, nomine *Νυμφαῖον*. De qua vide & *Dionem* lib. XLI. & *Plutarch.* in *Sylla*, quos laudat *Cassaubonus*. S.

πολλὰ χλωρὰ) Non dubito, quin lector eruditus legere malit, πῶα χλωρὰ, herba viridis, pabulum herbescens. Vult enim Auctor locum indicare & arboribus & herbis gignendis felicissimum, ita, ut ignis non procul terra emicans fovere potius videatur quam lædere arborum florem & solum pabuli ferax i. e. τὴν τεθληῖαν. vide *indicem* in πῶα. Lucem emendationi dabit *Seneca Epist.* 79. In *Lycia*, inquit, regio notissima est, *Ephesion* incolæ vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circumi. Læta itaque regio est, & herbida (τεθληῖαν & πῶαν χλωρὰν describit) nō flammis adurentibus, sed tantum vi remissa & languida resurgentibus. *Strabo* lib. 12. *Geograph.* de *Cappadocix* monte *Arigæo*, qui quidem nemore est obfusus, ἀλλ' οἱ ὑποκείμενοι τῷ δρυμῶ τόποι, καὶ αὐτὶ πολλαχῶς πυρὰ ἔχουσιν· ἅμα δὲ καὶ ὑψυδροὶ εἰσὶ ψυχρὰ ὕδατι. ἔτε δὲ πρὸς ἔτε

Ἐὐδαλῶ εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐκκύπτοντο, ὥστε καὶ ποᾶζειν τὴν πλεί-
 στω. ubi etiam τὸ ποᾶζειν *herbosum esse igne non impediri ait.* vide
Leonicum Thomæum lib. I. cap. 85. Var. Histor. imprimis Aristotelem
ἑὶ δαυμασιῶν ἀκρομάτων p. m. 1102. à quo Noster hunc locum
tantum non quoad verba sumpsit, & ego emendationem mutuatus
sum ab eodem. Dion Cassius agmen claudat qui XLI. de eodem i-
gne ait, quod terram, in qua existit minime exurit aut arefacit, ἀλ-
λά καὶ ποᾶς καὶ δένδρα καὶ πάντα πλησίον θάλλοντα ἔχει, sed herbas arbo-
resque proximè germinantes habet. K.

τεθνηῶν) Faber corrigit τὴν δὲ θάλειαν, invito Cypero,
 qui hanc vocem utpote & alibi usitatam Nostro, putat retinendam.
 vide lib. III. Obs. cap. 15. S. Τεθνηῶα satis proba vox, de qua
 videatur Phavorinus in τεθαλιῶα. Noster Hist. Anim. lib. 2. cap. 36.
 δένδρον τεθνηῶα, arbor virens. vid. indicem in θάλλω. Cæterum huc
 faciunt que Methodus in Synopsi explicat. diCTOR. Apostol. apud Photium
 scribit: Ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ (ὄρεθ δὲ εἶναι ὁ Ὀλυμπὸς τῆς
 Λυκίας) πῦρ αὐτομάτως καὶ τὴν ἀκρωρείαν ἔ' ὄρεα κάτωθεν ἐκ τῆ γῆς
 ἀναδιδόμενον, ἑὶ δὲ πύργον φυτὸν ἐστίν, ἔτω μὲν δὲ θαλῆς καὶ χλοε-
 ρὸν, ἔτω σύσκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλασηκέναι &c. ἔ
 μόνον ἔ καλῶ φλέγει τὸ φυτὸν τῆτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀκραιότερον ὑπάρ-
 χει, εἰ καὶ τῆ φύσεθ δὲ καυσον, καὶ ταῦτα ἑὶ αὐτὰς αὐτῆ τοῖς ῥίζαθ
 ἔ πρὸς ἐντυφωμῆθ. vidi in Olympro (mons est in Lycia situs) ignem
 sponte sua in summa montis ex terræ visceribus erumpentem; circa
 montem planta pyragneus vel vitex major, adeo floret, viretque, ἔ
 tam densam spargit umbram, ac si à fonte quodam florem suum ha-
 beat. &c. non tantum non comburitur planta illa, sed potius magis
 efflorescit, uti natura possit facile comburi, idque igne circa ipsas ejus
 radices existente. K.

καὶ τὴ Λακεδαιμόνιον νόμον) De qua Plutarch. Infit. Lac.
 & Damascenus apud Stobæum serm. XLII. S. Aristot. lib. 2. Po-
 lit. cap. 9. K.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Παροιμία, καὶ ἑὶ Φρυνίχθ.

Proverbium, ἔ de Phry-
 nicho.

Αειθρόν σφικῶν πτήσσει
 , Φρυνίχθ, ὡς τις ἀλεκτρυών.
 παροιμία ἑπὶ τῶν κακῶθ τι
 πασχόντων. ἑπικεινομένθ

Vesparum examen me-
 tuit Phrynichus, velut gal-
 lus gallinaceus : Prover-
 bium convenit in eos, qui

ῥῳ Φρυνίχῃ τῷ τραγικῷ τὴν *damnum patiuntur. Quū*
 Μιλίτη ἀλωσιν, οἱ Ἀθωαῖοι *enim Phrynichus tragicus*
 δρακύναντες ἐξέβαλον δι- *Mileti captivitatem age-*
 σοικότα κὶ ὑποπλήσαντα. *ret. Athenienses metuen-*
tem perhorrescentemque lacrymantes eiecerunt.

Ἀειθρὸν σφηκῶν). Imo scribe potius, *Ἀεισοφάνης σφηκῶν*, hoc est. Aristophanes in Comœdia ejus nominis, quæ hodieque extat. Sic eruditissime *Leopardus* lib. II. Emend. cap. 12. quem vide. S. Ego vero, an aliquid mutandum sic, valde dubito. Non enim solet Noster ita Autorem laudare, à quo sumpsit aliquid, deinde per *ἀειθρὸν σφηκῶν* sensus proverbii alias pendens iudicari videtur. numerum vesparum i. e. Judicium timuit Phrynichus, iustar galli, ipse Aristoph. in Vespis iudices Atticos cum vespis sabine comparat, quia *ἀξύθυμοι* & facile irritabiles erant *σφηκῶν διαίτα*. Ego majoris evidentix gratia ab Auctore additum, τὸν ἀειθρὸν σφηκῶν, alias Aristoph. ita effert proverbium.

πλήσει Φρυνίχῳ, ὡς τις ἀλέκτωρ.

Timeat Phrynichus, gallus ut hospes.

ante *Aristophanem Simonides*, nisi fallor, dixit: ἔπτῃξ' ἀλέκτωρ ἐξ-
 λθῶ ὡς κλίνας πτερόν, *perimitur ut ferens gallus, demittens alas. Paus.*
 in *Pelopid.* posset etiam dici, vocem *ἀειθρὸν* male conluisse, ex *Αρ.*
 i. e. *Ἀεισοφάνης*, quod è margine in textum venit, & θυμὸν, *inam.* K.

Φρυνίχῃ) Clarius hæc *Strabo* ex *Callisthene* lib. XVI. φησί γε, αἰτ. *Καλλιόθενος* ὅπ' Ἀθωαίων χιλίας δραχμῶν ζημι-
 θῶναι Φρυνίχον τὸν τραγικόν, διότι δρᾶμα πεποίηκε Μιλίτη ἀλωσιν
 ὑπὸ Δαρείῳ. Nota non eiectum aut urbe expulsum esse Phry-
 nichum, ut interpret opinatus est, sed pecunia multatum. Id
 quod verissimum. Testatur etiam *Plutarch.* in *Præc. Reip. Gerend.* ubi habet hanc historiam. *Herodot.* Ἀθωαῖοι μὲν ῥῳ δῆλον
 ἐποίησαν ὑπεραχθιδέντες τῇ Μιλίτῃ ἀλώσει, τῇ τε ἄλλῃ ποταχῇ κὶ
 δὴ κὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλίτη ἀλωσιν κὶ διδάξαντι, ἐς
 δάκρυά τε ἔπεισαν τὸ θῆταρον, κὶ ἐζημίωσαν ὡς ἀναμνήσαντα οἰκῆια κα-
 κὰ χιλίοσι δραχμῆσι, κὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδὲνα χρᾶσθ' τέτρα τῷ
 δρᾶματι. Imposuit interpret noster nonnemini ex iis etiam, qui
 adagia compilavere, ubi Phrynichus etiam eiectus scribitur.
 Porro historiam hanc habet etiam *Herodotus* lib. VI. & *Suidas*,
 cujus

cujus posterioris verba tamen corrupta, & ex Nostro emendanda sunt. S. οἱ Ἀθλωαῖοι ἐξέβαλον Φρύνιχον, *interpres reddit. Athenienses ejecerunt Phrynichum.* idque non male, si theatro ejectum, explosum, exclusum, intelligas. Gloss. *explosá ἐκβληθείσης.* & iterum, ἐκβεβλημένος, *explosus.* Bene *Donatus* in illud *Terentii.*

partim sum earum exactus, partim vix steti, sensus est, aut displicui, aut in aliquibus vix placui &c. Et propriè locutus est. Nam *fabulae aut aei dicuntur aut stare.* Ergo *fabulae* cum non *stetit*, *εχαθρα* propriè dicitur, ut ex multis aliis in *Terentio* locis videre licet. Ita non urbe, sed theatro locoque scenico ejectus *Phrynichus* & multam quoque drachmarum millium dare iussus est. Quod *Suidam* attinet, ejus verba hæc sunt. Φρύνιχον οἱ Πέρσαι χιλίας ἐζημίωσαν, ἄλωσιν τραγωδήσαντα Μιλησίων. *Phrynichum Persæ mille drachmis mulctarunt, cum Tragædiam de Milesiorum captivitate ageret, ad verbum descripta omnia ex Scholiis in Aristoph. Vespas, nisi quod ibi melius legitur, ὄν (Φρύνιχον) Ἀθλωαῖοι, quem Athenienses &c.* confer *Trexem* *Chiliad.* p. 139. *Atticæ.* lib. 28. cap. 1. K.

Κ Ε Φ. ιιι.

Περὶ Διονυσίου.

Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας, τραγωδίαν μὲν ἠσπάζετο, καὶ ἐπῆνει, καὶ ἐν καὶ δράματα ἐξεπρόννησε τραγικά. ἄλλοτριῶς δὲ πρὸς τὴν κομωδίαν δέκετο, ὅτι ἐκ τῆς φιλόξεως.

Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας) Meminit *Strabo* alicubi. *Consule & Suidam, & Gyraldum, & Vossium.* S. *Helladius* apud *Photium.* pag. 870. ὁ πρῶτος Διονύσιος ὑπὸ τῆς ἐξουσίας καὶ τῶν κολάων καὶ τῆς πευφῆς ἀφαιρεθῆναι ἐπιχειρήσει καὶ τραγωδίας γράφειν. prior *Dionysius* &c. *potentia, adulatoribus, luxuque corruptus conatus est etiam Tragædias scribere.* subjicit deinde monstra vocabulorum, quibus quasi genimis *Tragædias* ornare voluit. *Diodorus* lib. XIV. σφόδρα εἰς τὴν ποιητικὴν ὑπῆρχε με-

V v 5

μλιῶς,

μλωὺς, insano Poëtices studio tenebatur &c. Athenis quoque in Libe-
ralibus Tragœdiam docuit vicitque. Idem lib. XV. *Plut.* ex ejus
quodam tragœdia hoc dictum exhibet :

ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

Injustitiâ etenim Tyrannis est parens.

vid. *Philostrat.* lib. I. de *Vit. Soph.* it. *Antiphonitis.* K.

ἀποτρύξας) At *Suidas* : ἔγραψε τραγωδίας καὶ κωμωδίας. S.

καὶ τὴν φιλόγελοσ) *Aristot.* de R. P. cap. V. ἡ δὲ κωμωδία

ἐστὶ μίμησις φαυλοτέρων μὲν, καὶ μέντοι καὶ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ ἔτι αἰ-
σχρῶς ἐστὶ τὸ γελοῖον μόριον. τὸ γὰρ γελοῖον ἐστὶν ἀμάρτυρον τι καὶ αἰσχρῶ
ἀνώδυνον καὶ ἀφάρτικόν &c. *Comœdia* autem imitatio est pejorum,
non tamen secundum omnia malorum genera, sed turpitudinis pars est
res ridicula. Est enim pescatum quoddam et turpituudo sine dolore et
innoxia. Ea propter Tyrannus comœdiam pro re ludicra & risui
amica habuit studioque suo indignam judicavit. K.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

Περὶ τῆ ἑποδὸ Κλεομένους ῥη-
θέντων ὑπὲρ Ομηροῦ καὶ
Ἡσιόδου.

*Cleomenis sententia de Ho-
mero et Hesiodo.*

Ἐλεγε δὲ ὁ Κλεομένους Λα-
κωνικῶς καὶ τῆ ὀπικήσειον
ἑρόπων, τῆ Ομηρον Λακεδαί-
μονίων εἶναι ποιητῶν, ὡς καὶ
πολεμεῖν λέγοντα. τῆ ὁ Ἡσιό-
δου τῶν εἰλώτων, λέγοντα ὡς
καὶ γεωργεῖν.

Cleomenes patrio more,
Laconice dixit, Homerum
Lacedæmoniorū esse poë-
tam, Hesiodū Helotarum :
quoniam ille belligerandi,
hic agros colendi ratio-
nem & viam præscriberet.

ὁ Κλεομένους) *Plutarchus* in *Apopht. Lacon.* S. *Dio Chry-
sost.* X. orat. 2. de Regno refert, Alexandrum Macedonem solum
inter Poëtas Homerum lecitasse, quod ejus poësin animadvertet-
ret, τὰ ὄντι χυναῖαν καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ βασιλικῶν, vere generosam,
magnificam et regiam. Hesiodum autem fabris, opilionibus & a-
gricolis, non ducibus aut regibus legendum idem censuit l. c. K.

Λακωνικῶς.) Hoc MS. B. non agnoscit & est huic dubie ex glossa. S. Si textui dempseris Λακωνικῶς, sensus perspicuitatem non leviter obscurabis. Cæterum non ab simili argumento Meleager Gadarensis Homerum dixit Syrum esse, quia patriæ suæ more introducit in Poësi priscos illos Heroas piscium abstinentes, cum tamen ad Hellespontum essent piscibus abundantem *Athen.* lib. IV. K.

ΚΕΦ. κ.

CAP. XX.

Περὶ τινος ἠδέως ἀποθνήσκον-
 τῶ, ὅπως ἀν' ἰδοιταιὸς ἴ-
 τεθνεώτων.

*De quodam lubenter vita
 defuncto, tantum ut mortuos
 quosdam videre possit.*

Ἀνὴρ Μεγαλοπολίτης ἐξ
 Ἀρκადίας, Κερκιδᾶς ὄνομα,
 ἀποθνήσκων ἔλεγε πρὸς τὰς
 οἰκείας, ἐνθυμέμεν, ἠδέως
 ἀπολίεσθαι τῷ ζῆν. δι' ἐλπί-
 δ' ἔχειν συγγενέσθαι, ἢ
 μὴ σοφῶν Πυθαγόρα, ἢ δὲ
 ἰσσερικῶν Ἐκατάω, ἢ δὲ μου-
 σικῶν Ολύμω, τῶν δὲ ποιη-
 τῶν Ὀμήρω. καὶ ὅτι τέτοις,
 ὡς λόγῳ, τὴν ψυχὴν ἀπέ-
 λιπεν.

Civis Megalopolita ex
 Arcadia, Cercidas nomine,
 moriens dixit familiaribus
 suis, se non ægre mortem
 obire; sperare enim se cō-
 venturum ex Philosophis
 Pythagoram, ex historicis
 Hecatæum, ex musicis O-
 lympum, & Poëtis Home-
 rum, & hæc effatus; ut fama
 est, vitam amisit.

Κερκιδᾶς.) An Poëta ille Megapolitanus, cujus jambos al-
 legat *Athen.*? Suidas Cercidam habet, Macedonum partibus stu-
 dentem. Forte unus idemque est. K.

ἐνθυμέμεν.) Interpres omisit, redderem: dixit ad fami-
 liares, re consideratâ vel cogitata, Gl. ἐνθυμέμαι, cogito, excogito,
 animadverto, voluit. Innuitur illum ante serio secum hæc, quæ di-
 xit perpendisse. nisi malis ἐνθυμέμεν, latus. K.

δι' ἐλπίδ' ἔχειν.) Idem ante fecerat Socrates, ut vi-
 dere est apud Platonem in Apologia: Cætero verba ejus ita concipit,
 lib. I. Tuscul. quæst. Si vera sunt, quæ dicuntur, migratio-
 nem esse mortem in eas oras, quas qui è vita excesserunt incolunt:
 id multo jam beatius est te, cum ab iis, qui se judicum numero ha-
 berè

beri volunt, evaseris, ad eos venire, qui vere iudices appellentur, Minœm, Rhadamantum, Æacum, Triptolemium, convenireque eos, qui iuste & cum fide vixerint. hæc peregrinatio mediocris vobis videri potest? Ut vero colloqui cum Orpheo, Musæo, Homero, Hesiodo liceat, quanti tandem æstimatis? &c. Observa, quæ paganis maxima in obeunda morte fuerint solatia, nec enim alia majora habuerunt, uti constat ex quam plurimis ipsorum locis. S. Vide Platonem in Phædone, ἢ ἀνθρώπων &c. Catonem Majorum de Senectute sub finem. Somnium Scipionis &c. Sed Ethnici de animæ statu post mortem satis diserte & confidenter locuti tandem in dubitationem nullo subnixam fulcimento desinunt. Cicero l. I. Q. Tuscul. fatetur nihil ultra quo progrediatur se habere quam verisimilia & conjecturas. Nos vero, qui Christum sequimur ducem & βεβαιότερον λόγον habemus, fiducia compertæ veritatis sinum Abrahæ cælestiaque cum sanctis contubernia fide speque certa jam nunc præcerpere jubemur. K.

Ολυμπον) De hoc Musico consule Plutarchum libro de Musica. Aristophanem & Scholiastem ejus, Eustath. Iliad. A. meminit & Plato lib. III. de LL. & in Minœ, ubi eum optimum Musicæ doctorem appellat. S.

ΚΕΦ. κα.

CAP. XXI.

Περὶ Φρυγίης ἀρμονίας.

De Phrygia harmonia.

Ὅτι ἐν Κελαναῖς τῇ Δορᾷ
πᾶ Φρυγὸς ἐὰν προσαυλῆ τις
πλὴν ἀρμονίαν πλὴν Φρύγιον,
ἢ Δορὰ κινεῖται. ἐὰν δὲ εἰς
Ἀπόλλωνα, ἀτρεμεῖ ἡ αἴθερος
κωφή.

Si quis Celænis pelli
Phrygistibia accinat Phry-
giam harmoniam, pellis
movetur: sin Apollini,
quieta mutaque videtur
esse.

ἐν Κελαναῖς) Ubi Marfyæ Phrygis pellis, forma utriusque
suspensa fuit, ut docet Herodotus lib. VII. S.

ἐὰν δὲ εἰς Ἀπόλλωνα) Puto locum esse vitiosum, & scri-
bendum, ἐὰν δὲ τις Ἀπόλλωνον, ut intelligatur modus, ab Apolline
sic dictus, sensusque sit, si quis ipsum canat, hoc fieri. Pollux
lib. IV. cap. 9. νόμοι δὲ αὐτῶν, Διὸς, Ἀθηναίης, Ἀπόλλωνος &c. Cuius
perus III. Obs. cap. 15. ἐὰν δὲ τὴν Ἀπόλλωνον, quod sensu pari re-
cedere longius à scripturâ vulgari videtur. S. Mihi videtur δὲ πᾶ
κοινῆ

ποιεῖ repetendum ἀρμονίαν, quemadmodum & verbum πρῶσαυτέ
repetitur, hoc sensu, *sin aliquis modos in honorem Apollinis acci-
pat, immota manet & surda videtur esse.* K.

ΚΕΦ. κβ.

Πεὶ Ομήρου ναῦ, καὶ ἀγάλ-
ματῶ.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπά-
τωρ, καὶ ὁσκευάσας Ομήρου
νεῶν, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκά-
θισε· κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις
πέθεσε τῶ ἀγάλματι,
δοσαὶ ἀνικωμένῳ τῶ Ομήρου.
Γαλάτων δὲ ὁ ζωγράφος
ἔγραψε, ἥ μὲν Ομηρον αὐ-
τὸν ἐμῆν, τὰς δὲ ἄλλας
ποιητὰς τὰ ἐμνημομένα
ἀρρομένους.

CAP. XXII.

De Homeri templo, &
simulachro.

Ptolemæus Philopator,
extruens Homero templū,
ipsum decore sedentem
collocavit. Circumcirca
vero juxta simulacrum eas
civitates posuit, quæ Ho-
merum sibi vendicant. Ga-
laton pictor Homerū fin-
xit evomentem, reliquos
vero poetas ea, quæ ipse e-
vomisset, haurientes.

Ομήρου νεῶν) Idem fecerunt Smyrnæi teste Strabone lib.
XIV. & Cicerone pro Archia. S. *Lucianus in Encomio Demosthenis*
indicat, poetas Homerum salutare & precari solitos, ut coriam ver-
suum inspiraret, πρῶσφειν τελοῖν δεόμμος ἦκα, τῇ χεὶ τὸ Ομηρον
ἐπιδείξας· ἴσε δὴ πρὸς τὸν ἐν δεξιᾷ τῶ τὸ Πτολεμαίων νεῶ, τὸν καθεμῆρον
τὰς κομας. venio necessitate adductus ad istum salutandum, manique
designavit Homerum. forte enim nostis illum in templo Ptolemæorum ad
dextram collocatum, comam demittentem, inquit Poëta l. c. K.

τὰς πόλεις) Septem quondam civitates fuere, quarum
unaquæque Homerum apud se natum esse volebat. Hæc *M. Varro*
lib. I. de Imaginibus hoc disticho sibi vilis est comprehendisse.

Σμύρνα, Ρόδος, Κολοφῶν, Σαλαμῖν, Χίος, Ἄργος, Αθῆνας.
Ἐπὶ πόλεις διερχοῖσι πρὶ ῥίζαν Ομήρου.

vide Senec. Epist. LXXXVIII. Ciceronem Orat. pro Archia;
Gellium lib. III. cap. II. S. Jam olim inter Spinosas Gramma-
ticorum

ticorum quæstiones habita est illa de patria Homeri, *Appion*, illud cymbalum mundi, prodidit se evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria quibusve parentibus genitus esset: non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret. *Piinius* lib. XXX. cap. II. *Heliodorus* lib. 3. *Æthiop.* Ægyptium nobis facit Homerum, Thebis oriundum Hecatompylis. vide locum. *Lucianus* l. 2. veræ historiæ ludit more suo & Babylone Homerum natum esse ab ipso Homero didicit. *Simonides* χῖον ἄνδρα Homerum vocat apud *Stobæum* *Serm.* 247. Sed in hoc non vertitur Salus Græciæ, qui plura cupit, videat, præter *Herod.* in vita ejus *Pausan.* in *Phocicis*, *Gellium* lib. 3. cap. II. *Antholog.* lib. 4. *Theocrit.* *Idyll.* 16. *Ciceron.* pro *Archia* & alios. qui libros dederunt de hoc argumento. K.

Γαλάτων) Puto corruptum esse pictoris hujus nomen, *Cælius* profecto lib. XXI. cap. 44. scripsit *Palaton*, quod jam *Harvungus* observavit. S.

τῆς δὲ ἄλλης) Alludit *Manilius* lib. II. teste *Scaligero* his versibus.

————— cuiusque (Homeri) ex ore profusos
Omnis posteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues ausa est deducere rivos
Unius facunda bonis —————

Volaterranus lib. XVII. mejentem facit ex hoc ipso *Æliano*, parum diligenter, uti arbitror, inspecto. S. Adde illud Poëtæ:

————— cuius (Homeri) de fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Id quod probe agnovit *Æschylus*, ingenue professus, τὰς ἑαυτῆ τραγωδίας τεμάχη εἶναι τῶ Ὀμήρου μεγάλων δειπνων, suas tragædias esse frustra magnarum Homeri cænarum. *Athenæus* lib. 8. K.

ΚΕΦ. κγ.

Περὶ Λυκῆργου τῆ Λακεδαιμονίας.

CAP. XXIII.

De Lycurgo Lacedæmonio.

Λυκῆργος ὁ Λακεδαιμόνιος ὁ Εὐνόμου παῖς, δικάριος βεληθεὶς ἀποφλυῖαι Λακεδαιμονίας, ὑπὲρ τῆς

Lycurgus Lacedæmonius filius Eunomi volens justitia Lacedæmonios imbue-
re, non dignum neq; deco-

γε ἔκαλες τὰς μισθὰς ἡρώ-
σατο. ἀπώλυσε γὰρ αὐτῷ τὸ
ὀφθαλμὸν ἐκκοπήναι ὑπὸ
Ἀλκάνδρου, ὡς μὲν τινὲς φα-
σιν, ἐξ ὀππελῆς λίθου βλη-
θεὶς· ὡς δὲ ἄλλοι δὴ φοιῶν
λόγῳ, βακτηρίᾳ παθὼν τὸ
πᾶν. λέγειται δὲ ὁ λόγῳ
πρὸς τὰς ἄλλα θελήσαντας,
ἄλλων δὲ τυχόντας. λέγει
Ἐφορος αὐτὸν λιμῷ δια-
καρτερήσαντα ἐν φυγῇ ἄπο-
θανεῖν.

rum præmium abstulit. E-
rutus est enim illi oculus,
ab Alcandro, ut quidā pu-
tant, ex insidiis jactu lapi-
dis: ut alii sentiunt, ictu ba-
culi. Proponitur autē hoc
factum iis, qui alia, quam
proposuerunt, consequun-
tur. Ephorus vero dicit,
eum in exilio fame periisse,
quum in cibi non gustandi
instituto perseverasset.

ὁ Εὐνόμος) Hoc incertum est. Quidam enim Prytani-
dem parentem ejus nominant. Vide *Plutarchum* in *Lycurgo &*
Suidam. S.

ὑπὲρ τέττε) MSS. B. & C. ὑπὲρ τέττων. S.

ἐκκοπήναι) *Stobæus* Scr. XCII. πηρωθεὶς ὑπὸ τινος τῶ πολι-
τῶν ὀφθαλμῶν τῷ ἑτέρῳ &c. cum *Lycurgus* altero oculo à quodam ci-
vium orbatus esset, populus ei ad pœnam juvenem illum dedit. *Ly-*
curgus vero injuriam Spartana patientia concoquens, inimicum probis
moribus domi suæ imbuit, eumque deinde populo iterum in theatro ex-
hibuit jam alium, & optimum ex pessimo.

Hæc vindicta bonum est vita jucundius ipsa.

vide *Themist. Orat.* 5. imprimis *Pausan.* in *Laconicis*. K.

Ἀλκάνδρος) Habet hanc historiam *Plutarchus* in *Lycurgo*,
Cicero & alii. S.

βληθεὶς) *Gesnerus* habet βληθέντι & paulo post pro πα-
θῶν, παθόντι. Verum hæc correctio non necessaria videtur. S.

Ἐφορος) *Justinus* mortuum naturali modo scribit l. III.
cap. 3. Vide quos modo nominavi. Excerpta ex *Nic. Damascenè*
Histor. testantur, ipsum se interfecisse. Confirmatque *Suidas* voce
ἀπεκαρτέρησεν. Sed hoc ipsum forte de inedia intelligendum, de
qua idem *Suidas* testis, voce ἀποκαρτερήσαντα. S.

ΚΕΦ. κδ.

CAP. XXIV.

Περί τινων ὑπὸ ἰδίων νόμων
βλαβέντων.

*De quibusdam, quibus pro-
priae leges nocimento fue-
runt.*

Λυκῦργος ὁ ῥήτωρ ἔγραψε
μὴ ἐλαύνειν τὰς γυναῖ-
κας ἐν ταῖς μυσταίαις ὅπῃ
ζευγῶν, ἢ τῇ δρώσῃ τῆτο
ἐπιτηδεύειν ζημίαν, ὡς γὰρ
ᾤετο τάξας ἀποχρῶσαν.
πρώτη τῷ ψηφίσματι ἠπει-
θῆσεν ἡ τέτρα γυνὴ, ἢ τὴν
ζημίαν ἐξέτισε κατὰ δίκαι-
αθεῖσα.

Καὶ Περικλῆς ἔγραψε,
μὴ εἶναι Αθλιωῶν, ὅς μὴ ἐξ
ἀμφοῖν γέγονεν ἀσπῶν. εἶτα
ἀποβαλὼν τὰς γυναικίς παῖ-
δας, ὅπῃ τῷ νόθῳ Περικλεῖ
κατέλειπετο. δὴ ἤλα δὲ
ὅτι καὶ Περικλῆς ἐβέλετο μὲν
ἕτερα, ἔτυχε δὲ ἑτέρων.

Pericles alia voluerit, alium vero sit eventum fortitus.

Κλεισθένης δὲ ὁ Αθλιωῶν
τὸ δεῖν ἐξοστρακίζεσθαι πρῶ-
τος εἰσηγησάμενος, αὐτὸς
ἔτυχε τὸ καταδικῆσαι πρῶτος.

Ζάλευκος ὁ Λοκρῶν νο-
μοθέτης προσέταξε τὸ μοι-
χὸν ἀλόνειν, ἐκκόπεισθαι
τὰς ὀφθαλμίδας. ἢ τοίνυν

Lycurgus orator legem
scripsit, ne mulieres in festo
mysteriorum curru vehe-
rentur. quæ vero id fecif-
set, mulctam lueret, quam
ipse idoneam putans con-
stituerat. Prima vero ipsius
uxor adversus hoc decre-
tum deliquit, atque da-
mnata pœnam subivit.

Pericles etiam legem po-
suit, ne quis in Athenien-
sium republica haberetur,
qui non utroque parente
cive natus esset: qui deinde
amissis legitimis filiis, no-
thum superstitem habebat.
Patet autem, quod etiam
Pericles alia voluerit, alium
vero sit eventum fortitus.

Clisthenes Atheniensis,
primus exilii supplicium
introduxit, atque ipse pri-
mus eo damnatus est.

Zaleucus vero legislator
Locrensiū, iussit, ut adul-
tero deprehenso, uterque
oculus effoderetur. Quæ

μὴ δὲ

μηδὲ ποροσεδοίκεσε, ταῦτα ὁ
 δαίμων ἀπὸ πῶρα ἢ δόξαν
 καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπήγαγεν. ὁ
 γὰρ τοι πάρις ἀλλὰ ὅπι μοι-
 χεῖα, εἶτα ἔμελλε πείσεσθαι
 τὰ ἐκ τῆ πατρῴας νόμου.
 ὄνταῦθα, ἵνα μὴ διαφθαρῆ
 τὸ ἄπαξ κεκυρωμένον, ὑπέ-
 μεινεν αὐτὸς ὁ εἰσηγησάμενος
 ὑπὲρ τῆ ἐτέρου τῶν τῆ παιδὸς
 ὀφθαλμῶν, ἀνιδεῖναι ἢ ἑαυ-
 τῆ, ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυ-
 φλωθῆ τελέως.

vero minime expectarat, ea
 præter spem atque opinio-
 nem ipsi fortuna quadam
 obtulit. Nam filius ejus de-
 prehensus in adulterio, pœ-
 nam à paterna lege statu-
 tam luere debuit. Ibi ne,
 quod semel omnium sen-
 tentiis confirmatum erat,
 irritum fieret, ipse pro alte-
 ro filii oculo sibi alterum
 eximi passus est, ut ne pro-
 fuscæcus fieret adolescens.

Λυκῆρον ὁ ῥήτωρ) Lycophronis filius Atheniensis, ge-
 nere Eteobutades. Vide *Suidam*. S. Male hic novum commentus
 est caput quisquis Auctorem primus in capita distinxit. Argumen-
 tum enim plane idem utrobique est, agiturque de iis, qui ἔτερον μὲν
 ἑβόλοντο, ἔτυχον ἢ ἐτέρων, ad alium scopum collimarunt, quam quem
 teigerunt. K.

ἐπηγετῆρος) MSS. B. & C. ἐπερθέσας, probè. S. Male
 notæ est τὸ ἐπερθέσας. quid enim est, quidve sibi vult? dic & eris
 mihi magnus Apollo. interim vulgatum ἐπηγετῆρος retineamus. K.

Περικλῆς) Dixi supra ad cap. 10. lib. VI. S. καὶ 10: 616. 5.
 ἐπι τῷ νόμῳ Περικλεῖ) Nothum Periclem sibi habuit reliquum
 & superstitem. Eunapius in vita Himerii, ἐπι θυγατρὶ ἢ τελευτῶν,
 quod Hadr. Junius male reddit: discessit à vita post filiam, imo, re-
 lieta & sibi superstite filia moritur. K.

ἐξοστρακίζεσθαι) Res est plane incerta. Alii enim ad Pisistra-
 tidas, & inter eos aliqui ad Hipparchum, aliqui ad Hippiam refe-
 runt. Alii Achillem, alii Theseum, alii alios hujus auctores fa-
 ciunt. Vide *Meurf.* lib. V. Att. Lect. & *Sam. Petitum* ad LL. Att.
 pag. 368. S.

αὐτὸς ἔτυχε) MSS. B. & C. αὐτὰς ἢ ἔτυχε. placet si præ-
 mittatur punctum. S. Lectio vulgata multis, ut ajunt, parasan-
 gis melior est illa Codicum MSS. K.

Ζάλδου) Valer. Maximus lib. V. cap. 5. Cicero lib. II. de LL. Heraclid. de Rep. Lacon. S. Multa in historiis exuberant passim exempla eorum, qui primi legem passi sunt, quam aliis tulerant. Charondas capite truncandum sanxerat, qui gladio succinctus concionem intraret. ipse vero tumultuaria concione aliquando coacta, rure rediens ut erat gladio cinctus prodiit in concionem, solutæque legis admonitus, in ferrum statim se induit. Valer. Max. lib. 6. cap. 5. Eutropius Arcadii Cubicularius legem tulerat, qua licebat, τὰς εἰς ἐκκλησίας πεφθυγόνας τῶν θυσιαστικῶν ἀφέλκεσθαι, eos, qui ad Ecclesias confugerant, ab ipsis aris abstrahere, paulo post collectam gratiam Principis sui effundens & ad templum confugiens, vi legis suæ ab ara ad capitale supplicium abstractus est. Suidas in Εὐτροπίῳ. confer Ulpian. ff. 2. 2. ad, Quod quisque juris in alterum statuerit ut ipse eodem jure utatur. Κ.

τῶν μοιχῶν) Heraclides legem istam latam in fures scribit in Rep. Lacon.

μηδὲ πρῶσεδόκησε) MSS. B. & C. μὴ πρῶσεδόκησε. S.

Κ Ε Φ. κ ε.

CAP. XXV.

Περὶ Πινδάρου ἐν ἀγωνίᾳ Κορίνθου ἠττήθης.

De Pindaro in certamine superato à Corinna.

Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις, ἀμαρτίῃσι ἀειπεσῶν ἀκροατῆς, ἠττήθη Κορίνθου πεντάκις. ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμυσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος σωματικῶς τὴν Κόρινθον.

Pindarus poëta Thebis, in contentione imperitis auditoribus usus, superatus est à Corinna quinquies. Redarguens vero ruditatem ipsorum Pindarus, suam vocavit Corinnam.

Κορίνθου) Fuit hæc nobilis apud Tanagræos poëtria. Porto de re ipsa Pausanias in Bœoticis. In Gymnasio Corinna picta est, tertia redimita, victoriæ insignis, quod Thebis carmine Pindarum vicerit. Vicisse eam arbitror linguæ causa. Neque enim Dorica, ut Pindarus, cecinit, sed ea, quam essent Aëtolenses percepturi. Vide etiam Pimarchum de gloria Art. S.

Πίνδαρος

Πίνδαρος συνεκάλει) *Lirinejus* putat *σὺ ἐκάλει* legendum esse. Et consentit *Schottus* lib. III. *Observ. Hist.* cap. 34. Aliter *Robertus Titius*. Verba ejus sunt ex lib. V. *Loc. Cont.* cap. 17. *Quid tandem est quod dicitur, ὁ Πίνδαρος συνεκάλει τὴν Κορίνθην?* ego *puio* pro Κορίνθην legendum esse *καρώνω*, vel saltem hanc vocem post illam in verborum contextu collocari debere, hoc sensu: tantum abest, ut *Corinna* in Carminum conficiendorum artificio me superet, canendique artem melius me teneat, ut si mecum conferatur, perinde sit, ac si quis *cornicem* cum *cygno* contendat. Notum est autem proverbium, *cornix cum cygno*. At *Petrus Faber* lib. III. *Agon.* cap. 26: retinet scripturam veterem, & ait sic intelligendam: cum *judicum* seu *auditorum* imperitiam & ruditatem esset reprehensurus *Pindarus*, in conspectu *Corinnæ* victricis hoc fecisse, cui nimirum ejus rei gratia condixisset: quod ait idcirco ab *Aliano* fortean annotatum, ut non vulgarem *Pindari* de suis ipsius meritis existimationem, conscientiam, imò & confidentiam, qui coram victrice *judicum* ignorantiam ipsius exprobrabat, ostenderet. S. Dividatur male juncta vox *συνεκάλει*, legaturque *σὺ ἐκάλει*, & res erit in vado. exprobratur enim *Judicibus* crassa ignorantia, dum *Corinnam*, *σὺ Βοιωτίαν*, suam *Βαοiticam*, id est, rudem & inficetiam *Pindaricæ Minervæ* prætulere. Allusum simul est ad *ἀρχαῖον ὄνειδος*, *Βοιωτίαν* *σὺ*, antiquum convitium, *Βαοiticam* suam, ut ipse *Pindarus* inquit in *Olymp. Od.* 6. ἦν ὅτε σύας Βοιωτίων ἔθνος ἔνεπον ὁ Πίνδαρός φησι, καὶ πάλιν ὁ αὐτός ἐστι φύγαδον Βοιωτίαν σὺ, ἀξίων ὅλα χερδὸν ἔθνος ἔῃ ἀμαθία λόγον ἀπὸ λυέας. Δὲ τὴν αὐτῆς Μυσικὴν. Erat, cum *Sues* *Βαοiticam* nationem dicerent, *Pindarus* inquit, & iterum idem illo: ut fugiamus suam *Βαοiticam*: totam fere gentem sua arte *Musica* liberare volens ignorantiam vitio. *Galenus* in *Protreptico ad artes*. aut quisquis illius libelli *Auctor*. adde *συνωλίαν* idem esse quod *ἀμαθίαν*, *συννεῖν*, ἀμαθῶς ἀναστρέφειν, imperite se gerere. Sunt quidem qui defendunt τὸ *συνεκάλει*. vide post *Mattium* cimelia *Colomesii* p. 25. sed nondum probatur *συνκαλεῖν* *Græcis* significare, *judicem* constituere, ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Cæterum *Corinnæ* hujus fragmentum ex *MS.* libello *Apollonii Alexandrini* producitur, ubi illa ita *Βοιωτίαν* λέγει: μέμφομαι ἰώνγα τὰν λιγερὴν Μυρτίδα, ὅτι βάννα (*Hesych.* legit βάννα) φῆστα ἔβα Πινδάρου ποτ' ἔειν. increpo ego *tinnulam Myrtida*, quod *mulier* nata in certamen cum *Pindaro* descendit. Quibus aut suis ipsa *cruribus* asciam *Illidit* *Corinna*, aut *victoriam* ab imperitis *judicibus* nolenti *obtusam* necesse est. K.

ΚΕΦ. κς.

CAP. XXVI.

Πῶς ὁ Διογένης ἐν ἀποείᾳ
πάντων γήρως παρεμυθή-
σατο ἑαυτὸν.

*Quomodo Diogenes, quum
in inopiam extremam incidisset,
seipsum sic consolatus.*

Διογένης ὁ Σινωπῶδες ἔρη-
μῶ, καὶ μόνῳ ἀπέρι-
στο. καὶ ἔτε τινα δι' ἀπο-
είαν ὑπεδέχετο, ἔτε τις
αὐτὸν ἐξένιζε τ' ἄνδρα, ἐκ-
τρεπόμενον δὲ τὸ τῷ τρόπῳ
ἐλεγκτικόν· καὶ ὅτι ἡ ἑρῶς
τὰ παρατιόμενα καὶ λεγό-
μενα ὀλισσάρες. ἠθύμει
ἔν ὁ Διογένης, καὶ φύλλων
ἄκρα ἠθιε. ταῦτα γὰρ οἱ
παρῶ. τοῖς ὃ ἀποπίπτεσι τῷ
ἄρτε θρύμμασι μῦς ἐκρήτο
ὄπιφοιτῶν. ὁ ἔν Διογένης
φιλοπόνως κατεσκεφάλο τὸ
παρατιόμενον, καὶ μειδιά-
σας, καὶ ἑαυτῷ γηόμενον
φαιδρότερός τε, καὶ ἰλεως,
εἶπεν· ὁ μὲν μῦς ἔτ' ἔ
Αθλιῶν πολυτελείας δεῖται
ἔδέν· σὺ δὲ, ὦ Διόγηες,
ἄχθη, φησὶν, ὅτι μὴ σιωδει-
πνεῖς, Αθλιῶν· καὶ ἐπόει-
σεν ἑαυτῷ δ' ἄκαρον δ' ἄθυμίαν.
Mushic, inquit, nihil indiget Atheniensium lautitia:
& quid tu, Diogenes, ægre fers, te cum Atheniensibus
non cœnare? Atque sic opportunam animi tranquillitatem ipse sibi conciliavit.

Diogenes Synopenfis, desertus ab omnibus hominibus, solus relinquebatur, quum neque propter egestatem ipse quenquam reciperet, neque ipsum hospitio quisquam acciperet. omnibus enim invisus erat ejus in reprehendendo acrimonia : & quod ad ea quæ dicebantur aut agebantur pleraque omnia, se se morosum & difficilem præbebat. Proinde tristitia Diogenes confectus, summas foliorum extremitates mâducabat, illa enim suppetebant. Mus vero accedens, decidentibus panis frustulis vescatur. Diogenes igitur, quum diligenter rem spectasset, subridens animo recepto jam lætior & tranquillior secū :

φύλλων ἄκρα) Non ignoro veterum Græcorum aliorum-
que cibum hunc fuisse. *Seneca* lib. III. de ira cap. 20. de exercitu
Cambylis : *Sustinebant famem primo tenerrima frondium & cacumina*
arborum. & *epist.* 110. *Tunc te admirabor, si scieris, cacumina ar-*
borum explementum esse ventris. *Aristoph.* in *Pluto*:

— σιλείαδ' ἂν ἀντὶ μὲν ἄρτων
Μαλάχης πτόρθως. ἀντὶ ᾗ μάζης, φύλλ' ἰχθυῶν ραφανίδων.

Isidorus quoque meminit lib. I. ep. 132. & de hoc genere ἀκρίδας
quibus vescebatur Johannes Baptista, explicandas putat. Quo-
modo tamen θρύμμαλα τῷ ἄρτι excidere Diogeni potuerint, si folio-
rum partes extimas comedit, non dispicio. Puto igitur quædam
verba ante ista, καὶ φύλλων ἄκρα præcessisse, ut καὶ μάζαν, aut similia :
Ita enim etiam *Plutarchus* lib. de Perf. virtut. εἶτα μὲν τοι μῦν τινα
περσοπεύσαντα λέγεσαι περὶ τὰς ψίχας αὐτῆ τ' μάζης ἀναστέφειδ' S.
Galenus lib. 2. περὶ τροφῶν διωλέμεος : ἀπορίσσειν εἰσθότες οἱ παρ'
ἡμῖν ἄνθρωποι τόντε καυλὸν καὶ τὰ φύλλα τ' γογυλιδῶν, ἀς καὶ βουσιά-
δας ἰνομάζουσιν, ἐδίδουσιν εὐσιότε καὶ ταῦτα, ἐν ἀπορίᾳ κατασώτες ἀμει-
νόνων ἐδεσμάτων. *Nostrates cum soleant abjicere foras caulem & so-*
lia raparum, nihilominus ad penuriam melioris cibi redacti illa quo-
que comedunt. Idem Auctor tradit, solere homines multa olera com-
edere δικλῶ ὄψων, & τροφῶν, obsonii instar, non alimentii. Pru-
dentius pleris comam inter terrestres Christianorum epulas numerat
Cathemerin. hymn. 3. Ita etiam Diogenes mazam vel offam, quæ
hic intelligenda καὶ τὸ σιωπώμωρον, & absque hac figura seipsam
micis suis prodit, comeditse una cum foliis tenerrimis dicitur. Ἄρτος
enim h. l. μάζαν offam significat, quamvis Grammatici inter ἄρτον
& μάζαν distinguant, quod ἄρτος πάλαι μέμακλα, dudum confectus
pistusque sit. μάζα vero recens ex farina vel polepta fiat. vid. *Schol.*
Aristoph. in *Plutum.* ipse etiam Diogenes laudibus μαζοφάγων ar-
guitur esse μαζοφάγος. ἔσθ' ἐκ τ' μαζοφάγων, φησὶν ὁ Διογένης, οἱ
κλέπται, καὶ οἱ πολέμοι ἀλλ' ἐκ τ' κρεοφάγων οἱ τυραννοὶ καὶ τυραν-
νοί. Ex illis, qui offis vivunt, non fur prodit, non hostis, sed calu-
mpniatores & tyranni à carnivoris veniunt. *Porphy.* περὶ ἀποχῆς ἐμ-
ψύχ. Cæterum de maza vid. *Marsil. Cagnat.* lib. I. *Observ.* cap. 29.
& lib. 3. cap. 18. K.

ΚΕΦ. κζ.

CAP. XXVII.

Πεὶ Σωκράτης σώματι.

De Socratis corpore.

Ὅτι τὸ Σωκράτης σῶμα ἐπεπίεστο κόσμιον, καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς γενόμενα, καὶ ταύτη ἐνόσων Ἀθηναῖοι πανδημεί, καὶ οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ὀπιθανατίως εἶχον Σωκράτης δὲ μόνον ἐκ ἐνόσασε ἢ ἀρχῆν. ὁ τοίνυν τοιούτων σῶματι, τίνα ἡγέμεθα εἶχε ψυχῆν;

tem ejusmodi corpus gessit, quali eum animo præditum fuisse credendum est?

τὸ Σωκράτης) Habes apud *Diag. Laërtium*, vita Socrat, & *Gellium* lib. II. cap. I. Pestem describunt *Thucyd.* lib. 2. *Lucretius* cap. 6. S.

καὶ ταύτη ἐνόσων) *Faber* legit καὶ ὅταν. *Cuperus* distinctionem tantum putat vitiosam, & sic formandam: γενομένου καὶ ταύτη ἐνόσων Ἀθηναῖοι. Præfero sententiam *Cuperi*, quem vide ipsum lib. III, *Observ.* cap. 15. S. Nulla textus indiget correctione. & καὶ ταύτη significat, ἵναγε. *Hesychius*: ταύτη, ἕως, τέτω καὶ πρὸς. K.

πανδημεί καὶ) *Faber* tollendum putat punctum, S. Romana editio post πανδημεί comma habet, quod postliminio in sedem suam restitui. K.

ἐνόσασε τῶ ἀρχῆν) Non repudia. videtur tamen *Naster* potius scripsisse: ἐνόσασε ἐ τῶ ἀρχῆν. S. Hoc est variare phrasin, non corrigere. K.

ΚΕΦ. κη.

CAP. XXVIII.

Πεὶ τὸ οἰκέτης τὸ Διογένης ἐκ τῶν κύνων ἀγαπηθείς.

De servo Diogenis à canibus discernito.

Διογένης

Διογένης ἠνίκα ἀπέλιπε
 ἢ πατείδα, εἰς αὐτὴν οἰκε-
 τῶν ἠκολούθη, ὄνομα Μάνης.
 ὃς ἐ φέρων τὴν μεί' αὐτὴν δξα-
 τειβλὼ ἀπέδρα· ποροτρε-
 πόντων δὲ τινων ζήλειν αὐτόν,
 ἔφη· ἐκ ἀγρόν, Μάλω
 μὲν μὴ δλείσθαι Διογένης,
 Διογένω δὲ Μάνης; ἔτθ
 δὲ ὁ οἰκέτης εἰς Δελφὸς ἀλώ-
 ρθθ ὑπὸ κυῶν διεσπά-
 σθη, πρὸ ὀνόματι τῆ δισπότῃ
 δίκας ἐκτίσας, ἀνθ' ὧν ἀπέ-
 δρασεν.

Quum Diogenes patriam
 relinqueret, unus ex servis
 eum secutus est, nomine
 Manes: qui non ferens ejus
 conversationem aufugit.
 Quumque Diogené hor-
 tarentur aliqui, ut eū qua-
 reret: An non, inquit, turpe
 esset, quum Manes Dioge-
 nis non egeat, Diogenem
 Manis indigere: Verum
 servus ille, oberrans, quum
 Delphos pervenisset, à ca-
 nibus distractus est, & fugæ
 pœnam heri Diogenis nomini persolvit.

Διογένης) Adde Laërtium & Thaletem apud Stobæum serm.
 XCV. S.

αὐτὴν οἰκετῶν) MSS. B. & C. αὐτῆ τῶν οἰκετῶν. S.
 ἀπέδρα) Meminit Seneca de Tranquill. S.

Κ Ε Φ. κθ.

CAP. XXIX.

Περὶ ἐλπίδθ.

De spe.

Ελεγγὺ ὁ Πλάτων τὰς ἐλ-
 πίδας, ἐρηγορότων ἀνθρώ-
 πων ὀνειρὸς εἶναι.

Plato dicebat, spes vigi-
 lantium hominum esse som-
 nium.

ὁ Πλάτων) Laërtius hoc Aristoteli tribuit. Pindaro Stobæus
 in sententiis cap. 110. S.

ὀνειρὸς) MS. A. ὑπνός. apud Stobæum legitur ἐνόπνια. S.
 Synesius de insomniis p. 146. πᾶν τῆσ' ὑπάρ ἐστὶν ὀνειρώπιοντος καὶ
 ἐρηγορόθ' ἐνόπνιον. πᾶσι γὰρ ταυτὸν ὑποκείμενον ἀμφω σμίσαν),
 τὴν φανταστικὴν φύσιν, ἡ ὅταν μὲν ἡμεῖς εἰδωλοποιεῖν ἐθελήσωμεν, ἐν
 τῆσ' παρέχεσθαι χρησίμον, ἐπαλείφει τὸν βίον ἡμῶν ἐνθυμία (ita scriben-
 dum esse ejusdem Dio monet p. 47.) καὶ κολακίῃσσι τὴν ψυχὴν
 ταῖς

ταῖς πεπλανημένοις ἐλπίσιν ἀναλαμβάνει τῶν δυσχερῶν τῆ ἀποδόσεως, omne illud (quod speraverat) est vera somniantis visio & vigilantis insomnium. utrumque enim circa eandem versatur materiam, rem scilicet phantasia subiectam, cui si personam assignare velimus, unum illud emolumentum est, quod vitam nostram hilaritate reddit delibutam, animamque blanda vanaque spe à sensu calamitatum avocari respicique. Hinc patet, Platonem περὶ τῆ ἀπιστηλῆς ἐλπίδος, de fallaci spe, locutum esse. At spes confisa Deo ὑπόστασις ἐλπιζομένων est, nec cum somniis ullam habet affinitatem. K.

ΚΕΦ. Λ.

CAP. XXX.

Περὶ Ολυμπιάδος ὅτι τῷ
Αλεξάνδρῳ τεθνηκότι καὶ ἀ-
φῶν δυσχεραίνουσι.

*De Olympiade dolente pro-
pter Alexandrum mortuum
& inhumatum.*

Ολυμπιάς ἢ Αλεξάνδρου
πυθομένη, ὅτι πολὺ χρόνον ὁ
παῖς αὐτῆς ἀταφῶς μένει,
βαρὺ ἀναστρέφουσα, καὶ θρη-
νῶσα εὖ μάλα λιγέως. Ὁ
τέκνον, εἶπεν, ἀλλὰ σὺ μὲν
ἔβρανε μεταχεῖν βελόμην, καὶ
τὸ τῆτο σπείδων, νῦν ἔδὲ τῶν
κοινῶν δήσας, καὶ ἴσων πᾶσιν
ἀνθρώποις μεταχεῖν ἔχεις,
γῆς τε ἅμα, καὶ ταφῆς· καὶ
τὰς ἑαυτῆς τύχας οἰκτείρα-
σα, καὶ τὸ τῆ παιδὸς τετυ-
φωμένον ἐλέγξασα.

Olympias Alexandri ma-
ter, quum audivisset, longo
tempore jam filium sepul-
chro carere, graviter inge-
miscens, atque acerbissime
plorans: O fili, inquit, Tu
vero quum inter cælites lo-
cari volueris, & id perficere
summo studio conatus sis,
nunc neque illorum qui-
dem, quorum omnibus
mortalibus æquale & par
jus est, particeps fieri po-
tes, terræ sepulturæque, &

sic simul infortunium suum luxit, simul etiam fastum
& inanem filii superbiam taxavit.

πολὸν χρόνον) Triginta & aliquot diebus. Vide supra
lib. XII. cap. ultim. S. Vid. *Ind.* in ταφῆ. K.

ΚΕΦ. λα.

CAP. XXXI.

Ὅτι Ξενοκράτης φιλοκτιρί-
μων ἴσ'.*Quod Xenocrates fuerit
misericos.*

Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνι-
νι (Θ) ὁ ἐταῖρος (Θ) Πλάτωνος (Θ),
τά τε ἄλλα ἴσ' φιλοκτιρί-
μων, καὶ ἔ μόνον φιλόανθρω-
πος (Θ), ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν
ἄλόγων ζώων ἠλέει. καὶ ἔν
ποτε καθήμενος ἐν ὑπαίθρῳ,
διωκόμην (Θ) βιάως σπεύδῶς
ὑπὸ ἰέρακι (Θ), εἰς τὰς κόλ-
πους αὐτῆς κατέπιη. ὁ δὲ
ἀσμένως ἐδέξατο τὸ ὄρνιν, καὶ
διεφύλαξεν ἀποκρύψας ἔς
ἂν ὁ δειώων ἀποῆλθεν. ἐπει-
δὲ ἠλδύθέρωσεν αὐτὸν τῆς φό-
βας, ἀπλώσας τὸ κόλπον
ἀφῆκε τὸ ὄρνιν, ἐσφωρῶν, ὅτι
μὴ ἐξέδωκε τὸ ἱκέτω.

Xenocrates Chartaginen-
sis, Platonis familiaris, tum
alias misericordiam singu-
larem declaravit, neque so-
lum hominum, sed per se
etiam brutorum animā-
tium misertus : tum quum
quodam tempore sederet
in loco aprico, passer acri-
ter instantem accipitrem
fugiens, in sinum ipsius de-
volavit. At ille cum volu-
ptate receptam & occulta-
tam avem custodivit tan-
tis per, donec hostis è con-
spectu recessisset. Ubi vero
jam metu periculoque so-
lutam esse arbitraretur, nudato sinu avem dimisit, in-
quiens, se supplicem hosti non prodidisse.

ὁ Καρχηδόνι (Θ)) Vitiosa lectio, pro qua Καρχηδόνι (Θ) sub-
stitue. Fuit enim Chalcedonius hic Philosophus. Noster infra lib.
XIV. cap. 9. Cicero lib. I. Quæst. Academ. Nam cum Speusippum,
sororis filium Plato philosophiæ quasi hæredem reliquisset, duos autem
præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium & A-
ristotelem Stagiritem &c. Adde Diogenem Laërtium in vita ejus. S.
Vide Petavii notas in Synes. pag. 22. K.

Διωκόμην (Θ) βιάως σπεύδῶς) Tradit Laërtius in ipsius vita. S.
Contrarium de quodam Areopagita Helladius : ἰέρακος, inquit,
φύλων σπεύδῶς ἐν Ἀρείῳ πύργῳ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐνὸς κατέπεσεν εἰς τὸ
κόλπον

κόλπον· ὃ ἢ τὸ πρόσφυγα, δέον σώζειν, ἀνεῖλε. τὸ ἢ σινεδριον ἀπεκρή-
 ρυξεν, ὡς ἔχ' ὅσια δρᾶσεναι τῆτον. ἔδωκε τίνων ἔχι σραθᾶ χάρακιν δι-
 κλω, τὸ ἢ ἰταμότητι τὸ τὸ πτόπων. *accipitrem fugiens passer in Areopago
 decidit in sinum cuiusdam Areopagitæ. ille vero clientem, quem ser-
 vare debuisset, occidit. Senatus autem eum, ut impia patranem per
 præsonem ordine Areopagitarum movit. Dedit itaque pænas non pas-
 serculi, sed crudelis ingenij nomine. Phoius Cod. σοθ.* Non possum
 non ascribere locum *Philonis* geminum germanum: *μη νεοπίαν,*
φισι, καρκιδιον ἐρημῆν, μη ζῶων ἰκεσίαν, οἷα ἐσθ' ὅτε παροσφδουγόν-
των, ἀναρξείν. ne disturbes, inquit, nidum domesticum, ne avem sup-
plicem adeoque interdum ad Te confugientem spernas. apud *Euseb.*
Præpar. Evangel. lib. 8. p. 359. K.

ΚΕΦ. λβ.

Πῶς ὁ Σωκράτης ἐτάρασε τινὸς
 ἀλαζονείαν ἤλεγξεν.

Φησὶ Ξενοφῶν ὅτι Θεοδότη
 τῇ ἐτάρασε εἰς λόγους ἀφῖκτο
 Σωκράτης, καλλίστη γυναι-
 κὴ ἔση. ἀλλὰ καὶ τῇ Καλλι-
 στοῦ ἦλθεν εἰς λόγους, ἢ ἔλεγξεν·
 ἐγὼ μὲν, ὦ Σωφρονίσκος,
 κρείττων εἰμί σε. σὺ μὲν γὰρ
 ἐδένα τῶν ἐμῶν δεινῶν ἀπο-
 παᾶσαι, ἐγὼ ἢ ἐὰν βέλωμαι,
 τὲς σὲς πάντας. ὁ δὲ, καὶ
 μάλα γε εἰκότως. σὺ μὲν γὰρ
 ὅτι τὸ κατάντη αὐτὲς πάν-
 τας ἀγῆς, ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀρε-
 τὴν ἠκεν βιάζομαι· ὁρθία δὲ
 ἢ ἀνοδός ἐστι, καὶ ἀήθης τοῖς
 πολλοῖς.

ego vero ad virtutem cogo, ad quam arduus & plerisque
 insolitus est ascensus.

CAP. XXXII.

Quomodo Socrates iactan-
 tiam cuiusdam scortii refellerit.

Tradit Xenophon, So-
 cratem aliquando in col-
 loquium cum Theodota
 meretrice, fœmina formo-
 sissima, venisse. Sed & cum
 Callistone sermonem ha-
 buit: quæ quum diceret:
 Ego quidem, ὁ Socrates,
 multum tibi præsto. Nam
 tu neminem ex meis à me
 possis abalienare, ego quū
 libitum est, tuos omnes à
 te avoco. Respondit: Quid,
 inquires, mirum hoc est?
 siquidem tu ad declivem
 tramitem omnes rapis: E-

Θεοδότῃ) Interpres legit Θεοδότῃ. Sed alterum rectum. Ita enim nominatur etiam apud *Libanium* declam. 25. *Xenophonis* locus, cujus mentio hic fit, extat lib. III, de dict. & fact. Socratis, S.

ἐπὶ τῷ καλῶντι) MSS. B. & C. ἐπὶ τῷ κακίῳ. An scripsit utrumque Noster ἐπὶ τὴν κακίαν καὶ καλῶντι? quia sequitur ex opposito, ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, S. Non puto lectionem MSS. pro commendatione, sed potius pro explicatione habendam esse. K.

πάντως ἀγῆς) Malim πάντως. tu omnino vel plane per declive ducis juvenes, inquit Socrates ad meretriculam. de re ipsa, arduâ scilicet virtutis viâ, *Claud. Minoëm.* ad *Alciat. Embl.* 131. vide sis. hunc in modum loquitur Noster infra lib. 14, cap. 7. τὰς ἐφύβους πάντως παρελασθῆς τῆς Εφόρου, *erhebos omnino se sistere Ephoris* cap. 22. τέξεσθαί τι αὐτῷ πάντως κακὸν, *plane mali aliquid sibi pariturum.* K.

Κ Ε Φ. λ γ.

CAP. XXXIII.

Περὶ Ροδώπιδος ἑταῖρας
τύχης.

*De Rhodopidis scorti
fortuna.*

Ρόδωπὶν φασὶν Αἰγυπτίων ἑταῖραν γυναικὸς λόγῳ ὠραιοτάτῳ, καὶ ποτε αὐτῆς λεομένης, ἢ τὰ παράδοξα καὶ τὰ ἀδόκητα φιλέουσα ἐργάζεσθαι τύχῃ πρὸξένῃσεν αὐτῇ, ἢ τῆ γνώμης, ἀλλὰ τῆ κάλλους ἀξία. λεομένης γὰρ, καὶ τῆ Σεραπιδίδων ἢ ἐοικῆτα φυλατῆσων, ἀετὸς κατὰ πλάγας, τὸ ἕτερον τῆ ὑποδημάτων ἀρπάσας, ἀπὸ τῶν ὠχέου, καὶ ἐκόμισεν εἰς Μέμφιν Διάζουσι Ψαμμητίχῃ, καὶ εἰς

Rhodopin meretricem omnium Ægyptiorum fuerunt pulcherrimam fuisse, cui aliquando lavanti, inopinorum atq; inexpectatorum amans fortuna, contulit munus non isto animo, sed fortuna venustateque dignum. Quum enim lavaret, atque vestimenta famulæ custodirent, aquila devolans alterum calceum abstulit, eumque secum deportavit

τὸν

ἢ κόλπον ἐπέβαλε τὸ ὑπόδημα. ὁ δὲ Ψαμμήτιχος Ψαυμάσας τῆ ὑπόδημα ἢ ῥυθμὸν, καὶ τὴ ἐργασίας αὐτῆ τὴν χάριν, καὶ τὸ παραχθῆν ὑπὸ τῆ ὀρνιθός, προσέταξεν ἀνὰ πᾶσαν Αἴγυπτον ἀναζητεῖν τὴ ἀνθρώπων, ἧς τὸ ὑπόδημά ἐστι, καὶ δῦρὸν γαμετῶν ἠγάγετο.

ejus sinum calceum injecit. Psammetichus miratus pulchritudinē calcei, & fabricationis artem atque concinnitatem, & avis factum, mandavit, ut per universam Ægyptum quæreretur fœmina, cujus is calceus esset, eamque inventam in matrimonium accepit.

Ρόδωπιν) Athenæus nominat Ροδῶπιν lib. XIII. Strabo lib. XVII. ubi eandem narrat historiam, Ροδόπιν. Porro nimis ardua mihi paragraphi hujus positio videtur, & sic conficienda: Ρόδωπιν φασιν Αἴγυπτίων λόγοι, ἐταῖρον γυνεὸς ὠρεοσιλάτῳ &c. MSS. B. & C. Αἴγυπτίων λόγοι. ε. γ. ω. Ρ. φ. S. Herod. lib. 2. ait quidem Ροδῶπιν floruisse sub Amasi rege, sed historię hujus, quam Noster affert, nihil plane habet. K.

ἄξια) MSS. B. & C. ἄξιον. S.

δικάζοντος Ψαμμηλίχου) Cyrenus lib. 3. Obs. cap. 15. sic hæc ordinat: καὶ ἐκόμιζεν εἰς Μέμφιν καὶ εἰς τὸν κόλπον δικάζοντος Ψαμμηλίχου ἐπέβαλε τὸ ὑπόδημα. vix opus erit. S.

ΚΕΦ. λδ.

Περὶ Διονυσίου.

Ὅτι ἢ Λέοντα ὁ Διονύσιος μὲν τὴν πόρσαξεν ἢ καὶ αὐτῆ ἀνδρῶν, εἰς τρεῖς τοῖς θορυφοῖσι ἐκέλευσεν ἀπάγειν, καὶ μετέγνω τρεῖς, καὶ καθ' ἑκάστῳ μετὰ πομπῶν, κατεφίλη κλάων, καὶ κατέρωμεν ἑαυτῆ, ὅτι ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος. τελευτῶν ἠτήτηται πρὸ φώβου,

CAP. XXXIV.

De Dionysio.

Dionysius Leonem postquam imperasset ad interitum duci, ter mandavit satellitibus, ut rursus abducerent, atq; ter animū mutavit & quotiescumque accersivisset, exosculatus est lacrymans, & execratus se ipsam, quod quū sumpsis-

καὶ

καὶ προσέειπεν ἀποσφα-
γλῶμαι, εἰπὼν, ὅτι ἐκ ἔσιν,
ὦ Λέον, σοὶ ζῆν.

set ensem, tandem metu
vinceretur, interfici jussit:
Non licet, inquit, ὦ Leo,
tibi vivo esse.

Ὅτι τὸ Λέοντα) Quis hic Leo fuerit ignoro. Hoc scio si-
millimum de Dionysio facinus extare apud Ciceronem lib. V. Tuscul.
quæst. in hæc verba : *Cum pila ludere vellet, tunicamque poneret, a-*
adolescens, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum qui-
dam familiaris jocans dixisset, huic quidem certe vitam tuam commit-
tis, arrisissetque adolescens : utrumque jussit interfici : alterum, quia
viam demonstravisset interficiendi sui, alterum quia id dictum risu ap-
probavisset. Atque eo facto sic doluit, ut nihil gravius tulerit in vi-
ta, quem enim vehementer amarat, occiderat. S.

ἀνδρῶν) MSS. B. & C. δῦρῶν. S. MSS. τῶ δῦρῶν indi-
care videntur, idem esse hoc loco ἀνδρῶν quod εὔρῶν. ita Suidas in
illud Lucæ 2. καὶ ἀνεῦρον τήντε Μαριάμ καὶ τὸ Ἰωσήφ. &c. inquit : ὅτι
ἢ ἀνὰ πρῶθεις χάριν κόσμος κεῖται, quod præpositio ἀνὰ sit ornamen-
ti inslar. vide locum in voce ἀνεῦρον. & Phavorinum in ἀνδρῶντες.
ergo hic τὸ ἀνδρῶν indicat post sententiam mortis abductum requi-
sivisse Leonem, inventumque & sibi redditum iterum jussisse abdu-
ci &c. K.

ὅτι ὅτε ἔλαβε) Quis non viderit abundare, & supervacuum
esse ultimum ὅτε, ex præcedente ὅτι malè natum. aut legendum
ὅτι ποτέ. K.

ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος) Seneca de Clement. lib. I. cap. 13.
Hoc inter cætera vel pessimum habet crudelitas, quod perseverandum
est, nec ad meliora patet regressus. Scelera enim sceleribus tuenda
sunt. S.

ΚΕΦ. λε.

CAP. XXXV.

Πεὶ ἐλάφει ἐν νόσῳ φυσικῆς
φροντισίας.

De cervi in medendo morbo
physica curatione.

Λέγουσι φυσικοὶ ἄνδρες
τὸ ἐλάφει καθάρσεως δεό-
μενον, σέλινα ἐσθίειν. φα-

Physici dicunt, cervum
indigentē purgationis fe-
seli comedere: laborantem

λαγλίω

λαγγίων δὲ κνήμασιν ἐχόμενον, καρμίνες. vero ex phalangiorū mor-
fibus, cancos.

Σέλινα ἐοδίειν) Scribe σέσελιν. Cicero lib. II. de Nat. Deor. Cervæ paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ fœfelis dicitur. Quod hi duo ante, id Ἀριστοτελες post partum eas scribit facere lib. IX. Histor. Anim. cap. 5. Ὄβαν τέκη, inquit, ἐοδίει τὸ κοιλίον πρῶτον, καὶ ἐπὶ τὴν σέσελιν δὲ πρέχουσι, καὶ φαγῶσαι, ἕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα πάλιν. Corrige ex his porro Nostrium & pro τ, scribe τὴν ἔλαφον. De cerva enim, non de cervo sermo est. S. Ita etiam legendum putat Doctiss. Bochartius part. I. Hierozōici pag. 890. Sed non opus est mutatione, præsertim cum optimi Auctores genera hæc soleant confundere. Eustathius in Odyss. K. Jones dixisse τὴν ἔλαφος notat, Homerum vero ὁ ἔλαφος, cum de cervis non loquatur κατ' εἶδος, sed in genere. Quod etiam Nostro accommodari poterit. Servius ad illud Virgil. lib. 4. Æn. sola bubo. sola contra genus. posuit &c. sed Virgilius mutavit, referens ad avem. plerumque enim genus relicta specialitate à generalitate sumimus &c. Vid. eundem ad V. Æn. p. 368. Phavorinus ἀγριον αἶγα dicit Homerus ἔστι καὶ θηλυκῶς λαβεῖν τὴν ἀγριον, potest etiam de sœmina intelligi & mare. ἀπικὸς γὰρ ἀνὴρ τὸ αἶγα λέγει, ὡσαυτε καὶ τὸ ἀνδύνα. ita ille ex veterum Scholias. vid. notata ad lib. V. cap. VII. Plinius iidem, (cervi) percussi à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancos edendo sibi medentur. quod autem σέλινον attinet, quod Viri docti cum σέσελις permutandum censent, id mihi ab ipso videtur Αὐτῶρε profectum lapsu quodam memoriæ. Nihil enim illam magis turbat quam similitudo nominum, quæ hic est inter σέλινον, σίλις vel σέσιλις. Plinius de silere differens, postea subdit : & quoniam plerisque similitudo nominum Græcorum confundit, contextemus & de sili.

κνήμασι) Faber legit δὴγμασι. S. Quid opus est hoc δὴγματι? K.

καρμίνες) Auctor Ἀριστοτελες dicto loco. S. Vide Orphan. lib. 2. de Venation. p. 57. & ibi Rittershusium. K.

ΚΕΦ. λς.

CAP. XXXVI.

Περὶ Εὐρυδίκης Φιλίππας θυγατρὸς τελευτῆς. De morte Eurydice Philippi filie.

Ὀλυμ.

Ολυμπιάς τῆ Φιλίππου Olympias Philippi filia
 Ευρυδικῆς, (ὡς ἡ ἀρεῖα Eurydicæ, quæ nata erat
 ἐξ Ἰλλυρίδος γυναικὸς τῆς Philippo ex Illyride quadã
 Φιλίππου γημεμένη,) εὐροσ- uxore, misit cicutam, la-
 ἔπεμφε κώνειον, καὶ βρό- queum, & ensẽm. Illa ve-
 χον, καὶ ξίφος. ἡ δὲ ἀρεῖ- ro laqueum delegit.
 ται τὸ βρόχον.

Ολυμπιάς) *Duris apud Athenarum lib. 13. prodit, πρῶτον*
γένεας πόλεμον δύο γυναικῶν Ολυμπιάδος καὶ Ευρυδικῆς, ἐν ᾗ τὴν
μὲν βακχικώτερον μὲν τυμπάνων ἀεελθεῖν. τὴν δὲ Ευρυδικῆν Μακε-
δονικῶς καθ' ἑωπιολισμῶν, ἀσκηθεῖσαν τὰ πολεμικὰ καὶ ἀπὸ Κυννάου
τῆς Ἰλλυρίδος. Dalecampius vertit : muliebri primum bellum extitisse
diuinitum feminarum, Olympiadis & Eurydices, ac in conflictu cum
tympanis furiosius Olympiadem impressionem fecisse (malim ita: ac O-
lympiadem Bacchantium more cum tympanis ad bellum profectam) Eu-
rydicem autem Macedonum more armatam pugnasse (pugnasse abun-
dat. ex præcedentibus enim τὸ ἀεελθεῖν subintelligendum,) ut
quæ bellicis esset rebus exercitata, commissumque prælium fuisse ad Cyn-
nanem Illyrici. male hæc quidem. vertendum enim, quæ in bellicis
rebus exercitata dudum fuerat etiam apud Cynnanem Illyricam. Erat
autem Κυννα ut est lib. 1. Arriani de R. G. Alex. vel Cynnane, aut,
ut alii per syncopem, Cynna soror Alexandri Magni, quam Philip-
pus susceperat ex Audata Illyrica, quæ & Eurydice dicta est. Hæc
Cynna nupserat Amynte, ab Alexandro postea occiso, & filiam A-
deam ex matrimonio illo habuit, quæ mutato nomine Eurydicæ sa-
lutata deinde & uxor Aridæo data est. Hanc ipsam Eurydicem
mater Cynna in bellicis exercitiis educaverat, eaque cum exerci-
tu occurrit ad Evia Macedoniæ Olympiadi, cum reditum in
regnum armata manu pararet. Sed ad prælium res non deven-
nit, ut quidem Dalecampii versio vult. siquidem Eurydice una
cum marito à Macedonibus deserta & Olympiadi prodita est,
cum jam castra castris opposita essent. Olympias hostibus in
potestatem redactis Philippum, Eurydices maritum, è carcere
protractum Thracum gladiis confodiendum objecit; in Eury-
dicem vero muliebrem iræ impotentiam plenius effusura misit
ei gladium, laqueum & cicutam, data optione, ut ex his tribus
muneribus unum pro lubitu in remedium miseriarum sibi sume-
ret,

